





Theodore
Besterman
265

MONARCHIA OCCIDENTALIS.


FIRMAT
EXCITAT ARIES
SED ORBI
IVPITER
VEDI
QVAM
DEFLECTIT
MIRACVLA
REFVNDIT
LABOR
LVDENS
FATA SVPERSTES
TEGIT
VELVM
IN LVMINE
CALCVLVS
FACTIS MIRACVLA
PVGNANT
SIBI NON
VTROQVE
DVRI SOLATIA
VENI
ARECTO
SILEANT
ET PLACIDO
METVENDAQVE
ILLÆSOSQVE
HERCVLEVS
HÆC MIRACVLA
SVOSQVE
SEQVE

AQVILA
INTER LILIA,
SVB QVA
FRANCORVM CÆSARVM
A CAROLO MAGNO vſque ad CONRADVM
IMPERATOREM OCCIDENTIS X.
ELOGIIS, HIEROGLYPHICIS, NVMISMATIBVS, INSIGNIBVS,
Symbolis, Faſta exarantur.

Opus omnibus abſolutum nũmeris, vt hodiernis veteres locupletati annales cuiuslibet Herois, cuius facinora incluſum thema exornant, vitam, effigiem, hieroglyphicum, ſymbola exhibeant.

AVCTORE
IOANNE PALATIO
I.V.D. in Veneto Lyceo publico Profeſſore, & Venetiarum Plebano.



VENETIIS, *Apud Io: Iacobum Herz.* M. DC. LXXI.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

AVGVSTISSIMO
DELPHINO
DOMINO MEO SEMPER ADORANDO.


AVD mirum (Auguſtiſsime Delphine) gloriæ tuæ aduenam ſtudère, & ad tuæ Maieſtatis genua procumbere. Non minùs enim paterno gladio, quàm paterna religione, tumidioribus domitis nationibus, & tantæ Maieſtatis Reges, præcones, vt quondàm Auſtri Regina Saba Salomonis ſapientiam venit auditum; à gelido Septentrione Chriſtina aduènit, quùm intra horrentes Caucaſos reſonare audijt, Regem, *à Deo datum;* vt adoraret. Quid agam Venetus gemino obſtrictus vinculo, fœderatarum nationum ſubditus, & homo gratus? atramento ſaltèm regium rependam ſanguinem, quem in Cretico ſolo non bis pro Chriſti fide, Venetorum ſubſidio, populi Chriſtiani libertate, glorioſũ Gallici effudère Principes, Chriſtianiſſimo, Regum Sapientiſsimo, Pio, Victori, ac Triumphatori ſemper Auguſto iubente Rege. Nec gloriam natura demet, ſi Borbonij ſanguinis hæres & virtutis, velit, nolit, felici gloriæ incremento proauos Carolum Martellum, Pipinum, Carolum Magnum, Ludouicos, Henricos, cæteraſque Regum vincat myriades, quibus datum Romana Vrbe redimìre Pontifices, libertate Nationes, prouincijs Eccleſiam; nam iſte non aliundè quàm ex ſe virtutem didicens, ita omnium ſtupore, pro totius Orbis ſalute, operari potuit, vt vnius Regis facinora, veluti axioma ciuilis, & bellici ſtatus, reliqui venerentur Reges: licet imitationis expers, & nulli magis ſimilis, quàm ſibi, admirari queat, non imitari. Siquidem idem ille Spiritus, qui Chriſtum vnxit, vt Orbem redimeret, vnxerit Ludouicum XIV. vt Orbem protegeret redemptum. Hoc ſolo voto, Natale Ludouici protractum, & quaſi diffiſum, quia excandeſcens Omnipotens oblitam Galliam, Regem ſuum agnoſcere non, vt hominum manufactum, ſed Diuinæ Sapientiæ artificium (cuius deliciæ Francorum Lilia) haud largitus eſt, priuſquàm Gallorum anteiret confeſſio, clangeretque buccina, *à Deo datum* recipimus; *à Deo datum* recipimus. Zaccharię geminato miraculo, vt Franci obmuteſcerent, vſquè dum à Dei gratia, & per gratiam profiterentur conſequi. Quid igitur ſi Ioſue velocior Solem dedignetur ſiſtere, vt vincat, dùm ſtrepentibus tubis, non Hierichum, ſed Belgium corruit. Solem comitatur ſtando, nec Sole tardior percurrere poterat, nec Ioſues erat, qui Solem figeret Iuſtitiæ. Huius Solis repercuſſum radijs maternum ſpeculum, quia ſine macula, *ſplendet, & ardet*. Ardet,

& ſplen-

& ſplendet tecum paterna claritas, quæ tempori coęua, ſurrectura occidit: à Deo data, vt æternos tibi ſereret triumphos; ſoli vbertati, vel inſerentis clauo aſcribendos? inter filium, & patrem nemo iudicet. Ex amplitudine vitæ tuæ, non ampliùs dicam, Principibus fortuitum naſci, ſed ipſimet Fato, fortuna eſt natiuitas tua; vndè Proaui proprio glorioſi facinore, tuo glorioſiores refulgeant natali: & inuerſa arbore, ab vno Delphino nobilitate penſata; Ludouici XIV. gloria ſumma ſit, Ludouicus XV. Biuium forsàn, glorioſior Rex, quia gloriæ metam attigerit, vel Delphinus, quia inter faſcias, faſces anhelaret Imperij, & dierum numero in ſigno Libræ, armorum coruſcaret ardor. Præeuntem regiminis tui ſpem comitarer; paternæ pyramidi *plus vltra* inſcriberem, ſi in liberorum procreatione, audere poſſes, genitorem vincere. Sed iam victus, velis, nolis, auerſabitur Cælum, vt parentem æques, tibi ſimilem procreando. Felix Ludouicus XIV. cui Cælum dedit Iouem æmulari, filium generando, qui ſui exæquaret Maieſtatem. Mirantur alij, haud ego miror, dum pendo Cælorum Deum poſuiſſe manum, vt Deum terræ Ludouicum XIV. ſibi ſimilem faceret, Cur igitur Deus terræ areſcet, nec ſibi ſimilem faciet? Omnipotens Iupiter, licet Saturno patri ſolummodò datum, Iouem generare, qui ſolus, & vnus. Deſine itaquè, Auguſtiſſime Delphine, lacrymis tuos vrgère ſucceſſus: Fata etenim, quæ tibi neceſſitudine iuncta, nouos moliuntur Orbes, hoc vnum Borboniæ negant propagini, quæ veluti arena fecundanda maris, talem edere prolem, qualem ſanguine, & moribus edidère Tereſia Auſtriaca, & Ludouicus Borbonius. Cuius ſola imago generoſum ab eo planctum hauriat, (ſic retulit Dux Carolus à Sancta-Maura Dux Montauzerius, Par Franciæ, Eques Torquatus, Inculiſmenſium Prorex, ac Sereniſſimi Delphini Gubernator, de quo Rex ſæpè gloriatus Philippo haud inuidère Macedoni, cui, viuente Ariſtotele, natiuitas obtigerat Alexandri) qui tantùm ſibi autumans detrahi, quantùm alienæ cedit gloriæ; licèt paternos non inuidens triumphos, ſed Zelotypus, nè omnia genitor occupet, vndè illi grande nullum, vel inſigne facinus reliquum eſſet.

Cedat Planctus (ò Grandis Anima) & in laborum meorum microcoſmo inſpice, quot Mundi Prouincias barbarorum populatas incendio, Iuſtitiæ tuæ gladio manumittendas reſeruari. Non quia, vt Alexandro Philippus Macedo, eas Mundi plagas reliquerit Parens, quia vincere non potuerit, ſed quia noluerit; vel quod plus fidat filij gladio, vel illi carior ſit filij triumphus. Genitoris igitur in ſemitis, vt gigas exultando, ad currendam tibi connatam gloriam, tuta exurgat credentium fides, thiàra Pontificum, concordia Principum, populorum libertas. Carolo Martello inferi domitori, Magnoquè Carolo ruentis Orbis reparatori maior, à Maumethiſmi vnguibus Crucis extorquens vexilla, armorum, literarumquè

fulcro

ſulcro, quæ genitoris in ſinu amicè conſpirant, eclipſi barbaram obtunde Lunam, priuſquàm totum impleat orbem. Gallorum cum ſit tempora canere, & Quirinali reuocare Petrum, vltima Lunæ canat Gallus tuus, Orbi Vaticanum reddat, & Vaticanum Orbi. Sic in Cæli legimus aſtris: nec aſſentior, Aduena enim in terra, & Patria mea Mundus, ſentio, quæ licent, dico quæ ſentio. Nec ſola Crucis tutela Gallicis armis demandata canit; ſed indoles tua, quam non legimus ex antiquitatis cementis, cui venia datur, ſi Cæſarum primordia auguſtiora faciat, ſed vidimus, & in diem venerantes cogimur Cyri, & Alexandri fabulas ipſas conciliare, dum impubertati tuæ glorioſa cedit antiquitas. Nequè velum obſtat ſurgentis ætatis, quin refulgeat in tuo vireſcere ſinu: Hàc ſolà notà ſignanda, quòd cenſeat celare Solem, & virtutum aſtra, quæ Cælo pulſæ ad aram animæ tuæ aufugère, Apollinis fidentes ſerenitate frui ſub culmine tuæ Serenitatis. Faueas itaquè vt tuos non humanos præludam triumphos; & Genitore Genitoque ſatagentibus, aurea reuocare ſecula, quibus libertas plauditur dicendi, quià rectitudo diligitur operandi, reſonem quòd inter fortes fortiſsimus, inter iuſtos iuſtiſsimus ille eris, qui Mundi vindicabit libertatem.

Humillim: Deuotiſs. & ad pedes Proſtratiſsimus Seruus

Ioannes Palatius.

E R V-

ERVDITO LECTORI.



Nsuetus assentationibus gratiam lectorum colligere, non omnibus, sed de literaria Republica benemeritis (quorum interest ignoscere, vt ignoscatur) labores meos dirigo. Quis enim Protogenes superbiet, quod eius lineæ effugerint Apellis manum, & refluenti censura, ipsius Apellis linea à Protogene subdiuisa, diuiserit? Iouem præter currimus omnes. Arguat lector, liuor enim si absit, albo dicam signasse lapillo. Elucubrationes meæ, quæ iam prodierunt in lucem, putà, de Dominio Maris, Opuscula.

Commentaria historipolitica ad Iustinianeas Institutiones.

De Luminaribus Mundi Pontifice, & Rege, capita triginta, *quæ manuscripta circumferuntur, præter* Spiritualia Opuscula, *genium meum resonãt, scribendi, quæ sentio, sentiendi, non quæ volo, sed quæ licent. Non omne tamen quod licet, honestum esse, cum exprobrandum expectarem, pepercerunt veritati, vel labori. Vndè Materia haud inutili, literatorum irretità indulgentià, maiora molitus, grande opus designaui, & quintum est, in quo marsupium arescet, & calamus. Triginta voluminibus partitum, haud sacra miscebit profanis. Diuisum propterea in Pontifices, & Cæsares, à Petro illud; à Carolo Magno Occidentalium Imperatorum primo istud, per secula, & nationes protrahendo Fasta, Gallicos Cæsares, qui primi se offerunt, hoc comprehendam volumine, indè ad Bauaros, Saxones, Sueuos, Austriacos pergam. Et nè actum agere videar: cuiusque Cæsaris elogium, quod sui natura non tam laudat, quàm vituperat, historiarum concordantijs, & chronologia, dabitur interclusum. Nec satis; Cuiusque Cæsaris habebis effigiem, quam ex numismate sculpi curauimus; sed nouo exornatam hieroglyphico, quo mysticè, & symbolicè, intuenti pateat vita regnantis. Nec satis: Elogio antiqua concordabunt numismata in triumphis cudi solita: Monetæ aureæ, vel argenteæ illius Imperatoris; Insignia Principum, qui cum eodem Imperatore bellarunt: Vxorum Imperatoris effigies, quæ inueniri potuerunt. Tandem illius Cæsaris selecta facinora particulari prosequar tractatu, Iustitiæ putà, Religionis, Legum, Aulicorum, Belli, Pacis, vt in subiecta materia occasio se obtulerit: Themata hodiernis ditando annalibus, & nostri seculi connectendo triumphos. Vt dum Heroum gestis themata nostra fulciuntur, indirectè gloria illis e luceat, & mutuo fœnore mei locupletentur annales, eorum fasta particulari exarando hieroglyphico, vt recensito in opere subsequatur elogium, symbolum, & effigies;*

Hac methodo, ex Carolo pergam ad Ludouicum: à Ludouico ad Lotharium, & sic de singulis.

Nec longè distabit Pontificum series, simili quodam percurrenda stylo; nisi Concilia, Decreta Patrum, Ecclesiæ vsus, temporum calamitas, seculi vitia, Cruciatus Martyrum, Doctorum fides, Regum pietas, Tyrannorum sæuitia, Pseudo Apostolorum ambitus, antiquitatis maiestas, accuratiorem exigerent disciplinam. Interim dum diù, noctuque vigilo, vt beneuolum Lectorem rependam, tu carpere gaudens, paribus armis in arenam descendas. Hoc enim glorior, proprio Marte pugnare. De tuo igitur suppleas, aut saltem excuses, haud immemor Horatiani carminis.

Verum opere in longo fas est obrepere somnum.

De Mandato Illustrissimorum, & Excellentissimorum DD. Reformatorum Studij Patauini.

EGo infrascriptus attentè perlegi librum, ab Excellentissimo Doctore D. Ioanne Palatio compositum, inscriptum Aquila inter Lilia, seù Tomus Primus, &c. ac in eo nihil offendi, quod contra Principes, & bonos mores scriptum sit, imò in eo omnia ad ipsorum Principum ius, Regum dignitatem, Rerum Publicarum decus, & Politices administrationem apposita comperi. Summa in eo est Elegantia, eruditio, fides, concinnitas, quapropter illud dignum censeo quod typis mandetur ad Imperatorum gloriam, studiosorum profectum, & omnium vtilitatem. Datum Patauij in Conuentu S. Francisci Magni die 15. Iunij 1670.

F. Franciscus à S. August. Macedo Min. Obs. Lector Iubilatus Publicus Patauij Professor, Venetus Ciuis, &c. affirm. &c.

Noi Reformatori dello Studio di Padoua.

HAuendo veduto per Fede del Padre Inquisitore nel Libro Intitolato Occidentalis Historipoliticæ, & Legalis D. Ioannis Palatij non esserui cosa alcuna contra la Santa Fede Cattolica, e parimente, per attestato del Segretario nostro, niente contro Prencipi, e buoni costumi, concedemo licenza à Gio: Giacomo Herz di poterlo stampare, osseruando gl'ordini, &c.

Dato à 5. Luglio 1670.

(Andrea Contarini Caualier Procurator Reformator.
(Andrea Pisani Procurator Reformator.
(

Angelo Nicolosi Segr.

INDEX

INDEX TITVLORVM.

LIBER PRIMVS.

Cap.1. *De Rerum diuisione.* pag.1.
Cap.2. *Reges cur, & quando creati?* pag.6.
Cap.3. *De Imperio.* pag.27.
Cap.4. *De Imperio Romano.* pag.39.
Cap.5. *Imperium an adhuc possit dici Romanum?* pag.46.
Cap.6. *De Iuribus Imperatoris.* pag.51.
Cap.7. *Caroli M. Elogium, & Hieroglyphicum.* pag.55.
Cap.8. *Adnotat. & Numismata.* pag.67.
Cap.9. *De Literis & Armis.* pag.75.
Cap.10. *De Religionis Necessitate.* pag.77.
Cap.11. *De Varia Religione.* pag.85.

LIBER SECVNDVS.

Cap.1. *Ludouici Pij Elogium, & Hieroglyphicum.* pag.95.
Cap.2. *Adnotat. & numismata.* pag.103.

LIBER TERTIVS.

Cap.1. *Lotharij Elogium, hieroglyph. Adnotat. numism.* p.115.
Cap.2. *De Patria Potestate.* pag.122.
Cap.3. *De Parentum & Filiorum amore.* pag.124.
Cap.4. *De Reuerentia parentibus præstanda.* pag.127.
Cap.5. *De Obedientia parentibus præstanda.* pag.131.
Cap.6. *De nomine Parricidij.* pag.138.
Cap.7. *De Parricidij scelere.* pag.140.
Cap.8. *An parricidium possit excusari?* pag.145.
Cap.9. *Parricidium quomodò probetur?* pag.147.
Cap.10. *De Pœna parricidij.* pag.149.

LIBER QVARTVS.

Cap.1. *Ludouici II. elogium, hieroglyphicum.* pag.153.
Cap.2. *Adnotationes, numismata.* pag.160.
Cap.3. *De Iustitia.* pag.168.
Cap.4. *De Clementia.* pag.173.
Cap.5. *De Rigore.* pag.180.
Cap.6. *De equitate.* pag.184.

LIBER QVINTVS.

Cap.1. *Caroli Calui elogium, & hieroglyphicum.* pag.189.
Cap.2. *Adnotat. & Numismata.* pag.196.
Cap.3. *De Hebræorum Origine.* pag.224.
Cap.4. *De Hebræorum Regimine.* pag.232.
Cap.5. *De Hebræorum legibus.* pag.238.
Cap.6. *In Iudæos declamatio.* pag.255.

LIBER SEXTVS.

Cap.1. *Ludouici Balbi elogium hieroglyphicum.* pag.261.
Cap.2. *Adnotat. Historia. Numismata.*
Cap.3. *De Regnandi Cupidine.* pag.273.

LIBER SEPTIMVS.

Cap.1. *Caroli Crassi elogium, hieroglyphicum.* pag 281.
Cap.2 *Adnotat. numismata.* pag.288.

LIBER OCTAVVS.

Cap.1. *Arnulphi elogium, hieroglyph. adnot. numism.* pag.293.
Cap.2. *De Nothorum Indole.* pag.298.
Cap.3. *De Nothorum vitijs.* pag.300.
Cap.4. *De Nothorum Origine.* pag 303.
Cap.5. *De Nothorum Nobilitate.* pag.306.
Cap.6. *De Nothorum Legitimatione.* pag.313.

LIBER NONVS.

Cap.1. *Ludouici IV. elogium hieroglyph. adnot. numis.* p.215.
Cap.2. *De Fato, & Fortuna.* pag.321.

LIBER DECIMVS.

Cap.1. *Conradi elogium, hieroglyphicum.* pag.335.
Cap.2. *Idea Ministri.* pag.341.
Cap.3. *Imago Bellici Ducis.* pag.365.

Numismata, symbola, Hieroglyphica, effigies quæ sparsim habentnr in opere.

Andreæ Valerij in fol.		in quarto. 1.	in 12.	p.381
Angeli Corarij.		1.		360
Antonij Gradimontij.		1.		370
Arnulphi.	1.	1.	3.	293
Baptistæ Nani,				350
Bibliopolæ,		1.		1
Caroli Magni.	1.	2.	18.	57
Caroli Crassi,	1.		8.	283
Caroli Calui.	1.	1.	5.	191
Caroli Paris Doleans,		1.		373
Caroli d'Aillij.		1.		355
Catharini Cornelij.		1.		377
Conradi.	1.		1.	337
Delphini.	1.			1
Dominici Ciani.		1.		353
Dominici Contareni.		1.		169
Francisci Vindocinensis.		1.		376
Francisci Mauroceni.		1.		384
Georgij Mauroceni.		1.		372
Helenæ Corneliæ.		1.		79
Henrici à Turre.		1.		371
Hieronymi Fuscareni.		1		378
Hugonis de Lione. fol.		in quarto. 1.	in 12.	p.364
Io:Bapt.Cornelij.		1.		90
Io:Bapt.Colberti.		1.		349
Io:Mauroceni.		1.		358
Io:Sagredi.		1.		352
Laurentij Marcelli.		1.		374
Lazari Mocenici.		1.		370
Lotharij.	1.		3	117
Ludouici Pij.	1.	1.	10	96
Ludouici Balbi.	1.	1.	4	263
Ludouici.IV.	1.		3	316
Ludouici.II.	1.		1	154
Ludouici Condæi.		1.		368
M.Ant. Iustiniani.		1.		354
Michaelis LeTelier.		1.		343
Nicolai Throni.		1.		359
Nicolai Prunerij.		1.		348
Nicolai NouaVillæi.		1.		361
Petri Mauroceni.		1.		172
Petri Seguierij.		1.		357
Philippi DeLauriliere.		1.		171
Philippi Aurelianensis.		1.		367

Omnia si supputes erunt n.105.

Errata

Pag.	n.	*Errata*	*Corrige.*
Pag. 35.	n. 85.	Delineatus,	delineatum
ib.		*æquum*	*equum*
33	66	Fastorum 2.	Martialis
35	90	Dei sui	Dei
37	111	curare	iurare
69	6	adisco	adsciscam
74	60	te	
75		amata	armata
76		pupulos	populos.
78	7	Henoch	Enos.
80	21	queu	quem
87	18	veritas	vertas
88	24	ab,	ab
88	27	שחור.	שְחוֹר
91		cadereut	caderent
91	51	religionem	religione
93	72	tyranni	tirannis
93	73	terrenis	terris
93	74	tyrrannidem	tyrannidem
94	75	Vrchenus,	Vrchanus
128	11	quas	qua
169	5	longeum	longeuum
225	3	ne	vt
230	34	accederentur	accenderentur
241	5	vbique	vbique haud
362		Europesarum	Europearum.



LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

De Rerum Diuisione.

1 *Deus tribus digitis appendit Orbem terræ.*
2 *Mundus in tempore.*
3 *Quid faceret Deus ante Mundi creationem.*
4 *Dies æternitatis.*
5 *Mundi creatio.*
6 *Hominis dominium.*
7 *Homo cur postremus formatus?*
8 *Animalia cur currant ad hominem?*
9 *Fluuius ex paradiso.*
10 *Quatuor flumina quid figurent?*
11 *Potestates Mundi vbi figuratæ?*
12 *Homo cur prohibitus comedere lignum paradisi.* 14.
13 *Homo si non peccasset, viueret in æternum.*
15 *Homo ante peccatum omnia poterat.*
16 *Homines in statu innocentiæ fuissent æquales.*
19 *Socialis vita sub vno debet esse.*
20 *Iusti non imperant libidine dominandi.*
21 *Personarum diuersitas ex vitio est.*
22 *Subiectio vnde veniat?*
23 *Libertas hominum in innocentia.*
24 *Hominum innocens status vsque dum duraturus foret!*
25 *Angelus Angelo dominatur.*
26 *Aetas aurea.*
27 *Prius homo peccauit, postea serpens tentauit.*
28 *De quo pane loquatur Dominus Genes.2.*
29 *Terra cur spinas producat?*
30 *Spinæ significant peccata.*
31 *Diuisio rerum per iniquitatem facta.* 33.38.
32 *Diuisionis auctor Cain.*
34 *Dominium iure Diuino introductum.* 40.
35 *Aliena inuadens propria amittit.*
36 *Lemma super caluaria Mosci.*
37 *Quilibet sit sorte sua contentus.*
39 *Societas inuito socio dissoluitur.*
41 *Pœnæ cur inuentæ?*
43 *Ius gentium medicus naturæ est.*

I. RBIS machinam libraturus imperiali statera, quæ ad similitudinem Dei tribus digitis appendit Orbem terræ: à mundi exordiar opificio; vt auream illam Bullam inueniam, in qua Dominus, & mundi director, dicitur Imperator. II. In Principio temporis creauit Deus Cælum, & Terram (vt eruditè probat Franciscus Georgius Venetus) vbi cum inter Orbem sempiternum facientes, rerum omnium inuentores reperiri possint; Mundum asserẽtes æternum facillimè redarguuntur: Quid antè hæc breuissima tempora, quibus rerum etiam inuentores assignantur, facerent mundi incolæ sine terræ cultu? tunc non mercatura, non litterarum studia; non disciplinæ, non militia, non nauigatio, nõ fabricandi ars, non texendi, non suendi, non tela, non lanificiũ. Quibus ergo vescebantur? Vbi habitabant? Quibus vestiebantur? Quid agebant artium penitùs ignari? Ridiculum quippè, vt Mundum asserentes æternum, artium, & humani victus inuentores describant: cum hæc inuicem pugnent.

Cant.1. ton.1.

III. Quærenti verò, quid faceret Deus, antequam mundum fabricaret? Sapienti ioco vulgaribus Augustinus respondet. In saltu erat, ligna incidens, vt temerarios, & curiosos combureret: qui vel quod heri fecerint non recordantur: & quod Deus fecerit ante Mundi genituram, inquirere præsumunt. Alta scrutantibus gehennas parabat. Augustini sunt verba. Sapientibus postea alloquendo dico, quod si Cæli, & terræ nomine omnis creatura intelligitur, audenter dico; Antequam faceret Deus Cælum, & terram, non faciebat aliquid. Si enim faciebat, quid, nisi creaturam faciebat? & vtinam sic sciam, quicquid vtiliter scire cupio, quemadmodum scio, quod nulla fiebat creatura, antequam fieret vlla creatura. Præcedens ergo omnia tempora præterita celsitudine præsentis æternitatis, & superans omnia futura, quia cum futura venerint, præterita erunt. Deus autem idem ipse est, & anni eius non deficiunt. Anni nostri eunt, & veniunt: euntes à venientibus excluduntur: & omnes erunt, cum omnes non erunt. Anni Dei dies vnus: Dies eius non quotidie, sed hodie, quia hodiernus eius non cedit crastino, nec cedit hesterno. Hodiernus eius æternitas, in qua Coæternum genuit, cui dixit: Ego hodie genui te. Genuit in æternitate eo modo, quo semper produxisset Sol lucem, & splendorem igniuomum: si semper fuisset. Genuit in æternitate filium, creauit in tempore mundum, secundum illam idæam, quam ex infinitis ab æterno, mente concepit, in certo tẽporis puncto, verbi semine potentissime cõdidit, & ad extra fabricauit: Profundum Chaos clarificãdo luce: In medio aquarum expandit firmamentum, aquis legem ponendo nè transirent terminum suum. Seminificauit terram in lignum frugiferum. Luminaribus diem segregauit à nocte: Luminare maius diei, minus nocti dedit pro temporum, annorum, & dierum distinctione. Reptile animæ viuentis, & volatile super terram scaturiuit ab aquis, vt multiplicarent super terram. Formauit tandem hominem in imagine sua, vt dominaretur in piscem maris, in volucrem Cæli, & in iumentum terræ. Formatum Hominem tulit Deus, & collocauit illum in hortos delicatissimos, quos plantauerat Dominus ab Oriente. Hùc postquam reliquas creaturas primùm absoluerit, hominem manuduxit, vtì in principatum, & dominatum. *Dominamini piscibus maris, & volatilibus Cæli.* VI.

Tom. 1. Conf. l. 11 c. 12.

IV. Psal. 2.

V.

Exindè quęrenti, cur omnium creaturarum postremus efformetur homo? Respondet Gregor: Nyssenus. Nondum magna hæc, & pretiosa res homo, Mundi dominus aderat: nec enim decuerat prius existere principem, quàm illa, quorum gereret principatum: sed vbi cuncta ei subijcienda parata sunt, iam consequens erat apparere rectorem. Idcircò Vniuersitatis huius Creator ei, qui imperaturus erat, quandam sedem regiam, idest paradisum voluptatis, præstruxit: ea verò terra erat, & insula, & mare, & ipsum Cęlum, quo hæc omnia tanquam tecto concamerantur; atque ijs in palatijs omnis generis opes conditæ sunt. Indè est quod in signum *Vassallagij* animantia omnia ad Adamum se contulerunt, cum prò regio illo throno sederet, nomen ab eo acceptura, vt sic eum vel imperatorem ipsorumet testarentur. Quasi imperium (Rupert: Adamum alloquitur) cum conditore partitus, ille procreator, Tu nomenclator; tamquam imperatoris tessera brutis est data, cum accurrerunt acceptura nomen, quod militiæ darent tuæ. Omnia, quæ in terra sub Adami vexillo militassent, nisi bellum Adam intulisset Cælo. Ex his delicijs egrediebatur fluuius ad irrigandum hortum, qui inde dilapsus diuiditur in quatuor flumina. Nomen vni Phison, idest Ganges. Nomen secundi Gehon, scilicet, Nilus: Tertij, Tygris. Quarti, Euphrates. Hisce quatuor fluminibus quatuor summas præfigurari Potestates, scilicet Pontificis, Episcopi, Parochi, & Imperatoris, quibus Christus Ecclesiam Sponsam suam regendam commisit, notauit Ioan. Vgon. *in lib. quod Quadruuium inscribitur, in prolog.* refert Castaldus *p.* 28. *tract. tom.* 5. *n.* 6. Hæ potestates sunt quatuor illa animalia *Ezech.* 1. *Apoc.* 4. Quatuor annuli. *Exod.* 25. *num.* 10. Tribus primis spiritualium, Quarto in temporalium curam mandauit.

Basil. de Parad. VII. Lib. de creat. hom. c. 2. VIII. IX. X. XI.

Hoc in statu dominanti Adamo Orbis Conditor præceptum iniunxit, de non comedendo lignum vitæ: ex omni ligno Paradisi comede; *de ligno autem scientiæ boni, & mali, nè comedas.* Quem enim terrarum præsidem (ait Lippomanus) & Orbis Monarcham XII.

cham creat, ſtatim obſequijs aſſueſcere feſti-
nat, vt ſimul cum principandi poteſtate, iu-
gum parendi obſequenter ſubeat. Non mul-
tum referebat, quod de vna arbuſcula Ada-
mus ederet, ſiue abſtineret Adamus, at ma-
gni intereat, vt cum imperandi Orbis monar-
chia, parendi eruditionem ediſceret de ſchola
obedientiæ. Attende igitur, quid fides Chri-
XIII. *De Ciuit. Dei l.13. c.19.* ſtiana prædicet (clamat Auguſtinus) primos
homines ita fuiſſe conditos, vt ſi non peccaſ-
ſent, nulla morte à ſuis corporibus ſolueren-
tur, ſed prò meritis obedientiæ cuſtoditæ, im-
mortalitate donati, cum eis viuerent in æter-
num. Sed quia contemptus eſt Deus iubens
XIV. (*Aug.l.*14.*c.*15.)qui hominem vno breuiſſimo
adminiculatus fuerat præcepto, quo ſe domi-
num commonebat; inobedientiæ inobedien-
tia retributa eſt: hominis enim hæc ſola miſe-
ria, vt quoniam noluit, quod potuit: quod
XV. non poteſt, velit. In Paradiſo enim etiam ſi
non omnia poterat ante peccatum, quicquid
tamen poterat, non volebat, & ideo poterat
Senec. ep.90. omnia, quæ volebat. *Tantum enim quantum
vult poteſt, qui ſe niſi quod debet, non putat poſſe.*
Nunc verò homine vanitati aſſimilato: quis
enumeret, quàm multa, quæ non poteſt, velit,
dum voluntati eius inferior caro eius non ob-
temperat? ipſo namque inuito, & animus ple-
rumque turbatur, & caro dolet, & veteraſcit,
& moritur; quod non pateremur inuiti, ſi vo-
luntati noſtræ natura ex omnibus partibus
obediret.

XVI. Hùc pertinet quæſtio illa, quam mouet
P.1.q.96 ar.4. Angelicus. An in ſtatu innocentiæ omnes
homines fuiſſent æquales; vel potiùs homo
homini dominaretur? & reſpondet, homi-
num inæqualitatem non tolli per innocen-
XVII. tiam; nam ratione ſexus, ætatis, loci, homines
non eſſent æquales: ſed magis, vel minus iu-
ſti, pulchri, &c. Ex parte etiam animi inæ-
quales eſſent ratione liberi arbitrij, quo ma-
gis proficere poſſent in ſcientia, vel iuſtitia;
licet exceſſus vel deceſſus defectus non eſſet.
Nil ergo prohibet quod homo homini non
dominetur etiam in ſtatu innocentiæ, loquen-
XVIII. do tamen de ſubiectione œconomica, vel ci-
uili, ſecundum quam Præſidens vtitur ſubie-
ctis ad eorum vtilitatem, & bonum. Tale do-
minium hominis ad hominem in ſtatu inno-
centiæ fuiſſet propter duo. Primo, quia ho-
mo naturaliter eſt animal ſociabile, vndè ho-
mines in ſtatu innocentiæ ſocialiter vixiſſent. XIX.
Socialis autem vita multorum eſſe non poteſt,
niſi aliquis præſideret, qui ad bonum com-
mune intenderet. Vnde Philoſophus. Quan- *Pol.1.*
docunque multa ordinantur ad vnum, ſemper
inuenitur vnum, vt principale, & dirigens.
Secundo, quia ſi vnus homo habuiſſet ſuper
alium ſupereminentiam ſcientiæ, & iuſtitiæ,
inconueniens fuiſſet, niſi hoc exequeretur in
vtilitatem aliorum, ſecundum quod dicitur. *1.Pet.c.4*
Vnuſquiſque gratiam, quam accepit in alteru-
trum illam adminiſtrantes. Vnde Aug. dicit,
quod iuſti non dominandi cupiditate impe- *19. de Ciuit.Dei.*
rant, ſed officio conſulendi: hoc naturalis or- XX.
do præſcribit, ità Deus hominem condidit.
Hanc œconomicam ſubiectionem in ſtatu in-
nocentiæ, pace tanti Doctoris, non video.
Natura enim omnes homines genuit æquales,
ex Gregorio, & ſolum variante meritorum
ordine alios alijs culpa poſtponit. Ipſa autem *2.Paſtor. c.6.*
diuerſitas, quæ acceſſit ex vitio, diuino iudi- XXI.
cio diſpenſatur, vt quia omnis homo æquè ſta-
re non valet, alter regatur ab altero. En igi-
tur, quod poteſtas ad bonum inducta commu-
ne prò fine habet à iuſtitiæ tramite recedentes
in viam reducere; Subiecti eſtote (habet Pe- *Ep.1.c.2. n.14.*
trus) ſiue Regi quaſi præcellenti: ſiue duci-
bus tamquam ab eo miſſis *ad vindictam male-
factorum:* quo ceſſante ceſſat etiam ſubiectio: XXII.
vnde Gregorius *cit.loco*. Sit rector benè agen-
tibus per humilitatem ſocius, contra delin-
quentium vitia, per zelum iuſtitiæ erectus: vt
& bonis in nullo ſe præferat, & cum prauorum
culpa exigit, poteſtatem protinùs ſui priora-
tus agnoſcat: quatenùs & honore ſuppreſſo,
æqualem ſe ſubditis benè viuentibus putet, &
ergà peruerſos iura rectitudinis exercere non
formidet. Sed in ſtatu innocentiæ, etſi in ſo-
cietate viuerent homines, nulli eſſet animus
in iniuriam, vel cauſa; cum gratiæ clauo fixum XXIII.
arbitrium, libertatem in malum non haberet;
ſed impeccabilis factus homo, non amplius
ſentire poſſet, quæ vellet; ſed vellet, quæ de-
beret, ad ſimilitudinem Angelorum, qui na-
tura peccabiles, per gratiam facti ſunt impec-
cabiles. Hæc hominum felicitas duratura XXIV.
erat, vſquè dum prædeſtinatorum numerus
compleretur, & in maiorem beatitudinem
traducerentur ad fruendum Deo viuenti. Cum

igitur in statu Innocentiæ nulla lex, quia lex iusto non ponitur Chrysost. præter illam, quæ Deum auctorem, & præconem habuit; De ligno vitæ nè comedas. Ibique starent omnia communia: Terra Dei verbo arata, & semine fęcundata frondes, flores, fructus vnà semper teneret; non est assignabile ad quid in immaculata hominum societate erigatur dominans, & director.

Hom. 6. ad pop. Antioch.

XXV. Nec obstat Thomæ obiectio, quod hominum conditio in statu innocentię dignior non esset, quàm conditio Angelorum. Sed inter Angelos quidam dominantur alijs, vnde & vnus ordo dominationum vocatur. Ergo innocentiæ non repugnat quod homo homini dominetur? Respondeo enim ex doctrina eiusdem D. Thomæ non currere paritatem ab hominibus ad Angelos, cũ homines sint eiusdem speciei: non sic Angeli, quorum Hierarchiæ cum sint distinctæ, & inferiores illuminentur à superioribus, hoc sensu dici potest Angelus Angelo dominari: quæ ratio cum in hominibus cesset, & dominandi titulus silère debet prò innocentiæ statu. Inde Ouidius

p. 108. ar 8. ad 3.

XXVI. Metam. 1.

Aurea prima sata est ætas, quæ vindice nullo
Sponte sua, sine lege fidem, rectumq; colebat:
Pœna, metusque aberant, nec verba minantia fixo
AEre ligabantur, nec supplex turba timebat
Iudicis ora sui, sed erant sine iudice tuti.

XXVII. Hæc perdurauit fęlicitas, vsque dum stetit æqualitas: at cum homo superbus intumuit; statim ac principatum affectauit, serpentem vocauit, qui eleuando deijceret. Serpens enim haud tentasset nisi prius homo cecidisset: vt pulchrè notat Ferus apud Nouarinum in verbis illis: *Sed & Serpens*. Cur non simplicius dixit, *sed Serpens*, absque eo, quod coniunctionem *&*, adderet? *Quid aliud* (respondet) *per hoc ostendit, nisi vt sciamus initium peccati, vel tentationis non cœpisse ab exteriori tentatione serpentis. Nisi enim homo victus per superbiam tumuisset, foris tentatus non tam facile cessisset.* Illicò ergo quo peccauit, amisit illam iustitiam originalem, & rationem, quæ adinuicem deosculabantur; Et factus tamquam folium, sensualitatis vento agitatum, cępit carni inseruire, vt totius posteritatis spiritum conuertit in carnem. Culpa exigebat pęnam, vt pęnitentia recuperaret gratiam. Iniunxit Dominus vt in sudore vultus sui vesceretur pane suo. Neque intelligas de hoc pane materiali, quem comedimus, quia tunc non erat, imo in escam dederat Deus omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna, quæ habent sementem. Vndè verisimilius intelligas de illo pane, de quo dicitur. *Amen dico vobis non Moyses dedit vobis de Cælo panem, sed pater meus dat vobis de Cælo panem verum, qui dat vitam mundo. Ego sum panis viuus, qui de Cælo descendi, si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Hunc panem spiritu prophetiæ, quo claruit Adam cunctis diebus vitæ suæ; comedit in sudore vultus sui, rigorosa, scilicet, pęnitentia sensualitatis impetum deprimendo; vt sapienter notauit Antonius de Rosellis de Regim. Mundi. Aliam etiam indixit pęnam, vt terra, quæ iussu Dei herbam pabuli, & lignum fructiferum producebat, geminaret spinosas, & venenosas herbas, quæ ad pabulum non proficiunt, & tanta ligna, quæ fructum non afferunt. Homini quidem indicta pęna, Terra enim (August.) pęnas nec spinas sentit cum sensu careat: vndè per infructuosas arbores insultatur hominibus, vt intelligant quàm sit erubescendum sine fructu bonorum operum. Per spinas verò humani peccati crimen hominibus antè oculos ponitur, quo admonemur à peccatis auerti, & ad Dei præcepta conuerti. Antè peccatum ergò hominis non est scriptum, quod terra aliud protulerit, nisi herbam pabuli, & ligna fructuosa. Post peccatum autem videmus multa horrida, & infructuosa de terra nasci propter hominis peccatum. Sic enim dicitur ad primum hominem, postquam peccauit: Maledicta erit terra tibi in omnibus operibus tuis. In tristitia, & gemitu edes ex ea. Spinas, & tribulos eijciet tibi, & edes pabulum agri tui. Indè venit, quod terra communis, elementa communia facta sunt per iniquitatem, vel per necessitatem particularia. Per iniquitatem ait Clemens. Communis enim vsus omnium, quæ sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit: Sed per iniquitatem alius hoc suum esse dixit, & alius illud; & sic inter mortales est facta diuisio. Diuisionis autem primus auctor Cain creditur, vt testatur Moyse. *Factum est autem post multos dies, vt offerret* Cain

Genes. 3. n. 196.

Genes. 3. XXVIII. Genes. 1. Io. 6. q. 4. n. 55. tom. 5. tract. 201 XXIX. lib. 1. cont. Manich. XXX. XXXI. Ep. 5. XXXII. Genes. 4.

Cain de fructibus terræ munera Domino. Abel
quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, *& de*
adipibus eorum: & reſpexit Dominus ad Abel, &
ad munera eius. *Ad Cain verò & ad munera*
illius *non reſpexit*. Notentur pronomina *ſui*,
eius, *illius*, quæ rerum diuiſionis quantumuis
latæ, & pondere grauis facta baſis, & funda-
mentum, litium columnas decantauit Poeta.

Si duo de noſtris tollas pronomina rebus
Prælia ceßarent, pax ſine lite foret.

Quod ſi iniquitate diuiſionem factam re-
XXXIII nuas, per neceſſitatem dicas ad pacis conſer-
uationem, quæ anima ciuilis corporis dicitur.
Cum enim Parentum culpa Terra, quæ ſine
cultura, & cura ad voluptatem germinabat
fructus, modo ſpinas, & tribulos producat,
ſteriliret inculta, niſi ſtaret diuiſa. *Non eßent*
iſta communia, niſi pars illorum pertineret ad ſin-
Senec. ep. 73. *gulos*. Patrata inobedientiæ culpa, cum ab
homine inobedientiam didiciſſent elementa,
nè ab hominum fugerent imperio, dominij
catenis fuere circundata ad maiorem creatura-
rum quietem; vel nè in deterius dilaberemur
præcipites, terræ facta diuiſio, diuinoque di-
plomate, ac æterna ſanctione firmatum domi-
XXXIV nium. *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo*.
En ſalutaria calcaria contra humani generis
inſolentiam, quod numquam ſua ſorte con-
XXXV. tentum, aliena ſemper inuadit limina; Adam
ſibi erat exemplum, cum Diuinitatis aggre-
diendo terminos, humanitatem amiſit. Illis
verbis *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo* al-
ludebat Dominus (dicerem ego) quod Tarta-
XXXVI rorum ille princeps in caluaria capti Moſci,
qui cum Tartarum opprimere tentaſſet, ceci-
dit oppreſſus. *Hic aliena appetendo, propria*
amiſit. In ſudore igitur vultus tui veſceris pa-
ne tuo, te alloquor Adam, diuerſis verbis, ſed
eodem myſterio, quo ad piſces, ad volucres,
ad plantas loquutus, vt producerent in gene-
Geneſ. 1. re ſuo. Germinet terra herbam virentem &c.
iuxta genus ſuum. Creauit Deus Cete gran-
dia, & omnem animam viuentem, quam pro-
XXXVII. duxerant aquæ *in ſpecies ſuas*: & omne volati-
le *iuxta genus ſuum*. In genere ſuo ſe conti-
neat Homo, nè aliena appetendo, amittat pro-
pria. Fructibus reſpondeant labores, & diui-
datur vt panis diſtribuatur. Terra etenim in-
XXXVIII. diuiſa, humanos diuideret animos, quorum
quilibet communitatis prætextu, culturæ ſub-
terfugeret opus; f[illegible]nans autem in ſtudio cur-
reret, cum tempore meſſis, foret diuidenda
fruges, vt etiam non vocati, gloriarentur ele-
cti. Hinc alimentorum cauſa, à filio trucida-
ri patrem, quid obſtaret? ſingulis declaman-
tibus, ſuorum laborum velle mercedem, quid
dicendum? Communitatem adducentibus,
quid replicandum? litem ego componerem
Iuriſtarum illo proloquio, Societatem eſſe di- XXXIX
ſcordię matrem; inde etiam ante prædefinitum
tempus altero ſocio, etſi inuito poſſe diſſolui. Inſtit. 3. de Societ. §4.
Huius communitatis incommoda experti Sã-
ctiſſimi Patriarchæ Abraham, & Loth *Gen.* 13.
Iacob, & Laban. *Geneſ.* 31. terram, bona, fa-
milias, cognationes diuisère, & ſanguinis con-
iunctionem, bonorum diuiſione ſeruarunt.
Deus ipſe commiſerãdo creaturarum ſtatum,
ſocietatis occaſione miſerrimum, marmoreis
terminis ſegregauit dominia. *Fecitque Deus*
ex vno ſanguine totam gentem hominum, vt ha-
bitaret in vniuerſa ſuperficie terræ, poſitis ter- XL.
minis *habitationis eorum*. Alias in libro Ge-
neſeos immeritò ſignaſſet Moyſes à duobus Act. 7. c. 26.
fratribus Deo oblata munera pronominibus
ſui, & *eius*. Factum &c. vt offerret Cain de
fructibus terræ munera Domino. Abel quo-
què obtulit de primogenitis gregis *ſui*, & de Gen. 4.
adipibus *eorum*. Quod ſi cuiuſquè propria non
fuiſſent munera illa, qualem mereretur lau-
dem Abel, vel demereretur Cain? vt redar-
guit Chroniſta? *Et reſpexit Dominus ad Abel,*
& ad munera eius: Ad Cain verò, & ad mu-
nera illius non reſpexit. Vnde iuſta lucet rerum XLII.
facta diuiſio. Hanc tandem vt incontamina-
tam teneret Ius Gentium, quamplurima ad-
inuènit, vt leges, magiſtratus, pęnas ſeruitu- L. 5. ex hoc iure, de Iuſtit. & Iure.
tes, captiuitates. Quæ etſi naturali iuri vi-
deantur contraria, cum iuris naturalis conſer-
uandi gratia, vel ſaltem intra rationis limina
intercludendi, nè in deterius rueret, fuerint
introducta, potius ſecundùm, quàm contrà
naturam videntur. Ius enim gentium naturæ XLIII.
protomedicus vt gementi naturæ ſuccurreret
pharmaca quædam ciuilia excogitauit præter
naturam potius, quam contra; vel ſi contra,
indirectè tantum, non per ſe, ſed per accidens
& præter agentis intentionem. Exemplo ſit
pharmacum, quod medicus ſanitatis gratia
propinat infirmo; à quo ſtatim pallor, citò de-
bilitas: Cauſat ergo medicus pallorem, & de-
bili-

bilitatem in infirmo? non causat medicus, non influit pharmacum, nisi per accidens, occasionaliter, & præter agentis intentionem. Sic fabro lignario ex rudi ligno elaborante statuam, cadunt lignula, frustula, quisquiliæ, de quibus interrogatus artifex, ad quid lignula illa? Respondebit de quisquilijs, & lignulis non curare, sed statuam velle. Replicanti, vnde veniant? Dicet: præter intentionem sui, & per accidens resultare, sumpta occasione artificis ex illo rudi ligno statuam efformantis, & ligno efformato. Sic etiam occasione Iurisgentium redolentis, & reformantis ius naturale ad esse primæuum; vel satagentis nè in deterius rueret, seruitutis, Bellorum, penarum cadunt quisquiliæ. Hanc vnam enim Iusgentium petit, Orbis, scilicet, pacem tamquam finem, ad quem ordinantur media Iurium, Magistratuum, de quibus in sequenti.

CAPVT SECVNDVM.

Reges cur? & Quando creati?

1 *Regalia mysteria silenda, vel laudanda.*
2 *Regnorum ruina ab adulatione.*
3 *Finis scribentis veritas.*
4 *Veritatem detegere, obiurgare mutos est.*
5 *Audientibus est loquendum.*
6 *Semper succedit, multa tentanti.*
8 *Gloria virtutis vmbra.*
9 *Gloria antecedit, vel subsequitur auctorem.*
13 *Regimen triplex.*
15 *Regiminum vtilius quale?*
15 *Deus Aristocraticè dominatur.*
16 *Regimen ad libidinem, vnde venerit?*
18 *Cainus, & Romulus æquiparantur.*
19 *Nimrod auctor tyrannidis.*
20 *Nimrod cur dicatur venator?*
21 *Nimrod Cælum conscendißet, nisi Deus obstitißet.*
22 *Ninus primus intulit bellum finitimis.*
23 *Bellare cupiditate regnandi latrocinari esse.* 25.
24 *Alex. M. redarguitur, vt latro.*
27 *Pyrrhus regnum reliquit acutiùs habenti gladium.*
28 *Alienis inhiari regium est.*
29 *Romulo cur apparuerint accipitres? cur à Lupa educatus.* 30.
31 *Dominandi libido imperij ruina.*
32 *Qui à Domino appellentur Reges?*
33 *Regum necessitas.* 35. 37. 41.
34 *Homo sine societate aut Deus, aut bestia.*
35 *Vrbes antiquæ cur procul à mari sitæ?*
36 *Piratica penes antiquos in gloria.*
38 *Sine connubijs infirma Respublica.*
40 *Melius est esse duos, quàm vnum.*
47 *Principes ad quid creati?*
51 *Felicitas à Regibus.*
52 *Regem commenta est natura.*
53 *Natura naturans, vel naturata.*
54 *Regna veniunt à Deo.* 86. 59. 104.
55 *Rex viua Dei imago.*
59 *Populus ministerialiter tantum concurrit ad electionem Regis.*
60 *Reges ordinariæ astrorum constellationi non subiacent.*
63 *Reges cum eliguntur, de nouo creantur.*
64 *Reges Dij sunt.* 105. *Sancti.* 119.
65 *Tyrannides an à Deo?* 71.
66 *Tyrannorum lex.*
67 *Tyranni imago.*
68 *Terrarum pessima Tyrannus.*
69 *Peccati causa Deus non est.*
72 *Deus regna transfert.*
74 *Tyranni instrumentum Dei, vt Nabuchonosor, Attila.* 76.
75 *Tyrannis vtitur Deus ad correctionem.*
77 *Tyrannos dat Deus, quando talibus dignus est mundus.*
78 *Princeps iuuenis pæna subditorum.*
81 *Iuuenum laus.*
82 *Salomon dum iuuenis iustus, senex impius.*
83 *Iupiter quomodo vincat sapientem.*
84 *Primi Gentium Reges, & Maiores Regum.* 87.
85 *Natura sapientiorem facit Regem.*
88 *Iudæorum Rex Deus.* 90.

89 *An-*

89 *Angeli inter se digladiantur prò tutela suorum.*
95 *Iudæorum regimen œconomicum.*
96 *Communitatis incommodum.*
98 *Iudæi, cur Regem petierint?*
100 *Regum ius.* 109.104.136.
102 *Subditis in Regem etiam iniustum insurgere nefas.*
103 *Reges prò iudice Deum habent.* 107.
106 *Subditi in Regem ius non habent. Quomodo se defendant.* 134
109 *Subditi quando à Rege non tractantur vt subditi, quomodo se gerere debeant?*
111 *Christus ortum trahit à Regibus.*
112 *Amalecites Regicida Saulis punitur.*
113 *Saul à quo occisus?*
117 *Saul exauctoratus à Samuele cur honoretur?*
118 *Lex debet exemplo firmari.*
120 *Saulem Dauid cur honoret?*
123 *Nabuchodonosor cur Deum viderit?*
124 *Reges propter infidelitatem regnum non perdunt.*
125 *Christus non eripit mortalia regna.*
126 *Imperatori infideli Christiani quomodo seruire debeant?*
127 *Petrus à Paulo reprehenditur, quomodo.*
129 *Magna negotia, magnis adiutoribus egent.*
130 *Imperio quantum prosint consilia.*
131 *M. Alex. quorum consilio profecerit? Sic Attica Respub.*
132 *Consilium debet esse liberum.*
133 *Reges pati debent sibi contradici.*
135 *Deo potius, quàm Regi obediendum.*
136 *Iuris regij definitio.*
138 *Regium ius à doctoribus frustrà controuersum.*
139 *Leges silent inter arma.*
140 *Regnorum arcana etiam Prophetis solo somnio panduntur.*
141 *Rex non accipit, sed dat legem.*
142 *Andathirsi mystica responsio ad Darium.*
143 *Carolus M. gladio legem obsignabat.*
145 *Princeps solutus legibus ciuilibus; non diuinis, & naturalibus.* 148.151.156.164.
146 *Regem non possum interrogare, cur ita facis?*
147 *Spurius Melus quo medio tyrannidem moliretur?*
149 *Ciuilium, & naturalium legum differentia.* 154.
150 *Adam cur statim in paradiso voluptatis ligaretur lege?*
152 *A Ioue ius descendit.*
153 *Natura quid sit? Ius naturale quid sit.* 154
155 *Turcarum consonantia in iudicijs.*
156 *Abraham primus legem obseruat.*
157 *Moysem cur Dominus occidere voluerit?*
158 *Iuliæ ars ad captiuandum Bassianum Caracallam, & eius impia lex.*
459 *Cambyses sororem duxerit in vxorem quo fundamento.*
160 *Reges Deo seruire tenentur.* 32.164.
161 *Parocho subduntur Reges.* 163.
162 *Papa superior omnium.*
165 *Princeps etiam si solutus legibus, legibus viuere profitetur.*
168 *Samuel priusquam obiurgaret Iudæos, seipsum purgauit.*
169 *Tuba legis, exemplum Principis. Clamparij error.*
170 *Manna cur Sabbatho non plueret?*
171 *Aethiopes quomodo Regem imitarentur.*
172 *Christus prius fecit, postea docuit.*
173 *Magistratuum creatio de regalibus est.*
174 *Veneti Magistratuum creationem reseruant Concilio Supremo in signum regiæ potestatis.*
175 *Simonia an puniatur.*
176 *Hungari, Poloni, quam acriter suum ius defendant.*
177 *Episcoporum electio ad quem?*
178 *Vitæ, & necis potestas de regalibus est.* 180
179 *Gladio quis promoueatur?*
180 *Caroli M. pietas.*
181 *Res sacræ quomodo pertineant ad Regem?* 183.184.
181 *Apud Romanos idem erat Princeps, & Sacerdos.*
182 *Christus cur à Romanis non receptus vt Deus?*
183 *Papa rerum sacrarum director, & custos.*
185 *Ius mittendi legatos de regalibus est.*
186 *Legatorum ius sacrosanctum.*
187 *Legati in patriam molientes impunè.*
188 *Extrema prouocatio de regalibus est.*
189 *Dominorum potestas in seruos politico iure correcta.*
190 *Ecclesiarum, vel Principum statuarum priuilegium.*
191 *Monetam cudere de regalibus est.*

192 *Monetam cudere sine Principis licentia crimen læsæ maiestatis est.* 194.
193 *Ianuenses monetam cudunt ex priuilegio.*
194 *Turcæ: Hungari nulli dant priuilegium cudendi monetam.*
195 *Bellum infere: pacem dare de regalibus est.*
196 *Vectigalia de regalibus principum.*
197 *Christus accusatur vectigalium prætextu.*
198 *Turcarum Muphti quo prætextu, quo iure occisus.*
199 *Vectigalia nouiter imposita, vel remissa.*
200 *Nundinæ de regalibus sunt.*
201 *Regum insignia.*
202 *Regem facit non natiuitas, sed virtus.* 204 209.
203 *Natura potioribus deteriora submittit.*
204 *Potentior debet esse qui melior.* 209.
205 *Regnantium obligatio.*
206 *Antiqua pœna, quam inferebant regnantes inobedientibus.*
207 *Non potest imperare qui nescit parere.*
208 *Iupiter cur fulmina stringat.*
Furiæ in Areopago cur placido vultu designatæ?
209 *Antiqui Regem cur non timerent?*
210 *Regnum antiquitùs penes quos?* 202.204.



I. REGALIA mysteria nobis obijciuntur, quæ silenda, aut laudanda docuit Tacitus. Blanditijs ergo, & assentationibus, Principum colligam gratiam? nefas, amica veritas sentiet, quæ velit, dicet, quæ sentiet. Nihilo enim deteriori loco, quàm nunc est, fuisse Mundi Rempublicam cum Demosthene futuram arbitror. *Cum-*
Hist.3. *que non vna fortasse, aut altera, sed multæ sanè sint causæ cur in hunc statum Mundus ceciderit,*
II. vndè canere possim; *Nil erit vlterius, quod nostris moribus addat posteritas;* tum verò *maximam, si diligenter examinemus, huius incommodi culpam sustinere eos reperiemus, quibus ad gratiam concionari, quàm quæ optima sunt dicere*
III. *magis placet.* Initium igitur mihi sit diuini Numinis inuocatio, vt me fallentem puniat, si odio vel amicitia corruptus non sentiam, quæ licent, vel reticeam, quæ sentio. Testis sit Christus, quod potestatis metu haud veritatem mergam in puteo, non præmij cupiditate corrumpor, non odio aduersarij vindictam molior. Finis sit veritas, quæ omnibus patens, nondum est occupata. Ante nos enim ista mouentes, non Domini nostri, sed duces fuere: Seneca. Ex commentario meo hoc
Ep. 33. IV. vnum sapite, scribentium *ipse dixit* animoso *Quare?* retundere. Quod si Cynicam libertatem redarguas, quia veritatem detegere sit mutos obiurgare? mei partes fouet Seneca.
Ep. 29. V. Abest periculum, nulli enim nisi audituro dicturus sum. Verbis ergo non parcam, cum sint gratuita. Spargenda est manus: cum fie-
VI. ri non possit, vt non aliquando succedat, multa tentati. *Inter multos, quos admonuero* (Seneca fideiubet) *alicui sum profuturus.* Inanem VII.
non diligo gloriam, quæ virtutis vmbrà inui- VIII.
tos etiam comitatur. Quod si gloriam insequar, inflante scientia (teste Paulo) Vmbræ
non obliuiscar naturam. Vmbra aliquando Cor.1.c.8
antecedit, aliquando sequitur: ita gloria ali- IX.
quando ante nos est, visendamque se præbet, aliquando in auerso est, maiorquè quo senior, vbi inuidia secessit. Quandiu videbatur furere Democritus? vix recepit Socratem fama. Quandiu Catonem ciuitas ignorauit? respuit: nec intellexit, nisi cum perdidit. Nulla vir- X.
tus latet, & latuisse, non ipsius est damnum. Senec. ep.79.
Veniet qui conditam, & seculi sui malignitate compressam, dies publicet. Paucis natus est,
qui populum ætatis suæ cogitat. Multa an- XI.
norum millia, multa populorum superueniēt: ad hæc respicio. Etiam si omnibus nobiscum viuentibus silentium liuor indixerit, venient qui sine offensa, sine gratia iudicabunt. Ad limina regrediamur.

Triplicatum regimen vsque adhuc passus XII.
Orbis, Monarchicum, Aristocraticum, & Populare. Primum, vnius in omnes ad publicum bonum est, à quo si deficiat, exercitio saltem, si non titulo, Tyrannus erit. Secundum, plurium morigeratorum in omnes ad publicum bonum est, à quo si recedant, Democratia est. Tertium, omnium in omnes ad publicum bonum, à quo si cadant, Oligarchia est. Hispaniarum, & Galliarum Reges sint exemplar primæ. Venetorum Respublica secundæ. Helue-
tiorum dominatus, tertiæ. Horum quale XIII.
vtilius? vsquè dum sub Reipublicæ regimine viuam, tuta & præsentia malo; Regum incognita

XV. gnitã, & inexperta iudicabo? Deum aristo-
cratico dominatu regere credo, cuncta tenère,
dirigere. Vnitas enim essentiæ, personarum
non excludit Trinitatem: immò perfectior
vnitas, quanto triplicata personis. Dominium
ergo tantò perfectiùs, quantò multiplicatum
subiectis in vnum coalescentibus finem. Sed
extrà lineam, suo quilibet contentus princi-
XVI. pe, amet, veneretur, adoret. Regiminis in-
sequamur originem, quæ vel inter Iudæos,
vel inter Gentiles perquiritur. Item vel lo-
quimur de principatu cuius finis dominandi
libido, vel de eo cuius finis iustitia est, & po-
XVII. pulorum quies. Illa à Caino incœpit, cum in
terra profugus ad orientalem plagam Ciuita-
tem plantauit, vocauitque nomen eius ex no-
Genes. 4. mine filij sui, Henoch. Vndè Augustinus He-
Lib. 15. noch Ciuitatem Romæ comparat, quandò à
de Ciu. fratre Romulo occisus Remus, credidit ille
Dei c. 5. XVIII. minùs dominari, si eius potestas viuo consor-
te, minueretur. Vt ergo totam dominatio-
nem haberet vnus, ablatus est socius, & sce-
lere creuit in peius, quod innocentia minus
esset in meliùs. Vndè de vtraque cum Luca-
Lib. 1. no cani possit.

Fraterno primi maduerunt sanguine muri

Hæc ante diluuium: Post diluuium, ini-
XIX. tium dedisse tyrannidi Nimrodum legimus:
fuit iste Noe pronepos: *Porrò Chus genuit*
Genes. 10 *Nimrod: ipse cœpit esse potẽs in terra: & erat robu-*
stus venator coram Domino. Ob hoc exiuit prouer-
biũ: Quasi Nimrod robustus venator corã Domi-
no. Fuit autem principiũ regni eius Babylon. Re-
gnandi finis fuit dominandi libido, in cuius
monumentum est Babel, qua in Cęlo ipso Io-
uem obsidione stringere mente conceperat,
vt sub gigantum fabula, Nimrodi inuoluit
historiam, Ouidius.

Metam. 1 *Neue foret terris securior arduus æther,*
Affectasse ferunt regnum cæleste Gigantes,
Altaque congestos struxisse ad sydera montes.

Ita scriptura. *Dicitquè alter ad proximum*
Genes. 11 *suum: Venite faciamus lateres, & coquamus eos*
igni &c. Venite faciamus nobis Ciuitatem, &
turrim, cuius culmen pertingat ad Cælum: & ce-
lebremus nomen nostrum antequam diuidamur in
vniuersas terras. Inter causas autem quibus
adducti homines illi, tantum moliebantur o-
pus, Principalem tangit Hugo de S. Victore.
in Genes. *Potest etiam dici à Nimrod factam esse turrim il-*
lam cupiditate regnandi. Vndè diuisis linguis,
ipse cum familia sua ibi remansit, cæteris receden-
tibus, & Assur expulso, cui paterno iure contin-
gebat illa mansio, quia erat de stirpe Sem maioris
filij Noe. Assur autem recedens in terram, quæ ab
ipso dicta est Assiria, multiplicatus est vsque ad XX.
Regẽ Ninum, qui ab eius progenie ortus est. Adeo
creuerat regnandi libido, vt turri illa Deum
infestare, crederet posse. Per hoc contra Do-
minum dicitur venator, & quia hominum ve-
nator, & tyrannus: metaphora à feris desum- Thren. 5.
pta iuxta illud: *Venando venati sunt me, velut* n. 51.
auem, inimici mei immeritò. Et Hierem. *Mit-* 16. n. 16.
tam venatores multos, & venabuntur eos in
omni monte. Sic Nimrod hominum dice-
batur venator, quia vel trucidatos, vel sub iu-
gum missos, violenter opprimebat: exemplo
venantium, qui feras captas interficere, vel
viuas loris constringere solent. Contra Do-
minum dicebatur venator, quia impius Diui-
nitatem turri sua constringere credebat, vt
videre est apud Augustinum. *Gigas ille Nim-*
rod ciuitatem, quæ posteà dicta est Babylon, ædi- 16. de
ficare aggressus est, vt ea cæterarum ciuitatum Ciu. Dei c. 4.
gereret principatum, vbi esset tanquam in metro-
poli, habitaculum regni: quamuis perfecta non
fuerit vsquè in tantum modum, quantum super-
cogitabat impietas, nimia quippè disponebatur eius
altitudo, quæ idcirco dicta est vsquè ad Cælum
pertingere. Sed quid noceret Deo quantacunque
vel spiritalis, vel corporalis altitudo? tutam
veramquè in Cælũ viam molitur humilitas, sur-
sum leuans cor ad Dominum, non contra Domi-
num: Sicut gigas ille Nimrod dictus est venator
contra Dominum. Quid autem significatur hoc
nomine? quod est venator? nisi animalium terri-
genarum deceptor, oppressor, extinctor. Erigebat
ergo ille cum suis popularibus turrim contra Do-
minum, qua est impia significata superbia. Quæ XXI.
Cælum conscendisset, nisi linguarum confu-
sione Deus obstitisset. *Descendit autem Domi-*
nus, vt videret ciuitatem, & turrim, quam
ædificabant filij Adam, & dixit: ecce vnus est
populus, & vnum labium omnibus, cœperuntque
hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, do-
nec eas opere compleant. Nimrodi successor Ni- Genes. 11
nus Rex Assyriorum, vel in primo gradu tan- XXII.
quam filius, vt voluerunt Bellarm: & Perer. Chron. 3.
asserentes, Bellum & Nimrodum esse synony-
ma. Vel Nimrodi nepos, vt voluit Ammia- in Genes.

nus Berosus quidquid sit, de eo famosum elogium apud Augustinum reperio: *Primus*
De Ciu. Dei l.4. c.6. *omnium Ninus Rex Assyriorum veterem, & quasi auitum gentibus morem noua imperij cupiditate mutauit; Hic primus intulit bella finitimis, & rudes adhuc ad resistendum populos, ad terminos vsquè Libyæ perdomuit. Domitis igitur proximis cum accessione virium fortior ad alios transiret, & proxima quæque victoria instrumentum sequentis esset, totius Orientis populos subegit.* An vero hæc dominandi libido, regni titulo illustrari debeat? ita soluit
XXIII. Augustinus. *Inferre autem bella finitimis, & inde in cætera procedere, ac populos sibi non mole-*
Ibid. *stos sola regni cupiditate conterere, & subdere, quid aliud quàm grande latrocinium nominandũ*
XXIV. *est?* Indè quàm iustè Alexandrum comprehensus pirata redargueret: cum idem Rex hominem interrogasset, quid ei videretur, vt mare haberet infestum? ille libera contumacia, *quid sibi*, inquit, *vt Orbem terrarum? sed quia id ego exiguo facio nauigio, latro vocor: quia tu magna classe Imperator*, vidère est apud eundem Augustinum. *Remota enim iustitia, quid sunt*
XXV. *regna, nisi magna latrocinia? quia & ipsa latro-*
Ib. c.4. *cinia, quid sunt, nisi parua regna? Manus etenim ipsa hominum cum imperio principis regitur, pacto societatis astringitur, placiti lege præda diuiditur. Hoc malum si in tantorum perditorum hominum accessibus crescit, vt & loca teneat, sedes constituat, ciuitates occupet, populos subiuget, euidentiùs regni nomen assumit, quod ei iam*
XXVI. *in manifesto confert non adempta cupiditas, sed addita impunitas.* Similes Dominationes Ty-
Ep. 90. rannidem vocauit Seneca. *Sed postquam sur-*
XXVII. *repentibus vitijs in tyrannidem versa sunt regna.* Epirotarum ille Rex Pyrrhus interrogatus in articulo vitæ, cui filiorum relinqueret regnum? respondit: *ei qui longius gladium ha-*
XXVIII *buerit.* Quasi Rex dici non possit, nisi alienam temeret Domum. *Sua retinere priuatæ Domus,*
Tacit. An. 15. *de alienis certare regiam laudem esse.* Hoc voto
XXIX. cum Remus, & Romulus inaugurarentur Reges, Remo sex; Romulo duodecim apparuerunt accipitres vt vnà cum regno edocerentur rapinam. Quid sibi vult lupa illa cuius la-
XXX. cte enutriti regnantes fratres? nisi, quòd luporum instar radentes, non tondentes pecus, rapacitate contexent diadema? Hìc sistam gradum; Tyrannis enim illa, quæ cuncta turbat, mihi non potest non arripere calamum; si sibi animam rapit. *Ea ipsa Dominandi* (de XXXI.
Romanis) loquitur Augustinus, *Libido, quæ inter alia vitia generis humani immoderatior inerat vniuerso populo Romano, postea quàm in paucis potentioribus vicit, obtritos, fatigatosquè cæteros etiam iugo seruitutis oppressit.* Ita cadit imperium illud, quod regnum est, & non officium. De Ciu. Dei l.1. c.30.

Eorum modò insequamur originem, qui præ oculis tenentes iustitiã, & publica priuatis anteferendo bona, meruerunt à Domino XXXII.
Reges appellari. *Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.* Sed quo- Psal.1.
modo, interpellat Augustinus, Reges Domino seruiunt in timore? nisi ea, quę contrà iussa Domini fiunt, religiosa seueritate prohibẽdo, atque plectendo. Aliter enim seruit quia homo est, aliter quia etiam Rex est. Quia homo est, ei seruit viuendo fideliter. Quia vero etiam Rex est, seruit; leges iusta præcipientes, & contraria prohibentes conuenienti vigore sanciendo. Talis est Hieremiæ ser- Ep.40. ad Vincent.
mo ad Reges Iuda. *Audi verbum Domini Rex Iuda, qui sedes super solium Dauid: tu & serui tui, & populus tuus, qui ingredimini per portas istas. Hæc dicit Dominus: facite iudicium, & iustitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris: & aduenam, & pupillum, & viduam nolite contristare, neque opprimatis iniquè (siuè impiè) & sanguinem innocentem nè effundatis in loco isto. Si enim facientes feceritis verbum istud, ingredientur per portas Domus huius reges sedentes de genere Dauid super thronum eius &c.* C.22.

Talem Regem, qualem pingit Propheta, antè vel post cataclysmum perquirimus. Si XXXIII
antè, Regem monstrabat ratio: Post, necessitas eligebat. Vt nunc, & tunc homini prout animali ratione prædito necessaria communitas in specie sua, sine qua aut Deus, aut bestia. XXXIV
Nullius enim boni sine socio est iucunda possessio. 2. ob mutuam communicationem in vitæ necessarijs, quam vita solitaria negat. 3. ad tutelam in iniusta, & nociua: cum enim homo natura nascatur inærmis, quàm difficile sibi solus, & à brutis, & ab hominibus pararet vindictam. Hoc enim voto, teste Thucydide *Belli Pelopon.* lib.1. Vetustæ vrbes propter assiduam

ſiduam latronum infeſtationem procul à ma-
XXXV. ri ſunt ſitæ, ſiue in inſulis, ſiue in continen-
te, quia quæ deorſum ad mare vrbes erant
ignaræ rei maritimæ, mutuo ſeſe ſpoliabant,
& adhuc muris carent. Olim enim qui mari-
timi erant, vbi cœperunt crebrius alij ad alios
nauibus tranſire, ad latrocinium cōuerſi ſunt,
ducibus non tenuiſſimis, tum ſui quæſtus, tum
infirmorum victus gratia; & quod peius eſt,
quia illud opus nondum pudori eſſet, quini-
XXXVI mo gloriam quandam afferret. Imò gloria
eſſet acutè exercere, vndè in vetuſtis Poeta-
rum codicibus, leguntur nauigantes vltro ci-
troque interrogantes, Vtrum latrones ſint,
qui Piraticam exercent? Quę quidem quæſtio
prò certo ſupponit nec interrogatos operis
pudère, nec eos qui ſcire ſtudeant, exprobra-
re. 4. ad rerum permutationes & contractus,
XXXVII. quibus extrema Mundi copulantur in vnum.
5. ob naturæ connubia, in quibus vtì in ſcri-
nio reſeruantur & procreantur humanæ natu-
ræ ſemina. Quorum ſtimuli, & quaſi calcaria
ad ſocietatem, curſum ſollicitantia, quemli-
Senec. ep. bet pungunt. *Et quomodò hominem homini na-
tura conciliat, ſic ineſt huic quoque rei ſtimulus,
qui nos amicitiarum appetentes faciat*. Exemplo
XXXVIII. ſint Romani, quorum Imperium non latè diſ-
funderetur in Orbe, niſi Sabinæ Virgines fe-
cundo ventre propagaſſent. Etſi enim Ro-
mana res adeo valida eſſet, vt cuilibet finiti-
marum ciuitatum bello par eſſet; ſed penuria
mulierum, hominis ætatem duratura magni-
Liuius 1. tudo erat, quippe quibus nec domi ſpes prolis,
nec cum finitimis connubia eſſent. Nuptias
XXXIX ita natura efflagitat, vt fratrum, & ſororum
commixtione velit propagari, cum aliundè
deficit generatio. Melius eſt ergo duos eſſe
Geneſ. 4. ſimul, quàm vnum: habent enim emolumen-
tum ſocietatis ſuæ ſi vnus ceciderit, ab altero
XL. fulcietur, væ ſoli: quia cum ceciderit, non
habet ſubleuantem ſe. Si naturale igitur ho-
Eccleſ. 4. mini, quod in multorum ſocietate viuat, ne-
XLI. ceſſe eſt in hominibus eſſe, per quod multitu-
Tho. c. 1. do regatur. Aliàs à capite ſecedentibus mem-
de Regim. Princ. bris, nec ad totius conſeruationem gradien-
tibus, neceſſe foret, vt in ſe etiam magna rue-
rent; Non niſi in partes recolligi poteſt, quod
contrarijs ventis verberatur in aere. Nauis,
cuius remiges eodem tempore petunt Auſtrū,
& Aquilonem, vel ſubmergitur, vel flagella-
tur. Ciuitas, cui tot principes, quot familiæ, XLII.
ſylua eſt, quæ tabeſcit, vt feræ pingueſcāt. Huc
Salomon. Vbi non eſt gubernator, populus Prou. 11. XLIII.
corruet. Ex hoc natura commenta eſt regem,
qui membrorum officia ordinaret ad caput, vt XLIV.
ex alijs animalibus cognoſcere licet. Exem- XLV.
plo ſint apes, quarum Rex in ampliſſimo, me-
dioque, ac tutiſſimo ſedēs cubili, onere vacat,
ſi onere vacare poteſt, qui ſtateram ingenij ſui
alienos librat labores, ac in throno quaſi in
telonio publicanus aliena exigit opera. Vſu- XLVI.
ram naturæ ſoluunt, vſquè dum Principem
timent; amiſſo rege, earum totum dilabitur Sen. de
examen. Quod enim in domibus faciunt li- clem. 1. c. 19.
gnorum contignationes, hoc principes in ci-
uitatibus. Nam ſicut ſi illas ſuſtuleris, diſſo-
luti parietes per ſe corruunt: ſic ſi ex mundo
principes tollas, & horum metum, & domus,
& ciuitates, & gentes cum multa inter ſe licen- XLVII.
tia corruent, nemine exiſtente, qui contineat,
& repellat, & pęnæ timore eos quieſcere per- Chryſ.
ſuadeat. Principes enim armauit Deus, vt ho. 6. ad
laſciuientes terreant. Si enim iudicialia ſu- pop. Ant.
ſtuleris tribunalia, omnem vitæ noſtræ ordi-
nem ſuſtuliſti. Gubernatore deſtituta, nauis
ſubmergitur. Si ducem ab exercitu abducas,
vinctos hoſtibus milites tradis: ita ſi princi-
pem de ciuitatibus abſtuleris, feris irrationa- XLVIII.
bilibus irrationabiliorem degemus vitam,
inter nos mordentes, & nos deuorantes, pau-
periorem potentior, manſuetiorem auda-
cior. Subiecti igitur eſtote, ſiue Regi qua- Petri ep.
ſi præcellenti: ſiue ducibus, tanquam ab eo 1. c. 2.
miſſis *ad vindictam malefactorum, laudem ve-* XLIX.
rò bonorum. Obedite præpoſitis veſtris, ſu- 13. Heb.
biacete eis. *Ipſi enim peruigilant quaſi ratio-* n. 17.
nem prò animabus veſtris reddituri. Itaque hi L.
quibus ad propoſitum benè viuendi aditum
confert ſecuritas publica, neceſſe eſt aucto-
rem huius boni, vt parentem colant. Omne
noſtri otium à Regibus eſt. Ep. 73. LI.

O Melibæe Deus nobis hæc otia fecit.
Namque erit ille mihi ſemper Deus Seneca Virgil.
Ille meas errare boues, vt cernis, & ipſum
Ludere quo vellem, calamo permiſit agreſti.

Ex his mortalium primi, quique ex his ge-
niti, naturam incorrupti ſequebantur, ean-
dem habebant, & ducem, & legem, commiſſi Senec.
melioris arbitrio. En ergo, quòd Regem ep. 90. LII.
commenta eſt natura.

B 2 Hoc

Hoc vocabulũ *natura*, quod & de naturata,
LIII. & de naturante intelligi poteſt, vt tradidi in
Tit. 2. De Len. libro meo *de iuſtitia & iure*. ſcilicet de naturante illa natura, quæ à Seneca definitur, Deus, & diuina ratio toti mundo partibuſque eius inſerta; altiſſimam excitat quæſtionem: an Regna, & poteſtates à Deo veniant? cui
LIV. reſpondet Apoſtolus. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non eſt enim poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt à Deo ordinatæ ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt: nam principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autem non timere poteſtatem? Bonum fac: & habebis laudem ex illa. Dei autem miniſter eſt tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim ſine cauſa gladium portat, Dei enim miniſter eſt.* Concordat etiam Apoſtolorum Princeps *ſubiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum: Siue regi quaſi præcellenti: ſiuè ducibus tamquam ab eo miſsis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorũ.* Hæc eſt ſapientia illius ſapientię, quæ in principio ſemper intonuit. *Præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis, & virtus ab Altiſsimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur: quoniã cum eſsetis miniſtri regni illius etc.* Sic Prouerb. *Per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt: Per me principes imperant, & potentes iuſta decernunt.* Hinc Plutarcus
LV. Regem vocat *imaginem viuam Dei* cuncta ſeruantis. Et Tertull. *Chriſtianus nullius eſt hoſtis, nedum Imperatoris, quem ſciens à Deo ſuo conſtitui,* neceſſe eſt, vt & ipſum diligat, & reuereatur, & honoret, & ſaluum velit cum toto Romano imperio quouſque ſeculum ſtabit: tandiu enim ſtabit. Regimen enim ſi ad
LVI. hominis naturam neceſſariò conſequitur, iuxta illud: *Vbi non eſt gubernator, populus corruet.* Sine quo homo vel Deus vel beſtia: de-
LVII. monſtratiuè infertur regimen ab eo veni-
LVIII. re, qui humanam condidit naturam. Patrocinatur Iuſtinianus Imperator. *Deo auctore noſtrum gubernãte imperium, quod nobis à cæleſti maieſtate traditum eſt. Maxima enim in hominibus ſunt dona Dei à ſuperna clementia, ſacerdotium, & imperium: & illud quidem Diuinis miniſtrans, hoc autem humanis præſidens, ac diligentiam exhibens ex vno eodemque principio vtraque procedentia humanam exornant vitam. Quia igitur imperium propterea Deus de Cælo conſtituit, vt difficilibus imponat, quæ apud Deum ſunt bona, & leges aptet ſecundum naturæ varietatem: propterea exiſtimauimus oportere & hanc ſcribere ſanctionem, & dare in commune ſubiectis, quos nobis Deus, & prius tradidit, & paulatim ſemper adijciet.*

[Left margin notes: Ad Rom. c. 13. — Ep. 1. c. 2. — Sap. 6. — C. 8. — In Them. — Ad Scap. c. 2. — Prou. 11. — L. 1. C. de Vet. Iur. Enucl.]

[Right margin notes: Collat. 1. Quom. opor. Epiſ. Nouel. 6. — Nouell. 73.]

Sacra reuoluantur monumenta, vbi videre erit Iudæorum reges licet Sacerdotum miniſterio, ſemper tamen auctore Deo inauguratos fuiſſe. Saulem alloquens Samuel ita fatur *Vnxit te Deus ſuper hæreditatem ſuam.* 1. Reg. c. 10.
Iterũ *Vnxit te Deus in principem.* Et infra, *Certe videtis quem elegit Dominus.* Sic prò Dauide. *Dixitquè Dominus ad Samuelem. Vſquequò tu luges Saul cũ proiecerim eũ nè regnet ſuper Iſrael?* 1. Reg. 16
imple cornu tuum oleo, & veni, vt mittam te ad Iſai Bethleemitem: prouidi enim in filijs eius mihi regem. Tantum vulgauit idolomanica regina illa Saba coram Salomone. *Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuiſti, & poſuit te ſuper thronũ Iſrael, eo quod dilexerit Dominus Iſrael in ſempiternum, & conſtituit te Regem, vt faceres iudicium & iuſtitiam* cui reſpõdens Sa- 3. Reg. 10
lomon: *Viuit Dominus qui firmauit me, & collocauit me ſuper ſolium Dauid patris mei.* Hæc omnia prophetico ſpiritu vaticinatus eſt Moy- Deut. 17.
ſes. *Cum ingreſſus fueris terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, & poſſederis eam, & habitaueris in illa, & dixeris: conſtituam ſuper me Regem, ſicut habent omnes per circuitum nationes: eum conſtitues, quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum.* En igitur LIX.
quod populus miniſterialiter tantum concurrit, Superis reſeruato principio. *Ad vtilitatem gentium* (aiebat Irenæus) *terrenum regnum poſitum eſt à Deo; cuius enim iuſſu homines naſcũtur, huius iuſſu & Reges conſtituuntur.* Et Tertullianus: *Inde eſt Imperator, vnde & homo antequam Imperator: inde poteſtas illi, vnde & ſpiritus.* Ex hoc? Plinius ad Traianum. *Neſciſti te Imperatorem futurum: eras Imperator, & eſſe te neſciebas.* Non enim *occulta poteſtate Fatorum, ſed ab Ioue ipſo corã ac palam repertus, electus es: quippe inter aras, & altaria, eodemque loci Deus ille tam manifeſtus ac præſẽs quàm* Cælum

[Right margin notes: L. 5. cont. Hæreſ. — Apolog. p. 675.]

Cælum ac sidera insedit. Quapropter cum Ter-
tulliano *Nos iudicium suscipimus in Imperatori-*
LX. *bus illius, qui gentibus illos præfecit*. Inde A-
strologi, qui nos mortales astrorum coacti-
uæ directioni subiacent, speciali priuilegio
Regem excipiunt, cuius tutor ille est, cui subij-
ciuntur astra matutina, iuxta illud: *Cor Regis*
Prou. 21. *in manu Dei*; vt videre est apud Iul. Firmicum.
2. Mater. Propterea Homerus reges, ac principes à Deo
vult educatos, qui Dei discipuli & æmulato-
LXI. res gloriantur: solus namque Deus & Rex &
Dionys. Pater omnium nominatur. Ex hoc est quod
3. de Reg. in Principum natiuitate vel morte nouæ Stel-
læ apparent in Cælo, vt patet in Carolo Ma-
LXII. gno, cuius ortum noua præcedens stella,
Christ. ordinario astrorum cursu Principum haud di-
Matth. rigi edocuit actiones. Huc facit stella, quæ
Magos antecedens, ipsos duxit ad præsepe,
vbi Rex Regum & dominantium Dominus
stabulabatur. Nec mirum, quod noua effor-
mentur astra, in quibus Principum particula-
ris exaretur vita: si verum quòd in Princi-
LXIII. pem electus, *creari* dicatur, vt erudite notat
Cornelius à Lapide super ly *Subiecti estote om-*
Epist. 1. *ni creaturæ*, Quod vocabulum *creaturæ* græcè
S. Petri. sonat ciuilem gubernationem, quia cum quis
in Pontificem vel Regem creatur transit de
non esse ad esse, qui enim in imo erat, modò
est in fastigio; & terrę peripsema, factus est Cę-
lorum idest tribunalium Deus. *Ego dixi Dij*
LXIV. Ps. 81. *estis, & filij excelsi omnes*. Quo quidem titu-
lo à Domino iudicantur. *Deus stetit in syna-*
goga Deorum: in medio autē dijudicat Deos, idest
Principes. Huc venit Christi responsio Pila-
to data, cum gloriaretur habere potestatem
Io. 19. crucifigendi Christum & dimittendi eum. *Nō*
haberes potestatem aduersus me vllam, nisi tibi
datum esset desuper.

Dices: quomodo desuper est illa potestas,
LXV. quæ si senescat, inter miracula scribitur: vt à
Molpagora Ione interrogatus respondit Bias?
Plut. in Conuiu. Quippè cum vi occupauerit imperium, vio-
lentia etiam habens retinere, inter leges vnā
LXVI. credat sanctam & suo profuturam regimini, vt
quidquid excelsum est, cadat: doctrina est Ty-
rannorum Principis Neronis apud Tacitum.
Huius farinæ sunt rudimenta illa Lyci Tyran-
ni

Act. 2. in Hercul. Furen. *Qui morte cunctos luere supplicium iubet*
Nescit Tyrannus esse; diuersa irroga
Miserum veta perire, felicem iube.

Hic quis est? Tyrannus est. Et si Tyran- LXVII.
ni quæris imaginem, leonem, vrsum, lu-
pum, aut aquilam cogita, qui laniatu viuunt,
ac præda: vt quoniam intelligunt sese omnium
odijs obnoxia, omnium insidijs peti, præru-
ptis locis se continent, aut specubus: & solitu-
dinibus adducunt sese. Nisi quod horū quoq;
sæuitiam superat Tyrannus. Dracones, par-
di, leones, cæteraque immanitatis damnata
crimine animantia à suo genere temperant, &
tuta est inter feras similitudo morum. At Ty-
rannus homo in homines ciuis in ciues potis-
simùm feritatem suam exercet. Huiusmodi Erasmus De instit.
fuere Nero, Caligola, Heliogabalus: quo- Princ.
rum non solum omnis vita pestis quædam
mundi fuit, sed ipsa etiam memoria publi-
cæ mortalium execrationi est obnoxia. Sic
in conuiuio Sapientum apud Plutarchum de
bestijs orta disputatione, pronunciarunt pes-
simam ferarum esse Tyrannum. Qui felix qui-
dem occidēdi finem imponeret hostium ino- LXVIII.
pia: at nec illas ipsas manus, quibus se com-
misit, securus aspicit: contrarijs in contraria
agitur. Nam & inuisus est, quia timetur, &
timeri vult, quia inuisus est: & illo execrabi-
li versu, qui multos dedit præcipites vtitur. Sen. de
Oderint dum metuant. Clem. 1. c. 12.

Hæc potestas si vocari potestas meretur, LXIX.
quę impossibilia cogitat, scilicet æternare vio-
lentum, de quo dici solet, nullum violentum
durabile, à Domino facta erit? Plantabit Rex
Cæli, Tyrannum terræ, qui more gigantum
ipsum in Cęlo Iouem stringere, ac fatigare cre-
dant? *Si nemini mandauit impiè agere, & nemi-* Eccl. 15.
ni dedit spatium peccandi. Potestas omnis quo-
modo apostolico iure à Deo dicetur?

Respondeo quod etsi Deus non implana-
uerit homines, cum necessarij non sint ei ho- LXX.
mines impij, sed ab initio reliquerit hominem
in manu consilij, apponens illi aquam, & ignē,
ad alterutrum quorum potest porrigere ma-
num: cum ante hominem sit vita & mors, bo-
num & malum: adhuc tamen omnis potestas
à Deo est etiam Tyrannica: quę à summa Dei
prouidentia si non datur saltem permittitur LXXI.
propter populi peruersitatem. Si enim Deus
est, qui regna transfert, atque constituit, cum LXXII.
hominum adeo crescit malitia, vt Deum pæ- 2. Dan. 21.
niteat hominem in terra fecisse, quid prohibet Genes. 6.
vt

vt Bella suscitet, euellat imperia, erigens de terra pauperem vt potentes disperdat. Rotunda sunt Domini verba: *Propterea hæc dicit*
Ezec. 26. *Dominus Deus: ecce ego super te Tyre, & ascendere faciam ad te gentes multas, sicut ascendit mare fluctuans.* Item *Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonosor regem Babylonis, ab aquilone regem regum &c.* Pro quo Deus ipse propria manu pugnare non dedignatur vt contra
LXXIII. Regem Sedeciam Hieremias protestatnr. *Hæc*
C. 21. *dicit Dominus Deus Israel. Ecce ego conuertam vasa belli, quæ in manibus vestris sunt, & quibus vos pugnatis aduersum regem Babylonis, & Chaldæos, qui obsident vos in circuitu murorum, & congregabo ea in medio ciuitatis huius, & debellabo ego* (non Chaldæi notat Interlinearis) *vos in manu extenta &c. Dabo Sedeciam Regem Iuda, & seruos eius, & populum eius, & qui derelicti sunt in ciuitate hac à peste, & gladio, & fame in manu Nabuchodonosor Regis Babylonis.* Vbi Lyranus. *Ex quo patet quod Nabuchodonosor non debellauit Iudæos propria virtute, sed*
LXXIV. *diuina: quia in hoc erat instrumentum Dei, sicut Rex Hunnorum dixit Sancto Lupo Frecensi, se esse flagellum Dei.* Vt enim Hyænæ fel, & Phocæ coagulum, atque aliæ pessimarum ferarum partes aduersus magnos morbos efficax habent remedium: sic Deus pessimis Tyran-
LXXV. Plut. in Moral. nis vtitur nonnumquam ad correctionem. Multos tales fuisse prodit historia. Sed huius vitij summitatem, & quasi arcem quandam
LXXVI. Nero primus obtinuit: cuius tanta luxuries, vt nihil ab eo putaretur virile metuendum:
Aug. 5. de Ciu. Dei. c. 19. tanta crudelitas, vt nihil molle habere crederetur, si nesciretur. Etiam talibus tamen dominandi potestas non datur nisi summa Dei
LXXVII. prouidentia, quando res humanas iudicat talibus dominis dignas. Dei audi sapientiam:
Prou. 8. *Per me reges regnant, & Tyranni per me tenent terram.* Sed nè Tyranni non pessimi, atq; improbi reges, sed veteri nomine fortes dicti existimentur. *Vnde Virg.* Aeneid. 7

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni

Apertissimè alibi de Deo dictum est: *Qui*
Iob. 34. *regnare facit hominem hypocritam propter peruersitatem populi.* Exindè liquet, qua causa Deus vnus, verus, & iustus Romanos secundum quandam formam terrenæ ciuitatis bonos adiuuerit ad tanti imperij gloriam consequendam. Simile Pharmacum illud est quando ad purgamentum populorum dat dominatores effœminatos, Principem iuuenem. *Ecce enim* LXXVIII
Dominator Dominus (minatur Isaias) *exercituum* C. 3.
auferet à Hierusalem & à Iuda validum, & fortem etc. dabo pueros principes eorum, et effœminati dominabuntur eis. Væ tibi terra (Eccles.) *cuius* C. 10.
Rex puer est, et cuius principes manè comedunt. Auertant Dij principes pueros (aiebat Senator quidam apud Vopiscum in Tacito) & Patres patriæ dici impuberes, quibus ad subscribendum magistri litterarij manus teneant. Quomodò enim Rempublicam geret, qui ne- LXXIX.
scit gubernare seipsum. Qui alieno consilio in proprijs egent, alienis non consulant. C. indecorum de ætat. & qualit.
Violenta contra iuuenes est præsumptio, quod imprudenter agant, ideo scriptum, nemo iuuenes eligit duces, quia constat eos non esse prudentes. S. Minores Inst. I de excus. Tut.
Vnde Salomon, tria sibi difficilia dicebat, & quartum penitus ignorare, viam viri in adolescentia. Prou. 30.
In senibus, & canitie LXXX.
consistit sapientia; vnde à senibus maiores nostri appellauerunt Senatum, teste Cicerone. Vnde proloquium: plus valet vmbra senis, quàm gladium iuuenis. Castal. to. 5. Tr. num. 14. q. 83.
Et Bos vetus firmius figit pedem, vt veteri prouerbio tradit Hieronymus. Romani, ingrauescente Augusti morbo, suspicantes successorem Tiberium querebantur: seruiendum fore fœminæ, *duobusque insuper adolescentibus, qui Rempublicam interim premant, quandoque distrahant.* Bald. c. 1. de Renūc. Ep. ad Aug. 1. p. c. 109. Tacit. An. I. c. 4.
Hæc modestè accipias, nam & prò iuuenibus, exēplo Alexandri, cum maturiorem ætatem expe- LXXXI.
ctare suasus, respondit: *Vereor nedum perfectam expecto ætatem, audacem, et feruentem perdam iuuentutem* Salomonis, qui ætatem annorum Chrys. Matth. in Alex. M. LXXXII.
duodecim loquebatur cum Deo, senex vero thurificauit Idolis, aciem suo loco instruam. LXXXIII
Non enim virtus maior, quæ longior. Nec Iupiter vincit felicitate sapientem, etiam si vincat ætate. Senec. ep. 73.

Regrediamur ad Reges. Quandò cœperint, erat quæstio? respondeo, Gentium primum LXXXIV.
Regem ex scripturis innotescere: si dicamus Babylonicum regnum in Orbem primū, iuxta illud. *Quasi Nimrod robustus venator coram* Gen. 10.
Domino. Fuit autem principium regni eius Babylon. Post Nimrodum, Pharaonem dominatorem reperio, iuxta illud. *Et nunciauerunt* Gen. 12.
Principes Pharaoni, qui dominabatur in Ægypto. Pharaoni succedunt in registro, Quinque

que

que illi Reges, qui aduersus alios quatuor pu-
Genes.14 gnauerunt, & vicerunt, qui postea victi ab
Abrahamo fugam arripuerunt. Quicquid sit
de Regum primo, hoc verum est, quod secu-
lo, illo quod aureum perhibetur penes sapien-
LXXXV. Seneca tes, fuisse regnum Possidonius scribit. Na-
ep.90. turæ est enim potioribus deteriora submitte-
LXXXVI re. Imo Dei prouidentia factum, vt quisque
bello aut subiugetur, aut subiuget, quidam
essent regnis præditi, quidam regnãtibus sub-
diti; sed inter plurima regna terrarum, in quæ
terrenæ vtilitatis, vel cupiditatis est diuisa so-
cietas: quam ciuitatem Mundi huius vniuer-
sali vocabulo nuncupamus, duo regna cerni-
mus longè cæteris prouenisse clariora. Asy-
LXXXVII. riorum primum, Romanorum secundum, vt
temporibus, ita locis inter se ordinata, atque
distincta. Nam quo modo illud priùs, hoc
posteriùs, eo modo illud in Oriente, hoc in
Occidente surrexit. Denique in illius fine,
huius initium confestim fuit. Regna cætera,
cæterosque Reges: velut appendices istorum
Aug. 18. de Ciuit. Dei c.2. dixerim. Hæc circa gentes. Quod si petamus
Iudæos antè Ægyptiacam seruitutem, non le-
gitur habuisse Regem preter Deum, quos non
LXXXVIII. tantùm generali illa prouidentia, qua Rex
Regum, & dominantium Dominus appella-
Apoc.19. tur, regebat. Verum particulari quodam
regimine Iudeorum Princeps, & Pater gloria-
batur; eo quidem modo, quo Angeli prouin-
LXXXIX ciarum tutelares credita sibi regna custodiunt.
Cap. 10. n.10. Clara est Danielis prophetia, vbi legitur An-
gelus Persarum Præses, Persarum gratia, Ga-
brieli Iudæorum tutelari aliquandiù restitis-
se, omnemque mouisse lapidem, vt Hebræo-
rum exitum, & manumissionem ex Perside
impediret, hoc solo voto vt Persis clientibus
Menoch. 1. de Rep. Heb. c.8. suis commodaret. Hoc sensu dicitur Iudæo-
rum principatum gessisse Deum: qui vt à cæ-
teris nationibus distinguerentur, præputium
circumcidi iussit, vt esset signum fœderis inter
Deum & populum dilectum. *Circumcidetur*
XC. *ex vobis omne masculinum etc. vt signum fœderis*
inter me et vos etc. eritque pactum meum in carne
Genes.17 *vestra in fœdus æternum*. Indè prouerbium
Ps.75. apud Psalmistam: *Notus in Iudæa Deus*, quasi
in sola Iudæa reperiri posset, eoque currẽdum,
XCI. cum ibi suum plantasset tribunal. *Factus est in*
pace locus eius: et habitatio eius in Sion. Hìc, re-
gni sui firmato solio, inimicos Iudeorum attri-
uit & pessũdedit. *Ibi confregit potentias arcuum,*
scutum, gladium, et bellum. ibi. Tanta Zelotypia
flagrabat in hoc regnum, vt numquam se in-
consulto bella suscipere, aut cum finitimis fœ-
dera pangere permiserit. *Non inibis cum eis* XCII.
fœdus, nec misereberis earũ, neq; sociabis cum eis
coniugia. In hunc finem Moysi facultatem de-
dit, vt quoties arduis angeretur populus, di-
uinum consuleret oraculum, cuius responso
in agendis, vel fugiendis regeretur. Idem
factum cum Iosue, & posteris, apud quos num- Iosues I.
quam defuère Sacerdotes, vel Prophetæ, qui
applicato Ephod (erat sacra vestis, quæ tri-
plex: Leuitica, de qua Menocchius: Sacerdo- Lib.2.c.2
talis, & Pontificalis de quibus scrip.) Domini 1.Reg.22
voluntatem explorarent. Vnde meritò canere Exod 28.
possent Hebræi. *Non est alia natio tam gran-* XCIII.
dis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut
Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Deut.47.
Indè est, quòd lacrymante Samuele Hebræo-
rum superbiam, cum petierunt Regem: *Da no-* 1. Reg.8.
bis regem, vt iudicet nos, sicut et vniuersæ habent
nationes. Sermo iste plus ipsi Deo, quàm Sa- XCIV.
mueli displicuit: vndè Samuelem plangentem
quasi obiurgauit, quia regnum quod aufere-
bant Deo, sibi crederet auferri: cuius tamen
solij Vnicus gaudebat Deus haberi possessor.
Audi igitur, *Vocem populi in omnibus, quæ lo-*
quuntur tibi, non enim te abiecerunt, sed me, nẽ
regnem super eos: Per se itaque Iudæos regebat 1 Reg. 8.
Deus, cuius personale regimen ad Pharaoni-
cæ captiuitatis tempora vsquè durauit, qui-
bus seculis penes Iudæos solummodo œcono- XCV.
micum regimen scriptura monstrabit, vt par-
ticulariter videre est. Cum diuisis familijs Genes. c. 13.
sanctissimi Patriarche Abraham, & Lot ad eui-
tandum iurgium, quod inter fratres suscitabat
rerum communio. (Non enim *poterat eos cape-*
re terra, vt habitarent simul: erat quippè substan- XCVI.
tia eorum multa, et nequibant habitare communi-
ter.) Vnus ad dexteram, alius ad sinixtram iter
arripuit. Sub hoc Dei regimine vixère Iudæi
vsquè ad Moysem, qui Dei nomine per an-
nos quadraginta populum in deserto rexit.
Moysi successit Iosue, & in terra promissio- Deut.34.
nis introductum populum collocauit, diui-
na manu debellatis gentibus, à quibus ea-
dem loca tenebantur. Post mortem Iosue XCVII.
populus Dei Iudices habuit, vsquè ad Samue-
lem, cuius filij cum in via patris non ambu-
arent,

patris, ſed declinarent poſt auaritiam accipiẽdo munera, & peruertendo iudicium, occa-
XCVIII ſionem ignauis dederunt Hebræis petiendi
1. Reg. 8. Regem. *Congregati ergo vniuerſi maiores natu Iſrael, venerunt ad Samuelem in Ramatha: Dixeruntque ei: ecce tu ſenuiſti, et filij tui non ambulant in vijs tuis, conſtitue nobis, vt iudicet nos.* Hùc voco iudices, quorum auaritia venundantur regna, quorum tutela occaſio eſt diutiùs graſſandi ſanguine populorum. Altera Regem poſtulandi cauſa fuit Iudæorum ſuperbia, nè deterioris conditionis apparèrent cum cæteris nationibus, vt annuit clauſula petitionis. *Da nobis regem, vt iudicet nos, ſicut & vniuerſæ habent nationes.* Cæca imò perfida Iudæorum ſuperbia, quæ humanum regimen Diuino prætulit. Si enim à iuſtitiæ tramite cadebant Samuelis filij, non erat continuò Reipublicæ immutanda forma, ſed potiùs iuſtiores ſubrogandi, qui Dei vicem gerentes, legum auxilio creaturam conformarent Creatori. Tertia cauſa petendi regem exprimitur à Samuele cum Ammonitarum timentes arma Regem petierunt, qui tamquam Dux Belli antè ipſos ſtaret. *Videntes autem, quòd Naas Rex Filiorum Ammon ve-*
1 Reg. 12 n. 12. *niſſet aduerſus vos, dixiſtis mihi, nequaquam, ſed Rex imperabit nobis: cum Dominus Deus veſter regnaret in vobis. Nunc ergo præſto eſt Rex veſter, quem elegiſtis.* His ductus Hebræus Regẽ petijt, & Regem habuit nomine Saulẽ, præuia tamẽ monitione iuſſu Domini per Samuelem facta de iure regio, nè poſteà grauati
XCIX. ignorantia crimen excuſare ſatagerent. Attendite igitur Iudæi (neſcitis enim quid petatis) ius Regum, priuſquàm Regem adoretis. Nam ſi in die illa *clamaueritis à facie regis veſtri, quem elegiſtis vobis: & non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petiſtis vobis regem.*
Gregor. Quaſi aperta oſtenſione clementiæ dicat. Sic audi voces eorum, vt tamen ipſi prius de iure regis, quem petunt, audiant, quod expaueſcant, & velut tunc malè cœpta, deſerant, cum quàm ſit res oneroſa cognoſcitur, quam petebant. Dixitque itaque Samuel. *Hoc erit*
C. *ius Regis qui imperaturus eſt vobis: Filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, facietque ſibi equites, & præcurſores quadrigarum ſuarum, & conſtituet ſibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorum ſuorum, & meſſores ſegetum, & fabros armorum, & curruum ſuorũ. Filias quoque veſtras faciet ſibi vnguentarias, & focarias, & panificas. Agros quoquè veſtros, & vineas, & olìueta optima tollet, & dabit ſeruis ſuis. Sed & ſegetes veſtras, & vinearum redditus addecimabit, vt det Eunuchis, & famulis ſuis. Seruos etiam veſtros, & ancillas, & iuuenes optimos, & aſinos auferet, & ponet in opere ſuo, Greges quoque veſtros addecimabit, voſque eritis ei ſerui.*

Occaſione huius proteſtationis, qua ius Regum deſcribitur, inextricabilis antinomia cõſurgit cum Deuteronomio. Vbi cum Moy- C. 17. CI.
ſes prophetico ſpiritu, quod Iudæi petituri erant, vaticinaretur, haud ſolum diſſimilibus verùm oppoſitis in Samuelem verbis ius regium delineat. *Cum ingreſſus fueris* (inquit Moyſes) *terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, & poſſederis eam, & habitaueris in illa, & dixeris: conſtituam ſuper me Regem, ſicut habent omnes per circuitum nationes: eum conſtitues, quem Dominus Deus tuus elegerit tibi de numero fratrum tuorum. Cumque fuerit conſtitutus, non multiplicabit ſibi equos, nec reducet populum in Aegyptum, equitatus numero ſubleuatus, præſertim cum Dominus præceperit vobis, vt nequaquam amplius per eandem viam reuertamini. Non habebit vxores plurimas, quæ alliciant animum eius, neque argenti, & auri immenſa pondera. Poſtquam autem ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomium legis huius in volumine, acipiens exemplar à Sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit ſecum, legetque illud omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timère Dominum Deum ſuum, & cuſtodire verba, & cæremonias eius, quæ in lege præcepta ſunt. Nec eleuetur cor eius in ſuperbiam ſuper fratres ſuos, neque declinet in partem dexteram, vel ſinixtram, vt longo tempore regnet ipſe, et filij ſuper Iſrael.* 1. Reg. 8.
Ergo Verba Samuelis. Tyrannorum potiùs deſcribunt abuſum, quàm ius Regum. CII.

Reſpondeo contradictionem facillimè tolli, ſi perpendamus cui dirigantur Moyſis, & Samuelis verba. Prophetizat Moyſes, & in prophetia inſtruit Regem, vt Dei ſubiectionem non obliuiſcens, poſſit præceptorum obſeruantia longo tempore vnà cum filijs ſuper Iſrael regnare. Verba autem Samuelis rigida sũt, & comminatoria in populũ rebellẽ, vt certioratus de Tyrannide, quam paſſurus erat, vel deſi-

desisteret à petitione: vel nunc, pro tunc sibi imputaret Regum Tyrannidem; quam cum præuidisset, nec prouidisset, cum posset, in Deum non refunderet, sed sua culpa damnum sentiens, haud fingeret sentire: nec fas sibi crederet in illum regem, qui domum proximi temeraret; filias, & filios curribus submittendo, insurgere. Rex enim non postulatur vt medicus, cuius imperium durat, quandiù placet ægroto. Regum vitia toleranda, quomodò sterilitatem, aut nimios imbres, & cętera naturæ mala, ita luxum, vel auaritiam dominãtium tolerate. Vitia erunt donec homines, sed nequè hæc continua, & meliorum interuentu pensantur. Regem igitur Moyses legibus dirigit, quibus Dei gerat imperium. Samuel vero Mosayca rudimenta haud negans, sed suppones, imò amplians, regalium criminum publicat immunitatem, ita vt gementes subditi, nec Deum in hoc seculo vltorem expectet, *Et clamabitis in die illa à facie regis vestri, quẽ elegistis, et non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petistis vobis regem.* Moyses ergo Regis officium, Samuel vero amplitudinem describit imperij. Ille, quæ à bono principe agenda: Hic, quæ ab oppresso populo toleranda. Ille, iniusto Regi Deum minatur vltorem: Hic patientiam populo recordatur, qui cum legum iudex non sit, sed custos, quantumuis dura pati, quia sic voluerit, tenetur. *Ius* ergò dicas regis, quæ intonat Samuel, quia populo vindictam sumere nefas est, vndè illud Lucani cani potest.

[Tacit.] [1. Reg. 8.]

Iusque datum sceleri canimus [Pharſ. 1.]

CIII. adiunge lector, apud Mundi tribunal. *Causa Regiæ potestatis,* aiebat Gothorum Rex: *Supernis est applicanda iudicibus, quandoquidem è Cælo petita est, et soli Deo debet innocentiam.* Et alibi *Alteri subdi non possumus, quia iudices non habemus.* Ad idem facit Gregorius Turonensis Episcopus ad Regem Francorum. *Si quis de nobis ò Rex iustitiæ tramites transcendere voluerit, à te corripi potest. Si vero tu excesseris, quis te corripiet? loquimur enim tibi, sed si volueris, audis: si autem nolueris, quis te damnabit? nisi is, qui se pronunciauit esse iustitiam?* Non potest præter Deum, vltorem suę iniquitatis habere, qui citrà Deum, suę potestatis non agnouit factorem. Regis iudex est, qui regni causa est. Causa Deus est, ergo Deus iudex est.

[Apud Caſſiod.]

CIV.

Indè est Imperator, vndè et homo antequàm imperator: indè potestas illi, vndè & spiritus. [Tert. in Apolog.]

Regum timendorum in proprios greges
Reges in ipsos imperium est Iouis
Clari giganteo triumpho
Cuncta supercilio mouentis.
Princeps dominatur populo, Principi Deus,

[Horatius Lib. 3. Ode 1.]

Per hoc Dauid conscientiæ suæ scrutando apochas, Deum sõlum vocat in iudicem: *Iudica me Deus, et discerne causam meam.* Secundum multitudinẽ miserationum tuarũ dele iniquitatẽ meam. *Tibi* enim *soli peccaui.* Tibi soli, dico quia tu Rex meus, & Deus meus. Erras Dauid, solũmodo Deum timendo: vbi enim terræ iudices illos relinquis? de quibus tu dixisti *Dij estis, et filij excelsi omnes?* Pro Dauide respondet Hieronymus; dixit: *Tibi soli, quia Rex erat, et alium non timebat.* CV.

[Pſal. 42.] [Pſal. 50.] [Pſal. 81.] [Ep. 47. & pſ. 50.]

Tibi soli, quia si alicui in Regem moliri liceret, hoc soli daretur populo. Sed; *Lege regia, quæ de eius imperio lata est, populus ei, et in eum omne imperium suum concessit*, ergo cum par in parem non habeat imperium, tanto minus inferior in superiorem. *Vt me ad imperandum vobis* (Valentinianus Imperator petentibus militibus, quod illi non probabatur, respõdit) *eligeretis in vestra situm erat potestate ò milites: at postquàm me elegistis, quod petistis in meo est arbitrio, non vestro. Vobis tamquàm subditis competit parère, mihi quæ facienda sunt, cogitare.* Vel cum Theodoreto. *Vestrum fuit milites, cum imperator nullus esset, mihi tradere imperij huius habenas. Eas ex quo adeptus sum, de cætero non vestrum, sed meum dispicere quid Reipublicæ expediat.* Nam *alteri* (aiebat Rex Vitiges, *subdi non possumus, quia iudices non habemus.*

CVI. [§. Sed quod In-ſtit. 1. Tit. 2.] [L. 4. de reuep. ar. l. ille §. temp. ff. ad Treb.] CVII. [Sozomen. Hiſt. 16. C. 5. lib. 4] [Apud Caſſiod.]

Nec dicas honorandos reges, quousquè subditorum suorum tutelam gerunt; cum verò regni decoctores, in subditorum fortunis, & vita grassantur, vt Tyranni solio deijciantur. *Cur ego te* (aiebat ille Domitij orator) *habeam, vt principem; cum tu me non habeas, vt senatorem?* Ergo Samuelis verba, Tyrannum non Regem delineant. Falsa illatio est, nam *ius* & non *Tyrannidem* describere protestatus est Samuel. Ius tamen accipies prout supra, vt scilicèt Deo Regum reseruata facinora, haud à populo possint puniri. Antiquum enim proloquium, responsionem debere semper in-

CVIII. [C. 7. eſto d. 95.] CIX. [1. Reg. c. 8]

terrogationi correſpondere. Sed Iudæi Re-
CX. gem, & non Tyrannum efflagitabant. *Da*
nobis regem, vt iudicet nos, ſicut et vniuerſæ ha-
bent nationes. Et Deus Samueli iuſſerit: *Audi*
vocem eorum, & conſtitue ſuper eos *Regem:* Ve-
runtamen conteſtare eos, & prædic eis *ius*
regis, qui *regnaturus* eſt ſuper eos. Dixit ita-
que Samuel omnia verba Domini ad populū,
qui petierat à ſe *regem*, & ait: Hoc erit *ius Re-*
gis. Immò creſcit oratio: Regis per te, ius
non eſt: ergo Deus Tyrannidis auctor eſt: non
enim permiſſu, & tacito Dei conſenſu, ſed ſpe-
ciali, & expreſſo Domini mandato Samuel Re-
gem ſacrauit. *Audi vocem eorum; conſtitue*
ſuper eos regem.

Sed fortiùs: ſi Saul, Dauid, Salomon Iu-
CXI. dæorum nō reges, ſed Tyranni fuiſſent, Chri-
ſtus Saluator noſter non à regibus, ſed à Ty-
rannis ortum traheret, quod contra Euange-
Cap. 1. lium Matthæi. *Dauid aut Rex*. Aſſignari for-
ſam poteſt altæ ceruicis Gigas, qui in legiti-
mè Iudæorum electos Reges temerarias intu-
lerit manus? Amalecites ille iuuenis, qui vt
CXII. complaceret Sauli, blandiretur Dauidi, occi-
dit Saulem, Dauidis iuſſu confoditur, eò quòd
manum mittere non timuerit, vt occideret
2. Reg. 1. Chriſtum Domini. Nec illi iuuit, quod à
v. 15. Domino derelictus Saul, *abiecit te Dominus*,
1. Reg. *nè ſis Rex*, ſuper terram profugeret quod le-
thaliter ſauciatus, poſt ruinam viuere non poſ-
ſet; quòd non iniuria, ſed miſericordia motus,
& rogatus à Saule nè Iudæorum Rex viuus in
manibus incircumciſorum caderet, irruiſſet
in Regem, vt gloriabatur, Dauidis auribus
mulcère credens, quòd tamen falſum, quia ab
armigero ſuo percuſſus Saul vnà ceciderunt.
CXIII. 1. Reg. 31 n. 6. *Saul, tres filij eius, & armiger eius*, vt pœnam
euitaret. *Et ait ad eum Dauid: Sanguis tuus*
2. Reg. 1. n. 16. *ſuper caput tuum: os enim tuum locutum eſt ad-*
uerſum te dicens: *Ego interfeci Chriſtum Domini*.

Quòd ſi dicas Samuelis verba ad populi ter-
1. Reg. 8. rorem prolata, vt à petitione recederent, non
vt iugo colla ſubmitterent? Haud nego, indè
tamen non ſequitur, quòd populo legem non
faciant: tamquam enim obligatoria, & perpe-
tuæ obſeruantiæ, replicata fuere titulo *legis*
regni poſt electum regem, & ad perpetuam
CXIV. memoriam in arca fœderis repoſita. *Locutus*
1. Reg. 10 n. 25. *eſt autem Samuel legem regni ad populum, &*
ſcripſit in libro, & repoſuit coram Domino.

Quòd ſi dicas, poſt ſalutatum in Regem
Saulem, non repoſitam in arca legem illam,
quam publicauerat Samuel Iudęis Regem po- 1. Reg. 8.
tentibus: ſed illam, quam præmiſerat Moyſes. Deut. 17.
Sic contra inſurgo; Lex à Samuele in arca re-
poſita, ab eodem Samuele in libro ſcribitur; Deut. 17.
Lex Moyſis erat iam ſcripta: ergo lex, à Sa-
muele repoſita non fuit illa Moyſis, ſed pro- c. 17.
pria. 2. Lex Moyſis iam ante Samuelem ab ip-
ſo Moyſe ſtabat in arca repoſita, ergo nè dica- c. 31.
mus Samuelem, actum agere, lex ab ipſo re-
poſita in arca, dicenda eſt lex propria, & non
Moyſis. 3. Ex modo vulgandi legem conuin-
citur fuiſſe propria Samuelis, & non Moyſis.
Locutus eſt dicit croniſta: ſi fuiſſet non propria,
ſed Moyſis, *legit* diceret croniſta. Sed primùm
locutus eſt: poſtea *ſcripſit*, tandem *repoſuit*, ergo
lex noua, alias, *locutus eſt*, & *ſcripſit* non eſſent
ad rem. 4. Lex à Moyſe repoſita in arca, quem
docebat? populum, vel Regem? Regem. Lex CXV.
Samuelis cui dirigitur ad Regem, vel ad popu-
lum? ad populum; *Locutus eſt autem Samuel*
legem regni ad populum. Sic dixit, *itaque Sa-*
muel omnia verba Domini ad populum, qui petie-
rat à ſe Regem, n. 10. & v. 18. Et clamabitis in
die illa à facie regis veſtri, & non exaudiet, ergo
&c. 5. Samuelis lex promulgata, petit ne cu-
ſtodiam, & regiſtrum? nulli dubium. In ar-
ca ergo repoſita. Legis à Samuele in arca re-
poſitio facta, non reperitur præter eam, quæ
ſcribitur, ergo &c. Huius ſententiæ fuit Io- CXVI.
ſeph; *Ait autem Propheta: Hunc vobis Deus Re-* 6. Antiq. Iud. c. 5.
gem dedit: aſpicite quàm ſit omnibus præſtantior,
& imperio dignus. Poſtquàm autem populus ſa-
lutem, & fœlicitatem Regi precatus eſſet, Pro-
pheta ſcripſit mala, quæ illis euentura erant, & le-
git Regem audiente, librumque repoſuit in arca
Domini, vt eſſet apud poſteros teſtimonium eorū,
quæ prædixerat. Nec myſterio vacat, quòd à CXVII.
Domino exautoratus Saul, à Samuele non
vituperetur, ſed honoretur. Miſſus ad Saulem,
vt eum tamquam de libro viuentium deletum
anatemathizaret, ait: *Prò eo ergo quod abieci-*
ſti ſermonem Domini, abiecit te Dominus, nè ſis
Rex, cui Saul. *Peccaui, quia præuaricatus ſum* 1. Reg. 15.
ſermonem Domini, timens populum, & obediens
voci eorum &c. ſed nunc porta peccatum meum,
vt adorem Dominum. Reſpondit Samuel. *Non*
reuertar tecum, quia proiecisti ſermonem Domini,
et ideo Dominus proiecit te, nè ſis Rex ſuper Iſrael;
& con-

& conuersus est Samuel, vt abiret: ille autem apprehendit summitatem pallij eius, quæ scissa est. Cui Samuel. *Scidit Dominus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te. Porrò triumphator in Israel non parcet, et pœnitudine non flectetur, neque enim homo est, vt agat pœnitentiam.* At Saul ait: *peccaui: sed nunc honora me coram senioribus populi mei, et coram Israel, et reuertere mecum, vt adorem Dominum Deum tuum. Reuersus ergo Samuel secutus est Saulem.* Hic obseruo, quòd Saulem, etsi anathemathizatum honorat Samuel: rogatus, immo iussus, vt coram senioribus honoraret, reuertitur, & obediens acquiescit. Quare? confessione forsan peccati pœnam abluerat? Non, peccati confessionem Samuel flocci faciens reuerti recusat. *Triumphator in Israel non parcet, et pœnitudine non flectetur, neque enim homo est vt agat pœnitentiam.* Reuertitur forsan quia Regem timet? qui sceleris regem arguit, impium Domini proclamando rebellem, regno diademate exautoratum, Regem non timet. Cur ergo reuertitur? reuertitur à Saule redargutus, & victus argumento ad hominem facto verbis illis: *Peccaui, sed nunc honora me coram senioribus.* Saul quasi diceret. Nonne promulgasti Samuel, hoc esse ius Regis, vt suæ Tyrannidis solummodò Deum habeat vltorem? reuertere ergo, & me coram senioribus populi honorando, firma legem

CXVIII exemplo. Parum enim esset hortari subditos verbo, nisi firmares exemplo. Legem suam recordatus Samuel illicò obediens reuertitur, vnàque cum Saule ad adorandum pergit, nè sui exemplo Israeliticum populum concitaret in Regem.

Testis sit Dauid, qui iubente Domino, locum tenens degradati Saulis, iniusto mulctatus exilio, profugus, vt expertas euitaret insidias, & Saulis iram, quandò vna die Sacerdotes, & Prophetæ octuagintà quinque, vel cū

1.Reg.22 Iosepho, trecenti desiderarentur: Vrbe Noe

6.Antiq. c.14. in ore gladij æquata solo, vlcisci tamen noluit, cum posset, vt populum edoceret, quàm sancta Regis esset persona. *Cum reuersus esset Saul,*

CXIX. *postquam persequutus est Philistæos, nuntiauerunt ei dicentes. Ecce Dauid in deserto est Engaddi. Assumens ergo Saul tria millia electorum virorum ex omni Israel, perrexit ad inuestigādum Dauid, et viros eius etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt: et venit ad caulas ouium, quæ se offerebant vianti, eratque ibi spelunca, quam ingressus est Saul, vt purgaret ventrem: porrò Dauid, et viri eius in interiori parte speluncæ latebant. Et dixerunt serui Dauid ad eum. Ecce dies, de qua loquutus est Dominus ad te. Ego tradam tibi inimicum tuum, vt facias ei, sicut placuerat in oculis tuis. Surrexit ergo Dauid, et præcidit oram chlamydis eius silentèr. Posthæc percussit cor suum Dauid, eo quod abscidisset oram chlamydis Saul. Dixitque ad viros suos: propitius sit mihi Dominus, nè faciam hanc rem Domino meo Christo Domini, vt mittam manum meam in eum, quia Christus Domini est.* Notent Regicidæ verba illa: *nè faciam hanc rem Domino meo Christo Domini.* Saulem moribus tyrannum, *Dominum* vocat, & *Regem.*

Egredientem namque Saulem de spelunca secutus est Dauid à tergo clamitans: *Domine mi Rex?* Et respexit Saul post se. *Et inclinans se Dauid pronus in terra adorauit.* En quomodò tam sceleratum Regem, Sacerdotum cæde pollutum, honorat, Regem vocat, adorat. CXX.

Indè Ambrosius. *Quàm honestum, quòd Dauid cum potuisset Regi inimico nocere, maluit pauere. Quàm etiam vtile, quia successori hoc profuit, vt discerent omnes fidem Regi proprio seruare, nec vsurpare imperium sed vereri.* L.3.c.18.

Nec dicas cum Boucherio. *Hic perfectionis exemplum, non necessarij officij esse intelligendum.* Si enim necessarij officij non fuisset exemplar, frustranea forent verba illa: *percussit cor suum Dauid.* Ad quid percussit? Lyranus respondet. *Percussit cor suum Dauid, idest conscientia sua eum reprehendit, & sic Dauid est accusatiui casus: quia in hoc fecerat irreuerentiam ipsi Sauli, quia honorandus erat, quamdiu in regno tolerabatur à Deo. Propter quod dicunt Hebræi, quòd Dauid circa mortem fuit punctus in simili, scilicèt, in vestibus, quibus opertus non calefiebat,* in senectute adiungit idem Lyranus. Secundum illud Sapientiæ, per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. 3.Reg. c.31.

Quod si obijcias Augustinum. Vbi non debiti officij, sed pietatis, & perfectionis opus fuisse, scribit? Respondeo, perfectionis, & non officij opus fuisse, non insurgere contra exautoratum Saulem respectu tantumodò Dauidis, cui cælesti diplomate data erat facultas insurgendi in Saulem: Vndè quod ex offi- CXXI. C.17. cōtra Adiman.

officio cæteri exercebant, ipse ad exemplum perficiebat: & quamuis legibus solutus, legibus viuere profitebatur. *Duas maximè ob causas* (ait Beda) *Dauid manum ab occidendo Saul, quamuis se inimicissimè persequentem, continuis-*
Lib. 4. in Samuel. *se declaratur: quia videlicet eum, & Dominum suum, & regali meminit chrismate vnctum. Vbi primò regnum, vel vnguentum, quod & ipsum Dominici semper videlicet inuiolabilis regni, ac spiritalis vnguenti nouerat prætendere figuram, digno veneratur honore. Deindè etiam nos moralibus instituit disciplinis, nè præpositos nobis, eos maximè qui sacris ordinibus insigniti sunt, quamuis nos iniustè persequentes, verbi austerioris ense fœdare, & vel vltimæ superfluæ actionis eorum quasi fimbriam vituperando, decerpere præsumamus.* Hinc Dauid Saulis ingressus castra, dormientibus custodibus, cum ab Abisai suaderetur, vt eum lancea perfoderet, respon-
1. Reg. c. 26. dit. *Nè interficias eum: quis enim extendet manum suam in Christum Domini, & innocens erit? nunc igitur tolle hastam, quæ est ad caput eius, &*
CXXII. *scyphū aquæ, & abeamus.* Vndè Aug. *Qua ratione Dauid Saul postquā Deus ab eo recessit, Christū*
Q. ex Vet. T. q. c. 35 *Domini vocat, & defert ei? Non nescius Dauid esse traditionem in officio ordinis regalis, idcirco Saul adhuc in eadem traditione positum honorificat, nè Deo iniuriam facere videretur, qui his ordinibus honorem decreuit, Dei enim imaginem habet Rex, sicut & Episcopus Christi. Quandiù ergo in ea traditione est, si non propter se, vel propter ordinem. Vnde Apostolus dicit, Potestatibus sublimioribus subditi estote. Non est potestas nisi à Deo, quæ enim sunt, à Deo ordinata sunt. Hinc est vt gentilem in potestate tamen positum honorificamus, licèt ipse indignus sit, qui Dei ordinem tenens gratias agit Diabolo. Potestas enim exigit, quia meretur honorem. Nam ideo Pharaoni fu-*
CXXIII *turæ famis somnium reuelatum est: & Nabuchodonosor alijs secum assistentibus, solus filium Dei vidit in camino ignis, non vtique merito suo, qui in Idolo se adorari voluit, sed merito ordinis regalis.*

Regius character adeo indelebilis imprimi-
CXXIV tur animæ, vt nec infidelitate perdatur. Hoc fine Herodi Ecclesia protestatur, quòd Christus haud mortalia regna eripere venerat.

Hostis Herodes impie
CXXV. *Christum venire quid times?*
Non eripit mortalia
Qui regna dat cælestia.

Propterea Augustinus: *Quod autem dixi de* Sup. psal.
Domino, & seruo, hoc intelligite de potestatibus, 124.
& regibus, & de omnibus culminibus huius seculi: aliquandò enim potestates bonæ sunt, & timent Deum, aliquandò non timent Deum. Iulianus extitit infidelis imperator, nonne extitit apostata, iniquus, idolatra? milites christiani seruierunt imperatori infideli: vbi veniebatur ad causam CXXVI
Christi, non agnoscebant nisi illum, qui in Cælo erat. Quandò volebat vt idola colerent, vt thurificarent, præponebant illi Deum: quandò autem dicebat producite aciem, ite contra illam gentem, statim obtemperabant. Distinguebant Dominum æternum à Domino temporali, & tamen subditi erant propter Dominum æternum etiam Domino temporali. Regibus inhonesta iubentibus, gregem excoriantibus, benè merentes fraudantibus, nos Paulum imitemur quandò in CXXVII.
portis Antiochiæ restitit Petro, quia reprehensibilis erat. Quæ quidèm verba cum non diffidij fuerint, aut contentionis, sed pruden-
tis consilij, haud Petrus despexit, Petrus vir- Chrysost. ep. 2. ad Galat.
tute primatus, sed sapienter accepit, vt Principis vulneri, subditi medicina consuleret. Cypr. ap. Aug. l. 2. cōt. Donatistas, & c. 1. de Bapt.
Nam nec Petrus, quem primum Dominus elegit, & super quem ædificauit Ecclesiam suam, cum secum Paulus de circumcisione disceptaret, postmodum vindicauit sibi aliquid insolenter, aut arrogāter assumpsit, vt diceret se primatum tenere, & obtēperari à nouellis, & posteris sibi potiùs debere.
Nec despexit Paulum quod Ecclesiæ prius perse- CXXVIII.
cutor fuisset, sed consilium veritatis admisit, & rationi legitimæ, quam Paulus vindicabat facilè consensit. Documentum(nota)*scilicèt nobis, & cōcordiæ, & patientiæ tribuens, vt non pertinaciter nostra amemus, sed quæ aliquandò à fratribus, & collegis vtiliter, salubriter suggerūtur, si sint uera,*
& legitima, ipsa potius quam nostra ducamus. CXXIX
Magna enim negotia magnis adiutoribus e- Velleius l. 2.
gent. Regna omnia, ciuitates, nationes prosperum habuere imperium quoadusquè viguit CXXX.
consiliorum libertas. Postquàm verò voluptas, gratia, timor inualuère, imminutæ
opes, adéptum imperium, seruitus tandem im- Salustius ad Cæsar
posita. M. Alex. eò numquàm peruenisset po- CXXXI
tentiæ, si Clitum, Parmenionem, Seleucum, Ptolomæum, Lysimacum veluti pædagogos haud habuisset. Attica Respublica Principum est magisterium sortita, quia Miltiadem, Themi-

mistoclem, Aristidem, Timonem, Periclem
CXXX-II. discipulos habuit vnàque præceptores: Qui-
bus lapis angularis ministerij erat, dicere, quę
sentirent, & sentire, quæ vellent. Quid recti
enim ab eo speratur, qui linguam frenat Prin-
Plin. ad Traian. cipis nutu? Quid præsidij in illa Republica,
in qua elinguis curia: vbi dicere quod volo,
periculosum: quod nolo, miserum. Detesta-
re illos, quos in præceps egit extincta libertas,
& fides in obsequium seruile submissa, dum
nemo ex animi sui sententia suadet, dissuadet-
que: sed adulandi certamen est, & vnum ami-
corum omnium officium, vna contentio, quis
Seneca 6. de benef. blandissimè fallat. Loquẽtes potiùs cum Prin-
Tacit. 1. Histor. cipis fortuna, quàm cum ipso, auro semper
inhiantes. Regimen propugnare satagis,
Cassiod 3 Var. 5. Theodoricum prosequens, tibi aliquandò cõ-
CXXX-III. tradici patiaris. Patientèr sustinebimus. (*Ra-
uennati Archiepiscopo Alexand. III. rescripsit*,)
si non feceris, quod praua nobis fuerit insinua-
tione suggestum. Qualitatem negotij prò quo
tibi scribitur, diligentèr considerans, aut man-
De Rescr. c. 5. si eas quando. datum nostrum reuerentèr adimpleas, aut per
litteras tuas, quarè adimplere non possis, ra-
tionabilem causam protendas. Non quòd in
CXXX-IV. superiorem sis iudex (ait Caietanus) sed per
modum defensionis, vel consilij, iniusta exe-
qui desistas. *Plus enim quàm ridiculum est*
L. 27. Dominius ff. qui test. fac. pos. *dubitare, an Deo potius, quàm Regi parendum.*
Distingue protinùs, inter defensionem, quæ
CXXX-V. de iure naturæ est, & inter vltionem, quæ con-
tra naturam est. Resiste, non inuade: malum
nè fiat, impedi: factum tamen patientèr fer.
Si ea præcipiant (scripsit Iuo) (& de Pontifici-
bus loquitur) *quæ sint contra doctrinam Euan-
gelicam, vel Apostolicam, ibi non esse eis obedien-
dum exemplo docemur Pauli Apostoli, qui Petro
sibi Prælato non rectè incedenti ad veritatẽ Euã-
gelij in faciem restitit, non tamen* (nota) *abie-*
CXXX-VI. *cit*.

His positis, facilè erit ius Regiũ paucis com-
§. 6. Sed quod In-stit. 1. Tit. 2. prehendere. *Quidquid Principi placet, legis vi-
gorem habet.* Definiri solet: quæ definitio, vt ni-
mìs lata, obscura redditur. Imperij tamen haud
CXXX-VII. esset, si clara: eam enim *conditionem esse imperã-
di* (dicebat Tacitus) *vt non alitèr ratio constet,*
An. 1. *quàm si vni reddatur*. Satis quod Deo & Re-
gi constet. Neque ego Regum assumo iudi-
Gominus. cium, nefas enim disputare de illis, quorum
CXXX-VIII. hæreditas in Cælo diuiditur. Parum profi-
ciunt Doctores regalia legibus dijudicantes,
quæ non nisi armis obtineri queunt. Indè
est, quòd solent leges (vt vulgò dicitur) inter
arma silere. Marius cum in Bello contra Cim-
bros gesto, quasdam Camertium cohortes ci-
uitate donasset, ab æmulis reprehensus, quòd
patriæ leges violasset, respondit: se inter ar- *Val Max l. 5. c. 2.*
morum strepitus, & classicorum cantus, legum
vocem exaudire non posse. Regnorum arca- CXXX-IX.
na symbolis, & parabolis inuoluta, Prophetis
ipsis somnio panduntur. Quæ gloriatur co- *Daniel. 4*
gnoscere vulgus, eruditionis insequar gratià. CXL.

Primò legem dare, non recipere. *Vobis tam-
quàm subditis* (aiebat Valentinianus Impera- CXLI.
tor militibus, quod illi non probabatur pe- *Sozom.*
tentibus) competit parère: mihi, quæ facienda *16. Hist. Eccl.*
sunt, cogitare. Eodem modo legitur respõdisse *Cæsar 5.*
Q. Cicero Neruijs. *Non esse consuetudinem* *de Bello Gallico.*
*populi Romani, vllam accipere ab hoste armato
conditionem*. Et Curtius: *Quos equidèm victo-* *L. 8.*
*res esse confiteor, si ab illis leges, quibus viuamus,
accipimus*. Hùc spectat responsio Caroli V. ad
Pontificem. *Non esse ex dignitate Augusti, lon-
gè maximè Principis leges accipere, minisque ter-
reri; ab his maximè, qui imperio suo subiecti, &
dijudicante fortuna, toties bello victi, ingrati-* *Clamp.*
que, demùm grauiori pœna digni censerentur. A *1. c. 13. de*
Dario Persarũ Rège iussus Andathirsus Scy- *Iure Imp.*
tharũ Rex, pro vassallaggio, terram, & aquam, CXLII.
vti Domino supremo, mittere, remisit murem,
ranam, volucrem, & quinque iacula, dicere
volens, quòd nisi, vt volucres, volando fuge-
rent; vel nitellæ in terræ visceribus laterent;
vel tanquàm ranæ in paludibus immergeren-
tur, iaculis illis confossi, edocerentur Regum *Herod. in Melpom.*
non esse accipere legem, sed dare. Datasque
ferro tueri, vt Imperatoria Maiestas non ar-
mis solùm decorata, sed legibus effulgeat ar-
mata. Quid enim attinet: *leges ferri, quibus* *Fabius Max. ap.*
per eosdem, qui tulissent, fraus fieret. *Liuiũ 10*

Non me imperante licebit
Has cuique, & nostras impunè lacessere leges,
Ac si quis tumidus præsumpserit obuius ire,
Supplicium præsens manifestaq. pœna docebit.
Non magis inuictum Bello, quàm legibus esse. *Lib. 8. ap. Clãpar.*
In persona Iustiniani Imperatoris canit Gui- *l. 1. c. 13.*
terus: Carolo exindè Magno solemne fuit CXLIII.
gladij capulo leges obsignare, idem ducens *Ægid.*
componere, & defendere leges. *Corras. de dictis*

Secundum Regiæ potestatis signum est: *memor.* CXLIV.
Le-

CXLV. Legibus esse solutum. *Ego cor Regis obseruo*
c. 8. n. 4. (habet Eccles.) *& præcepta iuramenti Dei. Nè*
festines recedere à facie eius, nequè permaneas in
opere malo: quia omne quod voluerit, faciet: &
sermo illius potestate plenus est: nec dicere ei quid-
CXLVI. *quam potest: Quare ita facis?* Frumenti largi-
tionem à Spurio Melio populis factam, quia
passi Romani Consules, increpabantur, vt no-
CXLVII. uitatis, & tumultus incitamentum. T. Quin-
ctius Consules propugnabat, quia legibus
constricti appellationi acquiescere, tantum
facinus iudicare nequirent. *Opus esse non so-*
Liuius 4. *lum forti viro, sed etiam libero, exolutoque legum*
vinculis. Qui suprà leges, condendæ, abrogan-
L. 1. l. vltima C. de leg. dæ, & derogandæ legis potestatem haberet.

Hoc tamen modestè accipias, vt legibus
ciuilibus scilicèt non teneatur, secùs autem
CXLVIII. naturalibus, & diuinis. Diuersitatis ratio est,
C. 1. de prolat. Cæsar. ff. de pub. iudic. quia leges ciuiles non habent intrinsecam bo-
nitatem, sed in tantùm bonæ dicuntur, in
quantùm sunt positæ: ad differentiam natura-
lium, quæ intrinsecam habentes bonitatem,
CXLIX. non ideo bonæ quia positæ, sed immò positę,
quia bonæ. Hùc facit quæstio illa, quare abs-
que præcepto hominem viuere Deus non
permiserit? Cui respondet B. Alcuinus. Quod
Interr. 7. Mundi Dominus Adam constitutus, lege ta-
CL. men statim ligatur. *Vt non tanto extolleretur*
dominio, sed in obseruatione mandati sciret se su-
biectum esse creatori suo.

CLI. Idem dicas de legibus naturalibus Gētium,
& diuinis, quæ diuina quadam dispositione
§. Sed naturalia instit. 1. de Iur. nat. & ciuili. immutabiles inter homines perseuèrant, ab ip-
so Ioue ius descēndere Stoicorū sententia fuit.
Quid enim natura? nisi diuina ratio toti Mun-
do, partibusquè eius inserta. Dominus no-
CLII. ster Deus, dum ab initio creauit hominem,
Sen. de Benef. ab exordio suæ creationis, dedit ei illud ius
CLIII. naturale, quod est participatio Dei. *Facia-*
mus hominem ad imaginem, & similitudinem no-
Genes. 1. *stram.* Et hoc est impressio diuini luminis in
nobis. *Signatum est super nos lumen vultus*
Psal. 4. *tui Domine.* Signatum ergo in cordibus ho-
CLIV. minum naturale ius, quod alio nomine, Gen-
tium ius dicitur, quia à Gentibus, scilicèt,
communi consensu, vna voce, vno sensu, fuit
interpretatum. Vndè meritò deffinitur ab Im-
§. 2. Inst. 1. Tit. 2. peratore Iustiniano: *Quod apud omnes gentes*
peræquè custoditur, et obseruatur, absquè eo, quòd
CLV. præconis tuba promulgaretur. Testes sint
Turcæ, penes quos grande dicerem miracu-
lum, nisi Imperator Iustinianus doceret, &
bruta animantia istius iuris perita censeri. Si Ibi.
Croatiæ litem meam exponam, quibus datum
est de iure respondère; respondeant isti: iterum
Byzantianos consulam iuris peritos, secun-
dum responsum concordat primo: iterum Ba-
bylonicos cōsulam, & sic de singulis per Tur-
carum totum imperium, responsa omnia sunt
vniformia, etiam si vni quid responderit, al-
terum lateat. Sed vndè hoc? Ex communi il-
lo lumine, quod omnibus innotescit, & quod,
paucis loquendo, hac vna comprehenditur re-
gula: *Quod tibi fieri non vis, alteri nè feceris* adeò CLVI.
vera, vt etiam antè Mundi creationem, vnà
cum Deo verificaretur. Hac lege tenetur Prin-
ceps. Vndè Abraham filios Israel à Domino
circumcidere iussus, etsi nonaginta nouem an-
norum esset, primus circumcidit carnem prę-
putij sui. Sine distinctione enim clamabat Gen. 17.
lex: *Anima cuius præputij caro circumcisa* n. 25.
non fuerit, peribit de populo suo: quemad-
modum, & nunc indistinctè intonat vox euan-
gelica: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &*
Spiritu Sancto non intrabit in regnum Dei.
Ex hoc est, quòd Moysi in Ægyptum pergenti c. Maior. de Bapt.
occurrit Dominus in diuersorio, & volebat CLVII.
eum occidere. Quia credens se iure principa- Exod. 4.
tus, immunem diuinis legibus, habebat se-
cum incircumcisum filium, quem cum Sepho-
ra petra acutissima circumcidisset, illicò Moy-
sem dimisit Dominus: innuere volens prolo-
quium *quidquid Principi placet, legis habet vi-*
gorem, non egredi positiuas leges, vt insulsè
nè dicā impiè suadebat Iulia Imperatoris Seue- CLVIII.
ri vidua priuigno suo Antonino Bassiano Ca-
racallæ; cum enim quasi per negligentiam co-
ram eo nudasset sinum, & ille diceret: *Vellem,*
si liceret: illa contra ait: *si libet, licet*. An nescis
te imperatorem esse, & leges dare, non accipe-
re? exindè duxit, vxoris loco tenens, quę erat
ei loco matris. Sic Cambyses illicito germa-
næ sororis suæ, cui nomen erat *Atossa*, amore CLIX.
captus, cum eam in vxorem cuperet, nec vsi-
tatum hoc priùs apud Persas, accersitos iudi-
ces Regios percunctatus est; num quæ lex
esset, quæ cum sorore nuptias contrahere
permitteret? Illi metu Tyranni responderunt:
Nullam se inuenire legem, quæ fratri cum sorore
nuptias contrahere permitteret: sed aliam se repe-
risse

3. Herod. *risse legem, qua liceat Regi Persarum facere quid-*
quid libeat. Quidquid libeat? Persarum Ty-
CLX. ranno non Regi competit, si patienter auscul-
tet Regium psalmistam. *Et nunc Reges intel-*
legite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite
2. Psal. *Domino in timore, & exultate ei cum tremore.*
Vbi Augustinus: *Quomodò ergo reges Domino*
seruiunt in timore; nisi ea, quæ contra iussa Domi-
ni fiunt, religiosa seueritate prohibendo, atque
plectendo? aliter enim seruit, quia homo est, aliter
etiam quia & Rex est. Quia homo est; ei seruit
viuendo fideliter. Quia verò etiam Rex est;
seruit, leges iusta *præcipientes, & contraria*
Ep. 40. ad Vincent. *prohibentes conuenienti vigore sanciendo.* Indè
LCXI. est quòd, & ipsi Imperatori datur Parochus,
cui subesse debet, præter etiam Romanum
CLXII. Pontificem, cui in spiritualibus omnes in Or-
be potestates iure Diuino caput inclinant, &
C. de primates Mundi tamquàm ipsi Domino Iesu
sum. Tri Christo obediunt. Cum igitur *omnes homi-*
nit. L. inter *nes* (Concludam cum Ambrosio) *qui sub di-*
Restaur. *tione Romana sunt, vobis militent Imperatoribus*
Castal. tom. 5. tr. *terrarum, atque Principibus; tum ipsi vos omni-*
par. 43. n. *potenti Deo, & sacræ fidei militatis; aliter enim*
26. Michael *salus tuta esse non poterit, nisi vnusquisque Deum*
Vicur. *verum, hoc est, Deum Christianorum, à quo cun-*
tract. 5. p. 207. *cta reguntur, veraciter colat. Ipse enim solus ve-*
n. 87. *rus est, qui intima mente veneretur. Dij enim*
CLXIV. *Gentium dæmonia sunt, sicut scriptura dicit.* Non
Lib. 10. ergo Imperatori contra diuina mandata præ-
ep 61. ad Symmac. sumere licet, nec quidquam quod euangelicis,
propheticis, aut Apostolicis regulis obuiet,
Symm. in c. 1. non. agere.
dist. 10. Regrediamur nunc ad leges positiuas, qui-
bus etiam si Princeps, cum in ea libere agat,
CLXV. secundum vim coactiuam legis, non subiacet,
secundum directiuam tamen tenetur. *Tunc*
enim iura sua ab omnibus custodienda existimet,
C. Iustum 2. dist. 9. *quando & ipse illis reuerentiam præbet &c. Iusta*
est eorum vocis auctoritas, si quod populis prohi-
CLXVI. Plin. ad *bent, sibi licere non patiantur.* Nec enim tam
Traian. imperio nobis opus, quàm exemplo. Si quid
Erasm. errat Princeps, non nisi plurimorum pernicie
de Instit. delinquit. Cuius exigua delicta, quæ in sub-
Princ. dito parua, in Principe magna, quippè cuius
Plut. in vita in conspicuo est. Secundum hoc diui Se-
Moral. uerus, & Antoninus Imperatores sæpissimè
Tit. quib. rescripserunt. *Licet* (inquiunt) *legibus soluti*
mod. test. §. final. *simus, attamen legibus viuimus.* Id enim cen-
1. Instit. CLXVII setur esse genus obsequij (scribit Lactantius)

si principum suorum mores tamquàm exem-
plarem quandam imaginem spectent. Samuel 1. Reg. 12.
volens obiurgare populum Iudaicum de co-
missis sceleribus, quamuis Princeps, non
priùs reprehendere cœpit, quàm eorumdem CLXVIII.
Hebræorum testimonio, sui firmasset innocē-
tiam. *Dixit autem Samuel ad vniuersum Israel*
&c. loquimini de me coram Domino, & coram
Christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim,
aut asinum: si quèmpiam calumniatus sum, si
oppresi aliquem, si de manu cuiusquam munus
accepi, & contemnam illud hodie, restituamque
vobis. Et dixerunt: non es calumniatus nos,
neque oppresisti, neque tulisti de manu alicuius
quidpiam. Dixitque ad eos: Testis est Dominus
aduersum vos, & testis Christus eius in die hac,
quia non inueneritis in manu mea quidpiam. Et
dixerunt: Testis. En quomodò innocentiam
publicat priusquàm increpare incipiat. Po-
steà verò *ait Samuel ad populum &c. Nunc ergo*
state vt iudicio contendam aduersum vos, coram
Domino, de omnibus misericordijs Domini, quas
fecit vobiscum. Tuba ergo legis, Principis 1. Reg. 12.
sit exemplum. Deus ipse vt Iudæorum expro- LCXIX.
braret infidelitatem, Orbem prouocat ad Iudi-
ciū, vt si in eorum defecisset regimine, videant.
Cogite (inquit) *omnes populos totius Orbis terra-* Eccles. in
rum, vt inter me, & populum iudicent, si quid à fer. 5 ma
me fieri debuit, quod non fecerim. Non sine my- ior. heb.
sterio, singulis diebus, Sabbato excepto, man-
na de Cælo Israelitis defluebat. At, cur Sab- CLXX.
batum excipiebatur? mysticam, sed præsenti Exod. 16.
instituto cōgruentē rationem inculcat Theo- n. 23.
dor. *Cum* (inquit) *hominibus lege præcepisset quie-* Q. 32.
scere die Sabbati, docuit illos, ipso facto seruare
præceptum. Verissimum est illud Salomonis
oraculum: *secundum iudicem* (inquit) *populi,*
sic & ministri eius: & qualis rector est ciuitatis, Eccl. 10.
tales inhabitātes in ea. Hoc Oraculo forsan edo- n. 2.
cti Barbari Æthiopes adeò Regem imitaban- CLXXI.
tur, vt si quandò Rex aliqua corporis parte
debilitaretur, ipsi quoque domestici omnes
sponte sua eandem partem debilitarent. Tur-
pè enim existimabant, Rege claudo, non &
omnes claudos amicos esse. Quasi regiæ ini- Diod. Si-
micitiæ esset cum claudo Rege, non claudica- cul. 3. rer.
re, cum cæco, non cæcutire. Rex qui opere antiq.
non est potens, nec coram populo potens erit
in sermone. Iesus Nazarenus priùs dicitur
opere potens, posteà *sermone.* Nec vmquàm Lucæ 24.
legi- n. 19.

Act. 1. legitur docuisse, nisi priùs documenta fecisset. *Cœpit Iesus facere, & docere*. Concludamus ergo cum Germano

L. 8. de reb. gest. Frider.

Nam nihil vt verum fatear, magis esse decorum.
Aut regale puto, quàm legis iure solutum,
Sponte tamen legi sese supponere Regem,
Gratia sit magno, qui temperat omnia, Regi.

CLXXIII. III. Creandi Magistratus potestas, in quibus Reipublicæ elùcet maiestas, quæ absque Magistratuum interuentu temperari non poterat. Nam *Magistratibus* (ait Cicero) *ijsque, qui præsint, contineri Rempublicam, & ex eorum compositione, quod cuiusque Reipublicæ genus sit, intelligi*. Hinc eorum creatio, siue institutio, & electio de regalibus dicitur & si quis pro magistratu se gerat, cum non sit, læsæ maiestatis tenetur. De Regalibus dicitur, quoniam ex lege regia Romanus populus in principem omnem suam trãstulit potestatem, Quod autem hęc potestas in principe resideat clarè probat. *Ad curam Principis* (inquit Modestinus) *Magistratuum creatio pertinet, non ad fauorem populi*. Immò inter regalia munera, hoc est maximum, Magistratuum creatio. Veneti, qui ex Supremo Concilio, vulgariter dicto *Gran Consiglio*, Rogatorum Senatui, vulgariter *de Pregadi* difficiliora remiserunt, seruata tamen ad se vltima prouocatione, hoc vnum in supremo concilio tamquam signum regiæ potestatis, Magistratum scilicet, Consules, Prætores, Procuratores, Ducem creandi.

3. de leg. p. 209. typis Manutij.
Tractat. tom. 12. de offic. Iud. n. 4. Claudius Cant.
ζ. Sed quod Inst. 1. de Iur. nat. gēt. l. post ff. de off q. f. ct.
Prat. Au. xo defen. ζ. In dux. Hugo de off. & qualit.
Prat. to. 2 tractat. L. 1 ff. ad l. Iuliam de Amb.

CLXXIV. Vndè Zonaras *creatio Magistratuum maxima pars est muneris Imperatorij*. Quo factum, vt lex de Ambitu in Vrbe cessaret, vt & nunc in Romana curia cessat, cum Benefitiorum collationes (quę loco sunt Magistratuum) ad Papam pertineant. *Sed Vtinam* (scribit Bartolus) *hoc obseruaretur quoad ipsos, qui sunt adhærentes Papæ. Et ideo sciatis, quod Decretistæ fecerunt multas constitutiones, tamen in tractatu de*

CLXXV. *Simonia, quæ est idem, quod ambitus, nullam nouam constitutionem fecerunt. Ratio, quia Simonia non punitur, vt debet*. Huiusmodi autem facultas, quàm cara & prętiosa populo vel

Com. ad l. vn.

CLXXVI. Principibus, Hungari fidem faciant, pro qua in seruitutem redigi maluerunt, quam sinere Regis sibi abripi electionem. Exemplo sint Poloni tot Bellis fatigati, vt proprio sanguine transcribere suæ libertatis voluerint priuilegium, eligẽdi ad sui placitum Regem, quàm donis onusti, vsum intermittere, vel alterare. CLXXVII.

De Venetis, Gallis, & Pontificijs locupletati referunt annales, quomodò rotante fortuna, volitauerit etiam Episcoporum electio, modò Princeps, modò populus, modò curia, ille tandem cui arridet sors.

CLXXVIII. IV. Vitæ, & necis potestas, puta à Magistratu damnatum absoluere, absolutum damnare, à seipso damnatum, donato crimine, vitam dare, quòd nec Romano Senatui, firmato Imperio, licebat: *Sed non Senatui libertas ad pœnitendum erat*. Nè occasio supplicandi, vel malignis artibus (inquit Constantinus Imperator) tam præsidum, quàm Officialium, daretur. Igitur de cætero iuxtà criminis qualitatem, legem oportet seruari. Hinc venit, quòd inaugurati Senatu non promouentur ad ordinem per gladium, vti ad solium gladio promouetur Imperator. Nam gladius vitæ, necisque potestatis supremum est signum. *Vitellum* (inquit Tacitus) *solutum à latere pugionem, Cæcilio Simplici consuli in concione reddidisse, tamquam ius vitæ, & necis*. Eginardus Caroli M. cancellarius cum à Parisiensi Senatu morti traderetur, quia Caroli filiam violasset; Carolus ex improuiso eum absoluit, filiæque nuptias, vt honori consuleret, & quantum posset Imperator, publicaret. Cla. Nero & L. Salinator cum ob nimis asperè actam censurã à Cn. Bebio Tribuno Plebis, Rei pro rostris agerentur. Senatus causæ dictione, decreto suo, eos liberauit, ad quem iure suo pertinet rationem exigere, non reddere.

Tacit. An. 1.
L. 18. ex reis C. de pæn.
CLXXIX.
Hist. 3.
CLXXX.
Iac. Curio l. 2. cẽt. 8. c. 8.
P. Erod. ex Valer. Max. l. 7. c. 2.

CLXXXI. V. Ius rerum sacrarum (dicunt multi) & probant exemplo Aruas filij Moysis, quem Iudæi Regem, & Pontificem voluère. Post Mosen (scribit Iustinus) *etiam eius filius Aruas, Sacerdos sacris Aegyptijs, mox Rex creatur: semperque exindè hic mos apud Iudæos fuit, vt eosdem, & reges, & Sacerdotes haberent: quorum iustitia religione permixta, incredibile quantum coaluère*. Sic apud Romanos ex Poeta

Lib. 37.

Rex Arrius Rex idem hominũ Phœbiq; Sacerdos.

Regibus posteà eiectis, penes Senatum hoc ius fuisse, testis est Liuius. Cum Romæ cautum, nè pręter Senatus legem, Bacchanalia in Italia celebrarentur. *Si quis tale sacrum solemne, ac necessarium duceret, nè sine religione, ac piaculo se id omittere posse, apud Prætorem Vrbanum profiteretur*,

Lib. 15.

retur, Prætor Senatum consuleret, si ei permissum esset, cum in Senatu centum non minùs essent, ita id sacrum fieret, dum nè plus quinque sacrificio interessent. Mutata tandem Republica, in vnum translata imperij maiestas, sacra etiam sibi arrogauit, etsi primi imperatores Senatui nonnulla indulgerent, vt cum honore paulatìm tumularetur Reipublicæ libertas. Exemplo sit Senatus Consultum in Tiberium latum, cum in Deorum numero Christum reponere tentaret. Sic Rex Seuerus Christo templum donare prohibitus est ab ijs, qui præsidebant sacris, timentes nè Idolorum turba sine honore languesceret. *Christo templum facere voluit, eumque inter Deos recipere. Quod & Hadrianus cogitasse fertur, qui templa in omnibus ciuitatibus, sine simulacris iusserat fieri, quæ ille ad hoc parasse dicebatur; sed prohibitus est ab ijs, qui consulentes sacra, repererant omnes Christianos futuros, si id optato euenisset, & templa reliqua*
Orat. pro Flacco. *deserenda.* Vel cum Cicerone. Christi sacra respuerunt, quia Romani Imperij credebant, non decère maiestatem, vt vnus tantum coleretur Deus. Vel cum Augustino, Romanis,
L. 1. c. 16. 17. 18. de Consecr. Euang. qui etiam aduenarũ Deos adorarunt, respuerunt Christum, nè vnà cum alijs veneraretur, quia solus voluit adorari.
CLXXIII. Quidquid sit de Romanis erroribus, hoc vnum credo ius rerum sacrarum in pectore Romani Pontificis, tamquam in scrinio consistere, quem vti *Christi vicarium, omnium Christianorum pastorem, & magistrum, cum iure administrandæ Ecclesiæ Dei,*
Seß. 25. vnà cum Tridentino Concilio, adoro, *O mira potentia* (exclamat Augustinus) *& infallibilis gratia Saluatoris, quis plebeium piscatorem, Apostolorum facilè crederet Principem, & Regibus obsistere. Reges sanctificare: Regnis omnibus imperare, mundum refrenare legibus, dæmones calcare pedibus, iubere virtutibus, Cælum hominibus aperire, cum vellet; claudere cum placeret,*
Serm. de Petro, & Paulo. *immortale regnum conuersis donare, negare peruersis; merita mundi cognoscere, culpas, & crimi-*
CLXXIV. *na hominibus relaxare.* Quòd si aliquandò in sacrorum messem legantur Imperatores posuisse falcem, intelligas quoad protectionis titulum, non cognitionis, vel administrationis, quæ soli Petro, & successoribus fuit comissa: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.*

Debes (aiebat Leo Papa ad Leonem Imperatorem) *Imperator incunctantèr aduertere, regiam potestatem tibi non solum ad Mundi regimen, sed maximè ad* Ecclesiæ præsidium *esse collatam. Principes* (Isidorus) *seculi nonnumquam intra Ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent; vt per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant.*

VI. Ius mittendi, & recipiendi Legatos, CLXXV.
Regium dixit Curtius. *Et pristina quidem species regia manebat. Nam & Legati Gentium Regem adibant &c.* Inde Legatorum ius sacrosanctum, & apud barbaros colitur. *Sic enim* CLXXVI.
sentio (ait Cicero) *ius Legatorum cum hominum præsidio munitum, tum etiam diuino iure esse vallatum.* De Harusp. resp. Si quis igitur legatum hostium pulsasset, ius gentium dicitur violatum: quo cautum, vt & in patriam nostram molientes hostium legati, remittantur impunes. L. si quis de legat. Romam CLXXVII.
à Superbo Tarquinio hostes missi, vt consanguineos sollicitarent, & nocte clam in Vrbem, Consulibus interfectis, Regem reciperent, detecto facinore, comprehensi legati, etsi crimen hostes faceret: ius tamen Gentium valère placuit: neque tam considerari quid merito legatis patiendum, quàm Romanæ virtuti tribuẽdum. Prætereà huius facinoris noxam magis penès eos esse, qui legationem imperarunt, quàm qui obierunt: quia ijs parère necesse fuit. Dion Halicar 5. Liuius 1.

VII. Extrema prouocatio, quæ populo CLXXVIII.
antiquitùs, Senatui postea, Cæsari tandèm iure debita. Etsi enim Tiberius, vt refert *Tranquillus*, quædam aduersùs sententiam suã decerni passus est, seruile mysterium erat, vt laruam imponeret amissæ libertati. Immò Iu- CLXXIX.
stinianus capitalem potestatem, quam Domini tenebant in seruos, pietatis correxit prætextu; seruis data facultate prouocãdi ad principum statuas, casu quo duriùs, quàm par esset, tractarentur à Dominis: quod contra dominorum antiquam, & absolutissimam potestatem vsque ad caput in seruos sæuiendi, non quia Reipublicæ interesset (vt Iustinianus protestatur) nè quis re sua malè vtatur: Rerum enim suarum quilibet Dominus, non solum in vtendo, verùm & in abutendo. Sed quia Domi suę, seruis suis dicere impunè, etiã non iure, vestigium erat antiquæ libertatis, & popularis dominationis; indè vtilitatis publicæ, & pietatis prætextu, inusitatam prouoca- L. sed etsi §. consai. ff. de peter. l. i. c. re mand. C. mand.

CXC. tionem ad principum ſtatuas, vel ædes ſacras
ſeruis largitus eſt.

CXCI. VIII. Monetam cudere præter Principem
L. fin. C. de falſ. mon. nemini licet: Apud Romanos tanta circa mo-
netas religio erat, vt qui monetam Principis
Paulus 5. ſent. Tit. 25. vultu ſignatam conflaſſet, lege Cornelia tene-
retur. Niſi tamen ſpeciali priuilegio daretur.
CXCII. Vt Antiochus Simoni Sacerdoti, & Principi
Machab. 1. cap. 15. n. 6. gentis Iudęorum permiſit proprium numiſma
percutere. Sic Ianuenſes anno 1139. à Con-
Sigon. 2. Reg. Ital. rado tertio Germanorum Rege pecuniæ ſi-
CXCIII. gnandæ ius impetrarunt. Alias ſine priuile-
gio monetam cudere, leſæ maieſtatis eſt cri-
men; Teſtis eſt Comodus Imperator, quùm
CXCIV. Perenium familiarem ſuum capite damnauit,
Herod. in Comod. quia monetam ſui ſignaſſet imagine. Arian-
drum Ægypti Prędectum Rex Perſarum ſecuri
Herodot. percuti iuſſit, quia nummos publicos propria
percuſiſſet imagine. Turcis adeò prætioſum
hoc ius, vt numquam priuilegio ſubditis dato
adhuc videatur violatum. Hungarorum *Nul-*
CXCIV. Vide to. 6 Tractat. p. 79. & tom. 14. p. 76. *lus* (inquit Otto Friſigenſis) *in tam ſpatioſo
ambitu, rege excepto, monetam, vel telonium ha-
bere audet.*

IX. Bellum inferre, & pacem dare ſolius
CXCV. Principis proprium eſt. *Nulli* (Imperatores
L. vnica C. vt armor. vſus l. 3. ff. ad l. Iuliam maieſt. Valent. & Valens) *prorſus nobis inſcijs, atque
inconſultis, quorumlibet armorum mouendorum
copia tribuatur.* Sic de pace, & ineundo fœde-
re apud Saluſtium legimus. *Senatus vti par
erat, decreuit, ſuo ſuique populi iniuſſu nullum po-
tuiſſe fœdus fieri.* Sic apud Liuium. *Controuer-
ſia fuit, vtrum populi iuſſu Bellum indiceretur,
an ſatis Senatus conſulto. Peruicère Tribuni
denunciando ſe delectum impedituros, ni Quin-
ctius ad populum ferret.* Quòd verum cum ari-
ſtocraticè regeretur populus. Summa tandem
regiminis delata Cæſari, ius belli, paciſque
componere dedit eidem.

Eurip. ſupplic. *Adraſtum hunc opus
Iurare: namque is ius habet regni potens
Vt ciuitatem fœdere obſtringat ſuo.*

CXCVI. X. Ius Vectigalium, quæ *ſine Imperatorum
L. 10. C. de prohibit. & vectig. l. 3. C. vectigal. noua inſtit. l. vnica §. 3. ff. ad l. Iuliam de amb. præcepto, neque Præſidi, neque curatori, neque cu-
riæ conſtituere, nec præcedentia reformare, & his
addere, vel diminuere licet.* Hoc prætextu Chri-
ſtum Iudæi ſuſpenderunt in ligno. *Hunc in-
uenimus prohibentẽ tributa dare Cæſari.* Vectiga-
Luca 23. lia quemadmodum à ſolo Rege, vel ſupremam
tenente poteſtatem imponuntur, ita & remit-
tuntur: eius enim tollere, cuius eſt dare: Vnde CXCVIII.
Turcarum regnans imperator Muphthi al-
loquens, ab eodemque quærens à quo Turca-
rum ſummus Sacerdos *Muphthi* dictus creare-
tur? reſpondente Muphthi *à te quidem:* Repli-
cauit ille, *meum ergo, & tollere*, capite igitur
plectaris, & factum eſt. Tributa remiſiſſe
Saxonibus Carolus Magnus legitur, vt Chriſti CXCIX.
religionem libenter agnoſcerent. Vt Deui-
ctis Longobardis, duces eorum liberos eſſe
iuſſit, vno tantum regij feudi vinculo obliga- Matth. de Afflict. in opere sẽt. p. 392.
tos. Nouum etiam imponere vectigal Rex
Ferdinandus I. cuidam indulſit, qui Neapoli
in magna mole phanonem, ſeu laternam ex-
truxerat nauigantium gratia.

XI. Ius Nundinarum, ideſt generale fo- CC.
rum ſolius Principis celebratur conſenſu. Vel L. vnica C. de Nũdinis, & Mercat.
Senatus, dum Ariſtocratia regimur. *Solers
vir prætorius* (ſcribit Plinius) *à Senatu petijt,
vt ſibi inſtituere in agris nundinas permitteretur.*
Hæc ſunt ſumma, & principaliſſima capita,
quibus regnorum arcana, pro viribus vulgare
poſſum. Cæterum inſignia, quæ populo regem
adorandum monſtrant, inter multa, quæ po-
pulis fuere diuerſa; communiora hæc ſunt:
Faſces, Trabeæ, Curules, Annuli, Phaleræ, Pa- CCI.
*ludamenta, Prætexta: indè quòd aureo curru qua-
tuor equis triumphatur. Togæ pictæ, Tunicæque* Florus l. 1. c. 5.
*Palmatæ: omnia denique decora, & inſignia, qui-
bus imperij dignitas eminet.*

Pro coronide hoc vnum perquirere reſtat,
Ex quo perſonarum genere deſumerentur Re-
ges? Cui ſcriptura ſatisfacit. Saul ex ouium
caula Regis deductus in aulam, haud armen-
torum, ſed hominum paſtor, monſtrat, quod
Regem non facit natiuitas, ſed virtus. De eo
enim prouerbium exierat. *Num & Saul inter
prophetas?* Dixeruntque ei. *Num ſaluare nos
poterit iſte? & deſpexerunt eum, & non attule-* 1. Reg. 10 n. 12.
runt ei munera, ille verò diſſimulabat ſe audire.
Virtutem, quæ regale fecerat fatum, fatum ip- Num. 27.
ſum æmulabatur, & quem virtus altiorem fe-
cerat animo, ipſum & corpore fecit. *Stetit in
medio populi, & altior fuit vniuerſo populo ab
humero, & ſurſum. Et ait Samuel ad omnẽ popu-* Num. 23.
*lum. Certe videtis, quem elegit Dominus, quo-
niam non ſit ſimilis illi in omni populo.* In qua-
cunque enim re *illis obedire potiſſimùm homines* Xenoph. de dictis Sócior.
volunt, quos putant optimos eſſe. Hinc teſte
Seneca. *Primi mortalium, quique ex his geniti* Ep. 90.
natu-

CCIII. *naturam incorrupti sequebātur eandem habebant, & ducem, & legem, commissi melioris arbitrio. Naturæ est enim potioribus deteriora submittere. Mutis quidem gregibus, aut maxima corpora præsunt, aut vehementissima. Non præcedit armenta degener taurus, sed qui magnitudine, ac toris cæterosque mares vicit: Elephantorum gregem excelsissimus ducit: inter homines pro summo, est Optimus. Animo itaque rector eligebatur, ideo-*
CCIV. *que felicitas erat gentium, in quibus non poterat potentior esse nisi, qui melior. Tantum enim quantum vult potest, qui se, nisi quod debet, non putat, posse. Illo ergo seculo, quod aureum perhibetur,*
CCV. *penes sapientes fuisse regnum Possidonius iudicat. Hi continebant manus, & infirmiores à validioribus tuebantur: suadebant, dissuadebantque, & vtilia atque inutilia monstrabant: Horum prudentia, nè quid deesset suis, prouidebat; fortitudo arcebat pericula, beneficia augebat, ornabatque*
CCVI. *subiectos. Officium erat imperare, non regnum. Nemo quantùm posset aduersus eos experiebatur per quos cœperat posse. Nec erat cuiquam animus in iniuriam, aut causa: cum benè imperanti benè pareretur, nihilque Rex maius minari malè parentibus posset, quàm vt abiret è regno,* & Ouidius

Aurea prima sata est ætas, quæ vindice nullo
Sponte sua, sine lege fidem, rectumque colebat: 1. Met.
Pœna, metusque aberant, nec verba minantia fixo
Aere ligabantur, nec supplex turba timebat
Iudices ora sui, sed erant sine iudice tuti.

Vrgebant quidèm iudicum Regumque nomina: sed cum nulli esset animus in iniuriam, aut causa, benèque imperanti benè pareretur, videbantur sine iudice tuti: Illeque imperabat, qui prius parère didicerat. Reminiscendo per subditos cœpisse, posse, aduersus eos non experiebatur quantum posset, *qui modestè paret* (ait Cicero) *videtur, qui aliquandò imperet, dignus esse. Itaque opportet, & eum,* CCVII. De leg. 3.
qui paret, sperare se aliquandò imperaturum: & illum qui imperat, cogitare breui tempore sibi esse parendum. Forsan ridet medicum, qui ciborum mensura, non inquinat, sed alit? Non CCVIII.
stringit fulmina Iouis, vt feriat, sed vt terreat. Pictæ stabant in Areopago furiæ (locus vbi iudices conueniebant) mystico quidem designatæ vultu, placidæ nempè: flagella enim solo criminum laxabant impulsu. Ridebant igitur, & timebant Regem. Ridebant innocentia fretæ; Timebant, vel potiùs à bono in melius æmulabantur: cum inter ipsos prò summo esset, qui Optimus. *Omnes antiquæ gentes* CCIX. Ibid.
regibus quondam paruerunt, quod genus imperij primum ad homines iustissimos, & sapientissmos deferebatur. Et Iustinus. *Principiò rerum gentium, nationumque imperiū penès reges erat, quos* Lib. 1.
ad fastigium huius maiestatis non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehebat; populus nullis legibus tenebatur: arbitria principum pro legibus erant. Et Salustius: *igitur initio reges, nam in terris nomen imperij ad primum* In præf. Catilinæ
fuit diuersi pars ingenium, alij corpus exercebant, etiam tunc vita hominum sine cupiditate agitabatur, sua cuique satis placebant.

CAPVT TERTIVM.

De Imperatore.

1 *Imperium, & Apostolatus fraternizant.*
2 *Imperator vnus debet esse.* 10. 12. 31.
3 *Imperium, & Sacerdotium ab eodem principio veniunt.* 8.
4 *Imperium à violentia*
5 *Violentia quomodo lex fiat?*
6 *Romanam libertatem Cæsar, quibus medijs captiuauerit.*
7 *Tyranni quomodo à Deo veniant?*
8 *Fortuna quid sit?*
10 *Luminaria Cælorum quid significent?*
11 *Darius, & Alex. M. pugnant pro primatu.*
13 *Orbis vnius imperio regitur.*
14 *Aurum metallorum princeps. Lapidum Adamas.*
16 *Oliua plantarum princeps: Florum Rosa.*
17 *Quadrupedum Rex Leo: volatilium Aquila.*
18 *Animalium Imperator, homo.*

19 *Intellectus cæterarum potentiarum princeps*
20 *Cor vnum est in composito.*
21 *In apibus vnus princeps.*
22 *Duo soles non possunt esse.*
24 *Adam cur vnus creatus?*
25 *Populus quando posit legem facere.*
26 *Imperator postquam electus moribus populorum corruptis.*
27 *Regem ab initio non ambitio, sed probitas creabat.*
30 *Bestiæ visæ à Daniele, figura regnorum.*
32 *Leo insigne Babylonici imperij.* 35.
33 *Assyriorum Monarchia cur Babylonica vocetur? cur Chaldaica?*
34 *Babylon, & Niniues regiæ Assyriorum.*
36 *Aquila senio non consumitur.*
37 *Statua à Daniele visa, imperiorum figura.*
38 *Capiti aureo cur comparetur Assyriorum Monarchia?*
39 *Caput arx Sapientiæ:*
40 *Chaldæorum Monarchia reliquas sapientia vicit.*
41 *Daniel vaticinatur Cælorum regnum.*
42 *Magi lumine gratiæ cognouerunt Christum, non ex stellæ apparitione.*
43 *Stella, quæ Magos duxit, Deus erat: non stella ordinaria.*
44 *Chaldæi inter sapientes primi sunt.*
45 *Nabuchodonosor filium Dei ante Christi aduentum, cognouit.*
46 *Chaldæorum Monarchia cur auro assimilata?*
47 *Medo Persica Monarchia argenteo pectori cur assimilata?*
48 *Chaldæorum, & Persarum Monarchiæ quantum durauerint?*
49 *Medo Persica Vrso cur comparata?* 51.
50 *Cyrus à Tomyride victus quia Geographiæ ignarus. Sic Xerses.*
52 *Cambysis crudelitas.*
53 *Tomyris exprobratio in Cyrum.*
54 *Arieti Persarum Monarchia cur assimilata?*
55 *Persarum Monarchia cur diuersis comparata figuris.*
56 *Græcorum Monarchia æneo ventri comparata?*
57 *Alex. M. intemperantia. Eius Successorum libido.*
Sorores ductæ in vxores. ib.
58 *Darij iactãtia, et potentia cõtra Alexandrũ.*
59 *Pardo Alex. M. comparatur.*
60 *Alex. M. exercitus, quo numero militum constaret?*
61 *Alex. M. magnitudo*
62 *Pardo Alex. M. cur assimilatus?*
63 *Eiusdem Alex. in bellando celeritas.*
64 *Alex. ebrietate vincitur.*
65 *Alex. M. Hirco caprarum comparatur.*
66 *Roma à Romulo*
Romana Mundi Domini
67 *Byzantium noua Roma.*
68 *Romanorum imperium tibijs ferreis assimilatur.*
69 *Romanorum humanitas ad belligerandum.*
70 *Iudæi cum gentibus prohibentur fœdus inire.*
71 *Iudas Machabæus cum Romanis cur fœdus habuerit*
72 *Romanorum regimen diuersum temporum diuersitate.*
73 *Romanus populus legem regiam cur ediderit.*
74 *Romanorũ imperium sanguine, ferroq. plantatum.*
75 *Romulus, Remus cur à lupa educati?*
76 *Cur flumine non absorpti?*
77 *Romulus vulturum auspicio, latronibus auxilium erigit.*
78 *Fratricidium Romuli.*
79 *Annulos ferreos cur Romani gestarent?*
80 *Roma robur significat.*
Corona ferrea Imperatores insigniuntur.
81 *Vulturum augurium quid significet?*
82 *Romanorum Imperium quantum fuisset duraturum?*
83 *Imperatorum Socordia.*
Roma capta, gallina creditur.
84 *Digiti decem in statua quid figurent.*
85 *Capita septem in bestia Danielis quid sint?*
86 *Imperium approbat Christus.* 92. 94.
87 *Octauiano Augusto Christus cum Virgine matre apparet.*
88 *Circulus circa Solem quid tempore Augusti significaret?*
89 *Augustus cur Dominus appellari renuerit?*
90 *Tres soles in vnum, quid?*
91 *Ara Christo dicata ab Augusto.*
93 *Imperium contra facinora inuentum est.*
95 *Christus, Romanus ciuis.*
95 *Census impositio generalis quando facta?*

96 *Imperatores Romani, iusti censentur.*
96 *Imperatoris nomen quid velit?*
97 *Imperatoris tituli.* 98. 102. 105. 122. 110.
98 *Potestates in Orbe supremæ, duæ.*
103 *Imperator solus Dei gratia dicitur Imperator.*
104 *Episcopi* Pontificis gratia *dicuntur Episcopi.*
105 *Patriarcha Venetiarum ex priuilegio dicitur* Dei gratia *Patriarcha.*
106 *Caligulæ: Iuliani impietas.*
117 *Imperator non dicitur Pontifex.*
109 *Imperator sedet post Papam.*
110 *Imperator Canonicus S. Petri.*
111 *Augusti cognomen vnde?* 113.
112 *Fati decretum, vt Magni Duces validos habeant competitores.*
113 *Franciscus Primus Gallorum Rex, & Carolus V. & Solimanus æmuli.*
114 *Imperator quando cœperit adorari? & cur.*
115 *Imperatoris Maiestas.*
116 *Imperatores non nisi scripto adibantur.*
117 *Imperatorum liberalitas qualis?*
118 *Quot modis acquiratur regnum.*
119 *Romani populi victa libertas.*
120 *Imperatorum Catalogus ex modo succedendi.*



IMPERATORIVS titulus alta petit. Sicut enim à Deo Apostolatus pro-
I. cessit, ita & Imperium, quę fraternizant, & quem-
Auth. 6 Quomodo op. Episc. admodùm vnum voluit Pontificem Christus. *Tu
Matt. 16. n. 18.* es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Tibi dabo claues regni cælorum &c.* ita & vnum voluit Imperatorem. *Maxi-
II. ma quidem* (scribit Imperator Iustinian. Epiphanio Patriarchæ Constantin.) *in hominibus sunt dona Dei à superna collata clementia, Sacerdotium, & Imperium: & illud quidem Diuinis ministrans, hoc autem humanis præsidens, ac
III. diligentiam exhibens ex vno, eodemque principio,
Auth. cit. vtraque procedentia humanam exornant vitam.*

Quod si dicas cum Cicerone, ius istud, quo
3. de leg. p. 209. vnus omnibus Magistratibus imperabit, violentum videri? Respondeo ex modica, & sa-
IV. pienti temperatione violentiam, legem factam esse iuridicam; vndè merito dici possit,
V. quòd de Numa Pompilio *vt quòd vi, & iniu-
Lib. 1. c. 2. Florus.* ria occupauerat imperium, religione atque iustitia gubernaret.*

Etsi iterum instes, Iulium Cæsarem Romanorum primum Imperatorem tyrannicè Rei-
VI. publicæ libertatem tradidisse catenis, cum mi-
Tac. an. 1 litem donis, populum annona, cunctos dulcedine otij pellexit; insurgere paulatim munia Senatus, Magistratuum, legum in se trahere, nullo aduersante, cum ferocissimi per acies, aut proscriptione cecidissent? Iterum dico.
VII. Potestatem omnem à Deo venire, licèt potestatis vsurpatores à Deo non veniant, sed permittantur; quo sensu explicanda carmina illa

Si fortuna volet, fies de Rhetore Consul,
Seruis sceptra dabunt, captiuis Fata triumphos.

Qualis hæc fortuna? quam alijs, sed clarissimis titulis explicat Euangelista: Fortuna? illa VIII.
quæ in Principio erat, per quam facta sunt omnia, & sine qua factum est nihil, idest solum peccatum, vt Augustinus explanat. Cæ- *Ioan. 1.*
terum Imperialem potestatem vtì sæcularium principatuum supremam ab eodem illo principio descendere, quo & Apostolatum vndequaquè abundant testimonia, prætęr ea, quæ de Regibus notauimus. *Duæ sunt* (inquit Ia- *cap. 2.*
cobus Faber Stapulensis) *in fidelium Republica summæ potestates, vna ecclesiastica, quæ Ponti- Commẽt. ad Rom. 16.*
ficia dicitur, & altera secularis, quæ Regia. In prima debet esse vnus Monarcha ad rem sacram in optimo statu continuandam, & hic summus Pontifex. In secunda vnus Monarcha ad rerum secularium moderationem, & ad Bella christiana contra hostem religionis conficienda, & hic Imperator Christianorum. Monarcha in sacris Aaron, Eleazarus, Phinees; Monarcha in rebus secularium, & Bellorum gerendorum Moses, Iosue &c. Fecit Deus duo luminaria magna in fir- X.
mamento Cæli: luminare maius, vt præesset diei: & luminare minus, vt præesset nocti: vtrumque magnum: sed alterum maius. Sic ad firmamentum Cæli, hoc est vniuersalis Ecclesiæ fecit duo luminaria magna, quæ sunt duæ dignitates Pontificis, & Imperatoris, nẽpè. Ille spiritualibus, iste carnalibus præest. Et quemadmodum in Cælo multiplicatio Solis generaret excidium; ita haud Luna tam cę-

leſtis, quàm ſublunaris multiplicanda. Sic le-
XI. gitur Dario Perſarum Regi reſpōdiſſe M. Ale-
xander, percunctanti, vt Mundi regimen ex
(Curt. l.4.) æquo diuiderent? Concederem ſi ſecundus,
(L. od. Si-) non par mihi vellet haberi. Quoniam vt Cę-
(cuius 17.) lum duos Soles: Sic Orbis terrarum duo ſum-
XII. ma imperia pati non poteſt. Omnia enim ad
vnum primum natura reducit. In vnoquoque
XIII. genere illud omnium eſt menſura, quod per-
fectiſſimum. Orbem quoad totum, vel par-
tes ſpeculari, & vnius imperio regi videbis.
XIV. Ab infimis numera, & inter inanimata, auro
principatum metallorum; lapidum, adaman-
XV. ti dabis. Ad ſuperiora poſteà gradatim con-
XVI. ſcende, inter vegetabilia: Plantarum prin-
ceps, Oliua eſt: Florum, Roſa. Inter ſenſiti-
XVII. ua; Rex quadrupedum, Leo: Aquila volati-
lium regina; animalium Imperator, Homo.
XVIII. *Dominamini piſcibus maris, & volatilibus Cæli,*
& vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper
(Gen. 1.18) *terram.* Hominem ſerua; cuius mentis poten-
XIX. tiæ intellectiuam venerantur, vt principem.
Maximè rationi (Ariſtoteles) *conſonum eſt,*
hunc intellectum omnia præceſsiſſe, & præſtantiſ-
ſimum omnium, & natura dominum eſſe. Vnum
(3. de An-) cor, vnū caput animalibus natura dedit, quod
(im. c. vlt.) in inferiora mēbra diffunderet ſpiritum. Mu-
(Lex. 82.)
XX. tis etiam gregibus, aut maxima corpora præ-
ſunt, aut vehementiſſima. *In apibus princeps*
XXI. (Seneca ep. 90.) *vnus eſt. Grues vnam ſequuntur ordine littera-*
rio: Imperator vnus, Iudex vnus prouinciæ.
Roma vt condita eſt, duos fratres ſimul habere
XXII. *reges non potuit, & parricidio dedicatur.* Vnum
(c. 12. in Apibus 7. q. 1.) ergo Mundi corpus *vnius animo regendum: &*
ſi duo Soles velint eſſe, periculum nè incendio om-
XXIII. *nia perdantur.* Perpende Orbis exordium ab
(Tacit. An. 1.) vnitate proficiſcens; non enim plures creati
Adami, ſed vnus, qui ſolus præcepta iuſtitiæ
XXIV. filijs daret; vno ergo erat opus, à quo iuriſdi-
(c. Sequit. 24. q. 1.) ctio temporalis procederet, ſicut procedit iu-
riſdictio ſpiritualis ab vno videlicet Papa: vt
XXV, in ſequentibus Auguſtini ſententia fuit. *Si*
populus ſit benè moderatus, & grauis, communiſ-
(Lib. 1. c. 6 de lib. arbitrio.) *que vtilitatis diligentiſsimus cuſtos, in quo vnuſ-*
quiſque minoris rem priuatam, quàm publicam
pendat, nonne rectè lex fertur, qua huic ipſi popu-
lo liceat creare ſibi Magiſtratus, per quos ſua res,
ideſt publica, adminiſtretur? Rectè prorſus. Por-
rò ſi paulatim deprauatus idem populus rem priua-
tam Reipublicæ præferat, atque habeat venale
ſuffraggium, corruptuſq; ab eis, qui honores amāt,
regnum in ſe factioſis conſceleratiſque committat, XXVI.
nonne item rectè, ſi quis tunc extiterit vir bonus,
qui plurimum poſsit, adimat huic populo poteſta-
tem dandi honores, & in paucorum bonorum, vel
etiam vnius redigat arbitrium. Ita factum, po-
pulus ab initio eum volebant Regem, quem
ad maieſtatis faſtigium non popularis ambi-
tio, ſed ſpectata inter bonos moderatio pro- XXVII.
uehebat. Sed poſtquàm ſurrepentibus vitijs, (Iuſtin. l. 1.)
in tyrannidem verſa ſunt regna; omniſque ca-
ro corrupit viam ſuam, adeout Deum pœni- (Gen. 6. n. 6.)
tuiſſet, hominem in terra feciſſe; nec popu- XXVIII
lum puderet dignitates ſub haſta proponere;
vndè non potentior, qui melior, ſed qui ditior;
Deus à quo cuncta procedunt, permiſit, imo
fecit, quòd ad vnius arbitrium, totius orbis de-
ueniret poteſtas; qui cuncta diſcordijs ciuili-
bus feſſa, nomine Principis ſub imperium
accepit. Perculſum enim vndiquè, ac pertur- XXIX.
batum imperij corpus, haud dubiè numquàm (Tac. An. 1. c. 1.)
coire, & conſentire potuiſſet; niſi vnius præ-
ſidis nutu, quaſi anima, & mente regeretur.
Myſteriū, quòd propheticis etiam figuris de- XXX. (Florus 4.3.)
lineatum, videre eſt apud Danielem. Vbi ſur- (Cap. 7.)
gentes illæ quatuor beſtiæ Leo, Vrſus, Aries,
& Hircus pugnantes comedentes, commi-
nuentes, pedibuſque cętera conculcantes ani-
malia, vmbra ſunt (interpretante Angelo)
quatuor regnorum, quæ conſurrectura erant
de terra; & quòd notatu dignum, vnius ſem- XXXI.
per diriguntur imperio.

Leone alis aquilinis ornato adumbratur Ba- XXXII.
byloniorum, ſiue Chaldæorum, & Aſsyriorum
prima Monarchia. Babylonica vocata, quia
Nimrod regni ſedem in Babylone Chaldææ XXXIII.
metropoli poſuit: *Initium Regni eius fuit Babel.* (10. Gen. v. 10.)
Chaldaica dicitur à regione Chaldæa orienta-
li, vbi plantāte Babylon, vndè ab Iſaia decan-
tatur *Babylon glorioſa in regnis, inclyta ſuperbia* (13. n. 19.)
Chaldæorum. Vocatur Aſsyriaca propter Aſ-
ſyriam Babyloniæ iniunctam: vndè in prima
Monarchia duæ erant regiæ Babylon, & Ni- XXXIV
niuen, quas pro regnantium indole modò il-
lam, modò hanc incolebant Monarchæ. Aſ-
ſimilatur Leoni aquilinis alis ornato; Sicut XXXV.
enim Leo animalium omnium nobiliſſimus, ac
fortiſſimus inter beſtias, quaſi Rex terribilis XXXVI
cum maieſtate quadam incedit: & ipſa Aquila,
nec ſenio, nec languore conſumitur: ita quo-
què

què hæc Monarchia maiestate potentia, & diuturnitate reliquis longè antecelluit; mille scilicèt sexcentis quadraginta sex annis circùm circà protracta, de quo sequentes non gloriantur.

Delineata est secundò hæc Monarchia in
XXXVII C. 2. colosso illo Danielis. Cuius *caput ex auro optimo erat: pectus autem, & brachia de argento, porro venter, & femora ex ære: tibiæ autem ferreæ, pedum quædam pars erat ferrea, quædam*
XXXVIII. *autem fictilis*. Capiti aureo comparatur primo *propter dignitatem, & eminentiam:* quemadmodum enim in corpore humano, capitis primus est locus, vndè, & *capitis* siue *principis* titulo condecoratur: à quo reliqua membra non licet recedere; ita inter Monarchias, omnium dignissima Chaldaica fuit, Esaia teste.
13. n. 19. *Babylon illa gloriosa in regnis, inclyta superbia Chaldæorum*.

Secundo propter *sapientiam*, sicut enim
XXXIX. caput est arx Sapientiæ, vbi ingenium, iudicium, & memoria sedem sibi fixerunt: ita Monarchia Chaldaica cæteris omnibus sapiē-
XXL. tia, tùm humana, tùm diuina antecelluit. Constitutus Daniel inter Magos, sapientes, &
XLI. hariolos Babylonis, à Nabuchodonosore Ma-
c. 2. n. 44 gister, de Cælorum futuro regno, quod defuturum nunquàm, disertè vaticinatus: Indè creditur non ex naturæ lumine, hoc est, no-
LII. uæ stellæ apparitione, Christi incunabula requisiuisse Magos; Dei enim sapientiam, quam ante secula abscondidit Deus, nemo Princi-
1. Cor. 2. 8. pum huius seculi cognouit, teste Paulo, sed potiùs lumine gratiæ, siuè Spiritus Sancti inspi-
c. 60. n. 3. ratione, iuxta illud Esaiæ. *Et ambulabunt reges in lumine tuo*, à Magis cognitum Christum credimus. Stella enim, quæ Magos duxit ad
XLIII. præsepe, credenda non est Astrologorum character; cum astrorum natura sit, vt ab Oriente in Occidentem ferantur: Stella verò, quæ Magos duxit ad præsepe à Septentrione in Meridiem veniebat, vt monstrat locorum situs, Mesopotamia, nempè, vbi nati Reges, Palestinam versùs, quæ Mesopotamiæ, ad Septentrionem contraponitur.

Hom. 6. in Matt. Cōfirmari etiam potest cum Chrysostomo ex temporis obseruatione, quo stella lucebat; lucebat noctu, radiabat die, & Sole fulgente magìs coruscabat: quam tamen lucendi vim, non modò stellæ, sed nec ipsa quidèm Luna sortita est; ergò astrorum limina transcendit hæc stella.

Probatur tertio ex interpolatione lucendi; Modò enim occultabatur, modò radiabat; & Regum pedissequa, pergebat, cum pergerent: stabat, cum starent. Dux itineris facta, semper lucebat, cum ad præsepium incederent: tunc latitabat, cum deuiarent, vt vmbra iter monstraret ad lumen. *Hoc autem* (concludit Chrysostomus) *non agit sideris motus, sed virtus quædam plena rationis*. Qualis erat hæc virtus? virtus illa quæ in columna nubis præibat Iudæos: quæ in flamma ignis de medio rubi Exod. 3.
ardens, non comburebatur, Deus est.

Quòd si quæras, qua virtute meruerint Gētiles Reges lumen fidei, quo adorarent, vt Deum, quem filij crucifixerant, vt latronem? respondeo, ex Danielis doctrina, spem Redemptoris instillatam Magis, qua flagrantes, & minimum astrorum signantes cursum, traditiones parentum duabus fulciendo columnis, Fidei scilicèt, & Astrologiæ, eò Sophiæ penetrarunt postes, vt & ab Ethnicis Oracu- XLIV.
lis, inter sapientes Sapientissimi dicti fuerint Chaldæi

Solus Chaldæus sapit, & Iudæus Apella Iustinus Mart. in
Per se existentem Regemque, Deumq. colentes. paranesi ad Græc.

Facit pro Chaldęis, quòd antè Christi natiuitatem, Gentilium Regum solus Nabuchodonosor filium Dei viuentis agnouit, prædicauit, & adorauit. *Ecce ego* (Nabuchodo- XLV.
nosor) *video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis* Dan. 3.
est, & species quarti similis filio Dei. n. 92.

Auro posteà assimilata est, tùm propter opulentiam: tùm propter integritatem, & vitę XLVI. Daniel 3.
innocentiam, nam etsi Idolomanica, compa- n. 1. Esa.
rata sequentibus, si non innocens, saltèm tole- 13. n. 17. & c. 14.
rabilior videri potest. Et hæc circà primam n. 4.
Monarchiam.

Secunda venit, & dicitur Medo Persica, XLVII.
assimilata pectori argenteo, tanto scilicèt inferior prima, quanto auro inferius argentum. *Pectori argenteo* habenti brachia duo, quia Per- Dan. 2.
sico Medoque regno constabat. Inferiorem n. 32.
verò dicas, vel propter deficiētiam regiminis, aut diuitiarum; vel durationis breuitatem. Siquidèm Chaldæorum Monarchia durauit annis 1646. circùm circà: Medo Persica verò 206. XLVIII.

Eo-

C.7.4. Eodem ſenſu Daniel, eam comparauit Vr-
ſo, tum *per imprudentiam*, nam ſicut ſæpè he-
XLIX. betatur vrſus, ita Perſæ innumerabili homi-
num turba belligerãtes, magìs à propria igna-
uia, quã à pauciſſimis hoſtibus cæcidère deui-
cti. Exẽplo ſit Cyrus primus Perſarũ Rex, qui
Geographiæ ignarus in locorum anguſtias à
Herodoto. Tomyride Scytharum Regina pertractus, vnà
cum exercitu ducentis Perſarum millibus cõ-
ſtante, trucidatus, vt nè tantæ cladis nuncius
L. ſuperuiueret. Xerſes, ſi Geographia peritus
fuiſſet, haud in Thermopylarum anguſtias pe-
netraſſet, vt Leonidæ Spartarum Regis, cum
ſolis trecentis militibus, vigilantis, gladio do-
naſſet viginti Perſarum millia trucidatos.

LI. Vrſo comparatur propter *crudelitatem*, *&*
ſæuitiam inter multos, Cambyſis, & Cyri. Il-
le Cyri filius, illuſus ab Amaſi Ægypti Rege,
qui fœminam filię ſimillimam Cambyſi Ama-
ſis in vxorem petenti filiam, loco filiæ miſe-
LII. rat; fraude detecta, Ægyptum properat, vbi
Amaſim reperiens mortuum, exhumat, ver-
beribus cædit, clauis pungit, ac in foro com-
burens, ſæuitiæ, & crudelitatis reliquit exem-
plum. Cyrus inſatiabili dominandi cupidita-
te flagrãs, Tomyridẽ Scytharum reginam pe-
tens, ab ea interfectus, ſequenti exprobatio-
ne in vtrem humano repletum ſanguine co-
niectus fuit. *Bibe ſanguinem, quem ſitiſti, &*
cuius inſatiabilis ſemper fuiſti.

LIV. *Arieti* etiam duo cornua excelſa habenti, &
vnum excelſius altero aſſimilauit Daniel Per-
C.8.n.3. ſarum Monarchiam. Et hoc propter benefi-
centiam, & liberalitatem: ſicut enim Aries
homines proprijs carnibus alit, lanàque ve-
ſtit, ſic nonnulli Perſarum Monarchæ, vt Cy-
1. Eſdra c.1. rus, Darius, Hydaſpes, Artaxerſes Longima-
l.1.c.6. n.8. nus Iudaicum populum, & Hieroſolymitanum
l.1.c.6. n.12. templum libertati donarunt; diuitijs, & pri-
uilegijs ampliarunt.

Quòd ſi quæras, cur eadem Perſarum Mo-
LV. narchia diuerſis adeò figuris, puta pectoris ar-
gentei: vrſi carniuori: arietis bicornis expri-
Lib.8.c.30. de Victoria Verbi. matur? reſpondet Rupertus. Quia cauſæ di-
uerſæ, immò contrariæ, regni illius fuere ergà
Dei populum. Cauſas illas tam longè diuer-
ſas dicere non dubitauerim, quàm diuerſæ
ſunt naturæ horum animalium, *Vrſi*, & *Arie-*
tis: quorum alterum rapto, & cruore viuit;
alterum innocuum, neque ſanguinem ſitit, ne-
que rapto viuit. Promptum eſt hoc diſcerni, ſi
reſpicias regnum illud, ſecundum Haman,
quàm crudele fuerit; ſecundum Reges, quàm
clementer illi populo ſe impenderint: Haman
quippè moribus veracitèr vrſus, truci furore,
immani rabie vniuerſum Iudęorum genus ore
aperto hians, deuorare voluit. Reges autem
maximè Aſſuerus, more Arietis lanis ſuis, ideſt
opibus multis, quibus regnum illud abunda-
uit, eundem populum fouit, & ditauit, nul-
lumque dentem malignitatis inflixit, ſicut
aries dente neminem petit, imo vitam gentis
illius lętificauit, gratia Reginæ Eſther, & Mar-
dochæi. Et hæc de Monarchia ſecunda.

Monarchia tertia ſuccedit. Græcorum LVI.
dicitur, & comparatur Æneo ventri, & Fe-
moribus æneis. Ventri comparatur, quia ſi- *Daniel 2.*
cut pectori ſuccedit venter, ita Medis ſucceſ- *n.32.*
ſere Græci. Comparatur Ventri quòd etſi om-
nem cibum ad ſe trahat, ad alia tamen mem-
bra ſtatim tranſmittit; ita M. Alexander huius
Monarchiæ caput, quaſi volans regna omnia
ſubegit, non tamen retinuit, ſed Ducibus ſuis
poſſidenda reliquit.

Ventri comparatur propter intemperan-
tiam, nam intemperantiæ typus venter eſt, *Paulus.*
teſte Paulo, *quorum Deus venter eſt*. Ita Ale- *Phil. 3.*
xander helluationibus, & comeſſationibus ſui *n.19.*
homicida factus eſt.

Femoribus comparatur propter, libidi- LVII. *Curt. l.5.*
nem, ſolitum enim Alexandri ſucceſſoribus *Athan. 10*
ſorores vxores facere. *c.11.*

Femoribus ſed *Aeneis* aſſimilatur propter
Alex. fortitudinem, & Belli peritiam, qua fre-
tus Alex. cum ſolis 30000. millibus militum
Darium aggreſſus, qui multorum centeno- LVIII.
rum millium tenens exercitum, iactaret ſe
pro vno milite Alexandri denos in ſuo exer- *Plutar.*
citu habere.

Pardo etiam à Daniele comparatur alas ha- LIX.
benti, & capita quatuor. Pardo, qui in ma- *c. 7. n.6.*
gnitudine canem venaticum adæquat; ita
Alexandri regnum paruum in exordio. Co-
piarum enim numerus, quas in Aſiam tranſ-
miſit, 40000. militum non aſcendebant: ci-
baria triginta diebus fuere conſumpta. Sti- LX.
pendia in ſeptuaginta fuere talentis. Vndè *Plutar.*
Iuſtinus tanta apparatus exiguitate, incer-
tum eſt, Vtrum ſit mirabilius, Alexan- LXI.
drum viciſſe Orbem, an vincere aggreſſum, LXII.
eſſe.

esse. *Pardo* propter astutiam, & calliditatem, qua sapientissimos etiam senes iuuenis vicit Alexander. *Pardo* propter celeritatem. Vndè interroganti cuidam vndè tanta tam breui tẽporis spatio feliciter confecisset? respondit:
LXIII. *Quia nihil sum procrastinatus*. Pardo, propter fœdam ebrietatem, qui cum vino, & venere delectetur non vi capitur, sed vino ebrius opprimitur. Sic M. Alex. laboribus periculis inuictus vino vincitur.

Aspice Pellæum Pardum, quo pulchrior alter
Non fuit in toto, quem vicerat, Orbe, nec vnquam
Res similes gessit quisquam breuioribus annis.
Confectos ætate senes, belliquelabore
Consilijs vicit cunctos, in flore iuuentæ.
Ergo illi nocuere nihil, nec tela, nec hostes;
LXIV. *Sed fœda ebrietas, & desidiosa voluptas.*

Honesta carmina, quorum genitor impius Poeta silet.

c.8.n.5. *Caprarum Hirco* assimilatur quarto à Daniele. *Ecce Hircus caprarum veniebat ab Occidente super faciem totius terræ, & non tangebat ter-*
LXV. *ram. Porrò Hircus habebat cornu insigne intra oculos suos. Et venit vsque ad arietem illum cornutum, quem videram stantem ante fluuium, & cucurrit ad eum ira fortitudinis suæ. Cumque appropinquasset prope Arietem, efferatus est in eum, & percussit arietem, & fregit duo cornua eius; & non poterat aries resistere ei: cumque eum prostrauisset in terram conculcauit eum; & nemo poterat liberare arietem de manu eius. Hircus autem caprarum magnus factus est nimis: cumquè creuisset, fractum est cornu magnum, & orta sunt quatuor cornua conspicua pro illo per quatuor ventos Cæli.*

Et si quæras quid sibi velit iste caprarum hircus? Respondet Daniel. *Porrò hircus capra-*
n.21. *rum Rex Græcorum est, & cornu grande, quod erat inter oculos eius, ipse erat Rex primus. Quod autem fracto illo surrexerunt quatuor pro illo, quatuor regna de gente eius consurgent, sed non in fortitudine eius*. Et hæc circà tertiam Monarchiam.

Quarta venit, & Romana dicitur à Romu-
LXVI. lo eius genitore, qui pater Vrbis, & Orbis ciuitati nomen imposuit. Indè Roma Mundi caput dicta; & Romani Domini Orbis.

Fastor.2. *Terrarum Dea, Gentiumque Roma*
Cui par est nihil, & nihil secundum.

Gentibus est alijs tellus data limite certo,
Romanæ spatium est Vrbis, & Orbis idem.

Nec obstat Byzantium translatam fuisse sedem, quia tunc Constantinopolis siuè By- LXVII.
zantium *Noua Roma* appellari cæpit.

Eam assimilat Daniel, in illo colosso tibijs Cap.2.
ferreis, cuius pedes ex parte ferrei, ex parte fictiles. LXVIII.

Cur autem Romanum imperium in hac statua tibijs assimiletur? soluit Pererius, quia scilicet, sicut tibiæ humani corporis infima sunt pars, ita inter Monarchias Romana vltima est.

Tibijs assimilatur propter actionem: tibijs enim ingredimur, & currimus, sic Romani belligerando vincendo, vniuersum orbem peragrarunt.

Orbem iam totum victor Romanus habebat Petron. Arbiter
Quà mare, quà terræ, quà sidus currit vtrumq. in S.[illegible]

Tibijs, ratione fortitudinis, quippe cum omne corporis pondus tibijs fulciatur, ita Romani super humerum, totius Mundi portantes imperium, regna omnia sustinuère.

Tibijs, in quibus non solum ossium durities, verùm, & carnis mollitudo. Sic in Romanis LXIX.
non sola ad debellandum fortitudo, sed, & humanitas ad gubernandum.

Tu regere imperio populos Romane memento. Æneid.6.
Hæ tibi erunt artes, pacisque imponere morem
Parcere subiectis, & debellare superbos.

Indè Iudas Machabæus, quamuis strictissimo religionis præcepto prohibitus cum gen- Exod.32.
tilibus inire fœdus. *Non inibis cum eis fœdus,* c.23. &
nequè cum Dijs eorum. Non habitent in terra ib.n.33.
tua, Nè forte peccare te faciant in me, si seruietis Dijs eorum, tamen cum audisset Iudas nomen Romanorum, quia sunt potentes viribus, *& acquiescunt ad omnia, quæ postulantur ab eis mi-*
sit Romam constituere cum illis amicitiam, & so- 1. Mach. c.8.n.1.
cietatem. Tanta Romanorum fama, vt reli-
giosus ille populus, qui semper magis pro re- n.18.
ligione, quàm pro libertate habuit pugnare, nunc religionem pessundat pro Romanorum LXXI.
amicitia, videns sua superstitione Romanos vincere religionem, penès hominum existimationem, quæ veritati semper opinionem præponit, & ei, quod est, id, quod apparet.
Tum finitimi populi, qui ante castra, Vrbem positam in medio, ad sollicitandam omnium pacem Liuius 1
crediderant, in eam verecundiam adducti sunt, S.21.

vt ciuitatem totam in cultum versam Deorum, violari ducerent nefas.

LXXII. Similitudo autem duarum tibiarum significat Romanorum regimen penès multos futurum. Exactis enim Regibus penès duos Cõ- Florus 1. c 9. sules tota potestas; posteà penès consules, & tribunos plebis. Tum apud Decemuiros. Ite- Id. c. 23. & c. 24. rum penès consules, & tribunos: aliquando apud dictatorem. Dictaturæ ad tempus c. 26. sumebantur, nequè tribunorum militum ius diù valuit. Non Cinnæ, non Syllę longa Dominatio: & Pompeij Crassique potentia citò in Cæsarem: Lepidi atque Antonij arma in Augustum cessère, qui cuncta discordijs ciuilibus Tac. An. 1. c. 1. fessa, nomine principis sub imperium accepit. Ita factum, vt populus legem regiam ederet, in qua de populicum ius in Cæsarem transfe- LXXIII. rendo agebatur; donando, quod iam amiserat; § 6. sed quod Inst. 1. Tit. 2. ac reuerentiæ argumento tyrannidem, quam patiebatur, occultando. Sic integra Monarchia, temporis cursu posteà diuisa in Orientale, & Occidentale imperium. Orientis Dominus, Byzantij stabat; Occidentis, Romæ regnabat.

Tibiæ ferreæ tum propter robur, quo Romani regna omnia deuicèrunt: tum propter ferream ætatem, & ferreos mores, cum san- LXXIV. guine plantatum imperium, solo etiam irrigatum sanguine succreuerit

Sanguine fundatum est hoc regnum; Sanguine cæpit.
Sanguine succreuit, sanguine finis erit.

Roma statim, vt condita est, duos fratres simul Reges habere non potuit, & parricidio dedicari debuit, quæ luporum est visa proge- LXXV. nies. Iacentibus infantibus credo, volente Fato, lupam præbuisse vbera, haud enim alio poterat educari sanguine, qui totius Vniuersi gregem deuoraturus erat. Decurrens fluuius à Faustulo expositos absorbuisset pueros, nisi LXXVI. feras autumasset, quæ in ripam superuenerant, destinatas à Ioue carnifices, vt puerum dilaniarent; & erant præceptores, & pedagogi, vt Romulum imperij rapinam edocèrent. A Lupa præbitum lac, venenum fuit, quo paruu- LXXVII lorum debrutata humanitas Amulium patruũ Regem aggreditur, quo interempto facilè fuit gregem inuadere, vt luporum mos est, pastorem percutere, vt gregem dispertiant. Ab augurijs leges auspicantes imperij, cum noluam molirentur ciuitatem fratres, dissentientes de loco, conuenère inter se secundis auibus litem dijudicare. Duodecim apparuère vultures, quæ rapacia volucria, carniuora, & animata sepulcra, augurium fuère, quo fauentibus Dijs, ius darent scęleri, & facinorosis hominibus Asylum erigerent. Horruit natura, cum latrones conuocari vidit, rapturos Orbis imperium. Cuius primum facinus fuit fratricidium; ita conueniebat militem sollicitari, qui per nefas, fas sibi credebat de alienis certare. Hinc veteres Romani ferreos annulos LXXIX. in manibus suis gestabant, quasi trophæum ferreæ ætatis, cuius origo Roma gloriatur, Plut. in Romul. cum Roma græco vocabulo ῥώμη robur significet. Huius mysterij typus est ferrea illa LXXX. corona, quæ Aquisgrani Imperatoribus solet imponi. Aurea Bulla Tit. 4.

Ferreis tybijs assimilatur propter durationem, similitudine ferri, quòd cætera vincit metalla, qua anteriora superauit, & ætate superuixit. Ita vaticinati sunt vultures numero LXXXI. duodenario, qui apparuère Romulo, cum inaugurare tur Romam, mille ducentos annos feliciter perduraturam credidit, cum singuli vultures ex recondita augurandi disciplina centenos annos significarent. Circum enim circa mille centum sexaginta quatuor, Romani imperij incrementa durasse, vsquè dum suorum dispersione debilitatam à Gothis captã, LXXXII barbari in prouincijs imperij, vt Domini in Sigonius de Regno Italiæ. proprijs sedibus reciperentur. Tanta socordia cæperat, vt cum Byzantij nuntiaretur Honorio Roma ab Alarico capta, *gallinam* est in- LXXXIII. terpretatus, quàm *Romæ* nomine vnà cum alijs in delicijs habebat. Totum hoc vaticina- Sigon. 10. de Regno Occident. tus est Daniel, cum *pedum digitos ex parte ferreos, & ex parte fictiles* designauit. Fuit enim ferreum ad Gothorum vsquè irruptionem, aliorumque barbarorum in Romanam ditionem: factum postea terreum, eius deformata maiestas, diminuta amplitudo, debilitata potẽtia, quum viribus dispersis, datum est barbaris Romanorum discordia, vniri ad excidium Italiæ, quæ ab imperialibus oculis longinqua, haud cordi poterat credi vicina.

Decem illi digiti partim ferrei partim ter- LXXXIV. rei in multa regna diuisum figurant imperiũ, quorum alia maiora, alia minora. Huius sortis sunt regna omnia, & Christianorum, & Tur-

carum

carum tamquam rami ex vna illa imperij arbore decisa, licet infesti auctori suo.

Huic primæ visioni, secunda Danielis con-
c. 7. cordat. *Aspiciebam in visione noctis, & ecce bestia quarta, terribilis atque mirabilis, & fortis nimis; dentes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans; dissimilis autem erat cæteris bestijs, quæ fuerant ante eam, & habebat cornua decem.* Item *considerabam cornua, & ecce cornu aliud paruulum ortum est de medio eorum, & tria de cornibus primis euulsa sunt à facie eius, & ecce oculi quasi hominis erant in cornu isto, & os loquens ingentia.* Cornua decem sunt Imperij prouinciæ: quales fuerint, vel sint? non video cur immoremur. Cornu paruulum oculatum, & loquens ingentia interpretari potest de Turcis, de fidelibus præteritis, præsentibus, & quòd magis est de futuris vsquè ad Antichristi tempora. Quis enim fideiubet Turcico
LXXX-V. fortius haud fore imperium?

Bestia hęc capita [a] septem tenet idest [b] se-
a Ap. 13. b Ap. 17. 5. ptem montes.

Roma

Virgil. *Quæ vna sibi septem muro circumdedit arces*
Propert. *Septem Vrbs alta iugis, toti quæ præsidet Orbi.*

Figurari etiam possunt septem hisce capitibus septem primi Reges, idest Romulus; Numa; Tullius Hostilius; Ancus Martius; Tar-
Flor. l. 1. quinius Priscus; Seruius Tullius; Tarquinius Superbus; cui tandem succescere consules. En ergo sacris coloribus delineatus imperium, vt tanto iustius appareat, quanto multiplicatum scripturis tum profanis tum sacris. Hoc v-
LXXX-VI. num restat, quomodo Christus Imperatores cognouerit; vel reprobauerit? approbasse legimus primo in persona Octauiani Imperatoris, quando ei cum virgine matre comparuit.
LXXX-VII. Circulus etiam circa horam tertiam liquido,
Michael & puro Cælo, Orbem Solis repente ambijt,
Vleurnus quo adumbrabatur Augusti tempore ven-
Tractat. ecm. 5. p. turus, qui ipsum Solem, Mundumque totum
205. n. 41 de Regim. fecisset, & regeret. Exinde Domini appella-
Mundi. tionem, vt homo declinauit Augustus. Imo
Velleius Pater. cum eodem spectante ludos, à quodam mimo
LXXX-VIII. pronuntiatum esset. O Dominum æquum, & bonum, & adstantes, quasi de ipso dictum esset, exultantes approbassent, statim quidem manu, vultuquè indecoras adulationes repressit, & in sequenti die grauissimo corripuit edi-

cto, Dominumque se posthac appellari nè à LXXX-IX.
liberis quidem, aut nepotibus suis, vel seriò
vel ioco passus est. Visi etiam tres Soles, qui *Idem L. 7. c. 22.*
paulatim in vnũ coierunt; mysterium scilicèt XC.
triũ in Trinitate personarũ, & in essentia vnius Dei sui: in quarum consortiũ recipiendus na-
sciturus puer. Gratitudinis titulo Aram ma- *Suidas in Aug. Sixtus 5 ... Biblioth. S. 2.*
ximam in Capitolio extruxit Augustus cum huiusmodi latina inscriptione. *Ara Primogeniti Dei.* XCI.
Imperatoriam maiestatem approbauit II. quùm ab Herodianis interrogatus, lice-
ret censum dare Cæsari? respondit: *Reddite* XCII.
quæ sunt Cæsaris Cæsari, quæ Dei Deo. Vbi non sine mysterio verbum *sunt*, quòd dominium
significat, vt habet Scriptura Domini *est* ter- *Ps. 23.*
ra, & plenitudo eius: Orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo. Si esuriero non dicam *Ps. 49.*
tibi: meus *est* enim Orbis terræ, & plenitudo *Cor. 1. 10*
eius. Terra mea *est*; & vos coloni mei *estis*.
Si ergo reddi Cæsari iubet, quia Cæsaris *sunt*: *Leuit. 25. n. 23.*
Imperium Cæsaris approbat Christus. Approbauit iterum Christus in Pilato Cæsaris Præside, *nescis quia potestatem habeo dimittere vel crucifigere te*, respondit Christus. *Non*
haberes potestatem aduersus me vllam, nisi tibi *Io. 19 11.*
datum esset desuper. Nec iure poterat reproba- *L. Imper. ff. de iur. omn. iud.*
re, cum imperium nil aliud sit, quàm animad- *c. facere d. 4.*
uersio in facinorosos homines, quòd cessare
non potest, nisi primeuæ innocentiæ homi- XCIII.
nes restituantur; sed cum in peius semper ruat Orbis, & suorum criminum magnitudine laboret, aliter saluus esse non potest, nisi confugiat ad seruitutem. Libertatis solamen, &
pharmacum monstrauit hâc seruitutem Chri- XCIV.
stus, cum ad edictum Cæsaris Augusti, describendi Orbem vniuersum, voluit, vt Ioseph à Galilæa de Ciuitate Nazareth in Iudæã in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehem, profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnante. Factum est autem, quòd antequam Ioseph describeretur in albo, vt Verbum na-
sceretur homo, vndè statim, ac natus Roma- XCV.
no censui adscriptus: cuius census professione cum Romanus Ciuis Christus esse voluerit, non dubium quia Vrbem Romam Dominus Iesus auctam in hunc rerum apicem prouexerit, cuius ciuis census solutione voluit describi. Vtì enim mystica notanda venit hæc taxa: cum numquam penitùs ab Orbe condito in hunc modum ne Babylonico quidem vel

Macedonico, vt non dicam minori cuiquam regno concessum fuit. Sed cur Romanis Imperatoribus tam speciale est priuilegium? quia Romani Imperatores meritò appellari possunt

Paul. Orof. 6. c.22.

XCVI. *Imperatores* quorum virtute, & felicitate consilij, maximis periculis seruitutis, atque interitus liberamur; ita petit Imperatoris nomen.

Cicero 4. Philip.

Suaderi hoc potest (si verum quòd nomina consona rebus) ex titulis, qui ab Imperatoribus tùm vsurpantur, tùm possidentur.

Tituli, quibus imperialis decoratur maiestas, ijdem ferè sunt, qui, & Pontifici dantur:

XCVII. Pontifex enim, & Imperator cum ab eadem causa ad eundem ferè finem licet diuerso medio veniant; videntur conuenire in nomine, licèt discrepent in significatu. *Duæ sunt* (scri-

XCVIII bit Iacobus Faber Stapulensis) *in fidelium republica summæ potestates, vna ecclesiastica, quæ Pontificia dicitur, & altera secularis, quæ Regia. In prima debet esse vnus Monarcha ad rem sacram in optimo statu continuandam, & hic Summus Pontifex. In secunda, vnus Monarcha ad rerum secularium moderationem, & ad bella christiana contra hostem religionis conficienda, & hic Imperator christianorum: Monarcha in sacris Aaron, Eleazarus, Phinees; Monarcha in rebus secularium, & bellorum gerendorum Moses, Io-*

XCIX. *sue &c. Nec debent hæc officia confundi. Quia & in rebus sacris, secularis Monarcha sacro Monarchæ, & constituto eius debet parère. E contra sacer Monarcha seculari Monarchæ rerum temporalium moderationem, & bellorum gerendorum Christi relinquere auctoritatem.* Indè est quòd sicut Papa[a] est Dei Vicarius in spiritualibus.

C. Ità Imperator Dei[b] Vicarius est in temporalibus. Vterquè ab eadem æquiuoca Prima causa spiritualibus, & ciuilibus respectiuè fundatus[c]. *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Pasce oues meas:* Simoni Christus. Sic Dauidi Dominus.[d] *Ego vnxi te in Regem super Israel; dedique tibi domum Israel, & Iuda.* Quibus concordat Sapientia.[e] Vbi ministri regni Dei Reges vocantur.

a c. quãdo cauf. 24. q. 1.
b L. beneà Zenone C. de quadri. præscript. Bald. l. 1. C. de iure aureo annul.
c Mat. 16 n. 18.
d 2 Reg. cc. 6. n. 5.

CI. Imperatoris secundus titulus est (si antiquos consulas) licet humiliùs Christianissimi loquantur moderni Imperatores, quod Papa dicitur in temporalibus, vt notat Baldus. Et sicut Papa in spiritualibus appellatur Sanctissimus: in tẽporalibus Imperator dicitur[a] Sacratissimus[b] Sanctissimus[c] Religiosissimus.

c. 1. §. Marchio tit. qui feu. dar. poss.
a l. 1. ff. de Iust et Iure Auth. Iusiurand. Re-

Sicut Papa est[d] Deus in terris ità Imperator Deus in terris dicitur. Et sicut Deus[e] princeps in Cælis, sic Imperator Vica-

CII. rius, & eum Deus dominatorem in veritate constituit in terris, & iustitia. Indè est quòd toties *Diui* appellantur Imperatores, vt videre est in Codice, Institutionibus, & Au-

CIII. thenticis. Aliàs Imperatores Papæ; & non Dei dicerentur Vicarij in temporalibus; quod falsum, vt patet ex inscriptione. Leopoldus v. gratia *Dei gratia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Croatiæ, Sclauoniæ Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Vuitembergæ &c. Comes Tirolis &c.*

CIV. Non ergo Sedis Apostolicæ gratia, vt Episcopi, Patriarchæ (excepto tamen Venetiarum Patriarcha, qui speciali priuilegio, *Dei gratia* inscribitur Patriarcha) sed Dei: à quo

CV. Dij terræ iustè vocantur, si tamen cum Dij appellantur Dei seruos se fateantur; haud sui obliuiscentes gradum, qui de limo terræ formati sunt, in Cælum conscendere, & super astra exaltare solium præsumant, vti impij Caligula, & Domitianus, qui inter Imperatores, Domini, & Dij voluerunt primi adorari. Vel

CVI. vt apostata ille Iulianus, ad cuius pedes, Saracenorum Reguli genibus nixi ceu Mundi Dominum visi sunt adorare.

Antiquitùs cum in vno eodemquè staret Sacerdotis, & Regis potestas; Pontificis donabantur nomine Imperatores.

CVII.

Rex idem hominum, Phœbique Sacerdos.

Sed *cum ad verum ventum est.* (Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem) *vltra sibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatoris vsurpauit;* sed

CVIII. vtrique proprio intendentes obiecto, diuersis medijs pergunt ad finem: Pontifex vt doctrinæ sermone æternam comparet felicitatem; Rex vero armorum strepitu ciuilem pro-

CIX. tegat politiam, pacem scilicèt, quæ anima corporis politici est. Nullus Imperatorem pro titulo vrgebit, quando contentus tribunali, altare haud tentet ascendere. Satis Imperatori post Papam à dextris immediatè sedère; & hoc spirituale habet quòd in coronatione inter alias ceremonias, à canonicis Sancti Petri in canonicum, & fratrem recipiatur. Sic

CX. post coronationem in canonicum, & fratrem Eccle-

Restaur. Castal. de Imp. Tr. 10. 5. q. 28
b L. quæris ff. de Nat. rest.
c l. vnum ff. de leg. 2.
d c. quãdo cauf. 24. q. 1.
e l. iubemus 10. Cod. de S. Eccl. l. 23 Imper. C. de nupt. Bald. c. 1 de pace Constan.
L. 2. §. si quid C. de Vet. Iur. enucleán.
Glos. ad l. iubem. C. de S. Ecclef. Paul. Castren. in prob. Cod n. 5.
Theat. Vit. hum. p. 30. lit. A.
Ammian. l. 39.
Theat. Vit. hum. D. litter. c. 410.
c. 6. cum d. 96.
Restaur. Castal. Tract. 10. 5. p. 64. n. 10.

Ecclesiæ Lateranensis. Quo titulo forsan (nō subdiaconatus, vt vulgò dicitur) Pontifici in missa ministrat ferendo calicem, & similia. Alij tituli, quos à deuictis populis, & subactis prouincijs, sibi sumpsit, atque vsurpauit Imperator, puta Alemanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, Felix, Inclytus, Victor, ac Triumphator, semper Augustus; videri possunt in prohemio Institutionum, Digestorum, & Codicis.

CXI. Circa *Augusti* cognomentum, primùm Octauio à Senatu volunt impositum: ob regiminis felicitatem, indè successoribus vsurpatum: Ductum vel ab augendo, quod Imperator fines imperij prorogare debeat; vt in coronatione curare solent. Vel ab augurio Augustus, quasi sacer veneratione dignus, & bonis inauguratus auibus. *Glossa c. intellecto de Iure Iur.*

Ouid. 1. Fastor.

Sancta vocant Augusta Patres, Augusta vocamus,
Templa Sacerdotum, rite sacrata manu
Huius, & augurium dependet origine verbi.
Et quodcumque sua Iupiter auget ope.

Is inter imperiales titulos Romano populo charior fuisse creditur; vtpotè cùm Pænus, & Romanus eodem tempore paribus votis, ac viribus imperium Orbis agitaret. Fati decretum, vt semper validos aduersarios, & competitores Reges habeant, qui eorum superbiam (*Florus 2. c. 2.*)
CXII. & dominandi libidinem quasi catena circumdent. Magnus ille Franciscus Primus Gallorum Rex, infensum habuit Carolum V. qui licèt redemptor Vrbis, & Orbis gladij sui clauo, Francisci fixisset fortunam: Eodem tempore tamē à Solimano Turcarum Monarcha, & Othomanicæ tyrannidis columna insidijs, & armis fatigabatur, ita vt Carolus, Franciscus, & Solimanus adinuicem obstantes, & pugnantes alter alteri petra esset scandali. Sic enim in Fatis, quod ad Cælorum analogiam, mutuo obscurentur lumina Mundi.

Ad *Augusti* cognomentum redeamus, quod
CXIII. sui superbum origine Tacitum loquacem fecit, & priuatæ domus esse dixerit, retinere sua: regiæ verò de alienis certare. Quo voto Imperatorem Diocletianum edicto sanxisse credo, vt in posterum Persarum more, haud ali-
CXIV. ter quàm Deus adoraretur Imperator; ac Principem adituri, eius pedibus acciderent, ipsosque oscularentur. Cum antea Imperator in modū iudicū salutaretur, & chlamyde purpurea duntaxat à priuato habitu discerneretur. Vt sic, & militibus, penes quos eligendi, & deponendi Imperatorem, posthac Cæsaris, staret Sacrosancta maiestas: vndè Maiestatem moribus prisci Romani venerabilem, quam postea sequentes vitijs odiosam, ritu, & vestitu speciosam fecère. Tantam miratus Maiestatem Athalaricus Gothorum Rex, ait. *Sine dubio Deus terrenus est Imperator, contra quem quicumque manum leuare annixus fuerit, ipse sui sanguinis reus erit.* Paucis mutatis idem rescripsit Theatrum Nouissimum Humanæ vitæ. Cum Vestgothorum Rex Constantinopolim venies laxatum omnibus curis animum inspiciendæ ædificiorum, operumque magnificentiæ impendit: ac deinceps regiam Imperatoris Theodosij ingrediens, & obsequia variaque officia conspiciens, quasi in stuporem versus. *Ea* (inquit) *cerno, quæ sæpè incredulus audiebam: sine dubio Deus terrenus &c.* Raro prodibant in publicum, & id nonnisi lecticis tensisque, & densissima armatorum testudine vallati. Ad eorum Maiestatem pertinebat, quod non nisi scripto, adirentur etiam præsentes. Titus Imperator quùm admoneretur ab amicis, quòd vltra posse rogantibus polliceretur, respondit: non oportere quemquam à Cæsaris colloquio tristem discedere. CXVI. CXVII.

Auentin. 2. Annal. Boiorum. — CXV. — *Christ. Matth. de 4. Monar. Theodos. M.* — *p. 91. in verb. Maiestas.* — *Tacit. An. 4.* — *Sueton.*

Ad huius capitis coronidem, hoc vnum restat, quo gradu ab imo terræ ad Cæli fastigium (tale est Imperiale solium) perueniant homines? Dij enim terræ vel populorum op- CXIX.
pressione fiunt, & tunc tyranni non Reges; aut populorum donatione, vt fecerunt Romani, postquā extincto Pompeio, solus Cæsar victor CXX.
superuixit in Vrbe, nec ei populus amplius resistere posset, omnique libertatis recuperandæ spe sublata, cum militem donis, populum annona, cunctos dulcedine pellexisset: insurgere paulatim munia Senatus, Magistratuum, legum in se trahere, nullo aduersante cū ferocissimi per acies, aut proscriptione cecidissent: cæteri nobilium, quanto quis seruitio promptior, opibus, & honoribus extollerentur: ac nouis ex rebus aucti tuta, & præsentia quàm vetera, & periculosa mallent; ex Aristocratia Monarchia facta est, legem ferente populo, *Regiam* dictam, quia in ipsa de transferendo in *Tacit. An. 1.*

Regem

Regem populare ius ageretur, vt vim quam patiebantur, occultarent: tunc enim donamus, cum retinere non poſſumus. Vel ſucceſſione deſcendentium in maiores. Vel Dei extraordinario iudicio vt Saul, Dauid.

Romanorum Imperium quomodo tam in prima Romuli monarchia, vel in Ariſtocratia a morte Tarquinij vitam habente; quàm in ſecunda cum ob Cæſaris libidinoſam dominationẽ ſub ſeruitute rediere Romani ſanguine cœperit: ſanguine ſuccreuerit, ſanguine finem habuerit, abundè iam diximus. Verum vt quæſtioni ſatisfaciamus, rectoque tramite ad Gallo Germanicum pergamus Imperium Imperatorum perbreuem ſubſcribam catalogum.

Ad Imperium prouecti fuere.

Armorum vi.

Iulius Cæſar.
Auguſtus quando vnà Lepidus, & Anton. vti paternam hæreditatẽ inter ſe Romanum diuiſère Imperium. Diuiſioni, tabula proſcriptionis adiuncta, qua in hoſtes gladiũ exercere fas eſſet; Ciceronis facundo ſanguine, vt par erat, Orbis delineata diuiſione.
M. Philippus Arabs.
Trebonianus Gallus.
Maximus qui cum ſequentibus Tyranni non Imperatores.
Maioranus.
Seuerus.
Anthemius.
Anicius Olybrius.
Glycerius.
Iulius Nepos.
Oreſtes.
Auguſtulus.
Heracleonas.
Tiberius III.
Philippicus Bardanes.
Nicephorus.

Hi omnes vi, dolo, verſutia alienis inhiãtes ex domo priuata imperiale aſcendère culmen.

Electione.

Tiberius ſi à Senatu electum credimus, cum Tiberius ſpetie recuſantis, militibus ſtipatus animos Senatorum impulerit.
Tiberius Claudius Nero, electione à militibus caſu facta.
Sergius Galba.
Vitellius.
Flauius Veſpaſianus.
Titus Veſpaſianus.
Nerua.
Traianus.
Adrianus.
Antoninus Pius.
Comodus.
Pertinax.
Seuerus Pertinax.
Opilius Macrinus.
Alexander Seuerus.
Maximinus Thrax.
Gordiani.
Maximus Pupienus.
Clodius Balbinus.
M. Antonius Gordianus.
Decius.
Trebonianus Gallus.
Valerianus.
Claudius.
Valerius Aurelianus.
M. Claudius Tacitus.
M. Aurelius Probus.
M. Aurelius Carus.
Valerius Diocletianus
Va-

Succeſsione.

Caligula.
Flauius Domitianus.
Baſſianus Caracalla.
Geta.
Gallienus *Peſsimi omnes.*
Conſtantinus M.
Conſtantinus II. Conſtans, & Conſtantius fratres.
Arcadius, & Honorius.
Theodoſius II.
Valentinianus III.
Conſtantinus III.
Conſtantinus IV.
Iuſtinianus II.
Conſtantinus Copronimus.
Leo IV.
Conſtantinus VI.
Irene tutrix Conſtantini VI.

Valerius Maximianus Herculeus.
Conſtantius Chlorus, & collegæ.
C. Valerius Licinius.
Iulianus Apoſtata.
Valentinianus I. Valens collegæ.
Theodoſius M.
Martianus.
Leo Magnus.
Leo Iunior.
Zeno

Prætio.

Claudius, qui Cæſarum primus fidem militis promiſſione quinorum denorũ pignorauit.
Domitius Nero.
Saluius Otho.
Didius Iulianus, cum milites plus offerẽti ſub haſta imperium exponerent.
Marcus Anton. Baſſianus, vel Heliogabalus.
Iuſtinus I.

Zeno Iſauricus.
Anaſtaſius Dicorus.
Iuſtinianus M.
Iuſtinus II.
Tiberius II.
Mauritius Cappadox.
Phocas.
Heraclius.
Conſtans II.
Arthemius, vel Anaſtaſius II.
Theodoſius III.
Leo III. Iſaurus.
Irene tutrix Conſtantini VI.
Hi

Hi omnes vel populi, vel militum, vel Senatus, vel Episcoporum (vt Anastasij dicori temporibus inolæuit) plausu; electionis titulo imperialem meriti sunt coronam. Eorum non pauci cognoscentes solius Dei esse tribus digitis appendere Orbem terræ; tantum onus humeris suis impar reformidantes, non nisi coacti Mundi arripuère clauum. Eorum successores, si quæras, Progredere in

CAPVT QVARTVM.

De Imperio Romano.

1 *Mortalia omnia mutantur.*
Quælibet Respublica mutabilis.
2 *Regna fato pereunt.* 5.
3 *Discordia vtitur Deus ad disperdenda regna.* 7.
4 *Imperium debet terminis coercèri.*
6 *Imperij diuisio facta à Constantino M.*
8 *Imperij diuisio, eiusdem ruina.*
10 *Ab Aquilone omne malum.*
11 *Alaricus Gotthicus Italiam primus inuadit.* 13.18.
12 *Arma fideicomitti non debent extraneis.*
15 *Alaricus vincitur à Stilichone.*
16 *Italiæ miser status.* 14.29.30.
perfidia Stiliconis. 19.
17 *Radagaisus Scytha in Italiam: vincitur.*
19 *Roma auro vitam redimit.* 23.
20 *Honorij Imperatoris ignauia, socordia.* 21. 22. *perfidia.* 24.29.
22 *Alaricus instigatus, & coactus Honorij superbia, perfidia, Romam capit.* 23.24.25.
Romam depopulatur. 28.
26 *Placidia Honorij soror captiua.*
27 *Alaricus renuntiat solium imperiale.*
29 *Roma capta, Gallina creditur.* 63.
30 *Romani imperij ruina.*
31 *Tyranni, qui dilaniarunt imperium.*
32 *Italia non respirauit vsque ad Carolum M.*
33 *Sub Augustulo cadit Occidentis imperium.*
35 *Ius coronandi Imperatorem antiquitùs penès Patriarchas.*
36 *Non coronabantur Imper. nisi prius fidem catholicam iurarent.*
38 *Imperatores cum Hæresiarchæ, quomodo à Pontificibus puniti.*
39 *Pontificum mos ad Imperatorem recurrere Pontifex Gregorius destitit. & cur?*
40 *Carolus M. Ecclesiam liberat à vexatione Longobardorum.*
41 *Aistulphus Rex Longobar. Ecclesiam aggreditur.*
42 *Stephanus II. ad Carolum M. in Gallia confugit.*
43 *Barbarorum mira religio ergà Pontificem per eorum transeuntem castra.*
44 *Pipinus, & Carolus M. Pontifici obuiant centesimo ab vrbe lapide.*
45 *Pipinus, & Carolus M. Italiam pergunt in Longobardos.*
46 *Aistulphus iterùm mouet in Ecclesiam Pipino recedente.*
47 *Aistulphus moritur ab apro percussus.*
48 *Constantinus Imper. sacras demolitur imagines.*
49 *Desiderius Longob. Rex in Ecclesiam mollitur.*
50 *Desiderius Romam properat Pontificem proditurus deuotionis prætextu.*
51 *Desider. Longob. Rex Episcopatus occupat.*
52 *Carolus M. contra Desiderium in Italiam pergit.*
53 *Mortaria, cur sic appellata.*
54 *Desid. Longob. Rex capitur à Carolo Mag.*
55 *Longobardi rebellant à Carolo M.*
55 *Car. M. in Italiam regreditur contra rebelles.*
56 *Aragisus Dux Beneuentanus Carolo M. cum bonis se dat.*
57 *Adalgisus recuperaturus paternum regnum cum Carolo M. congrediens, victus moritur.*
59 *Carol. M. ex Gallia iterùm Romam pergit ad pacandos tumultus.*
60 *Imperium quomodò vacaret.*
61 *Carol. M. eligitur Imperator.*
62 *Imperium quid sit?*
64 *Imperium quomodo nullius factum.*

MOR-

I. ORTALITAS, quę antiqua Græcorum ęquauit regna,& Romanorum humiliauit. Omnia consumit tempus, nec quicquam stabile est sub Sole. *Eccles.* Omniaque mortali mutantur lege creata. *Manilius l.1.Astro.* Quælibet politia,si ab initio,& constitutionem, & auxesim habere contigerit, naturæ cursu, & in contrarium illa mutabitur. Quemadmodum ferro rubigo, ligno vermiculi ac teredones agnascentes perniciem afferunt, etiamsi cuncta externa nocumenta effugiant, ab istis tamen, quæ agnata habent, absumuntur: hoc pacto, & cuilibet Reipublicæ pro natura ipsius, quædam adnascitur, & adhæret peculiaris malitia. *Polyb. 6.*

II. Mortalitati accedit Fatum, quo vt apud Liuium testatur Annibal, *Lib. 3.* Grandiora Imperia (saltem in se) ruere debent; & si foris hostem non habeant, Domi inueniunt. Deus, quia Rex Regum, & Dominantium Dominus vult adorari, graui fatigatur Zelotypia, ne ad vnum totius Orbis deuoluatur potestas, vt agnoscamus terram eius esse, & nos colonos. *Leuit. 25. 23.* Inde Lucanus.

Phar. 1. *In se magna ruunt. lætis hunc Numina rebus*
Crescendi posuere modum.

Hæc Dei lex est (Cyprianus ad Demetrium) *vt infirmentur fortia, & magna minuantur; & cum infirmata, & diminuta fuerint, finiantur.* Diminuendi modum attende. Quod enim diabolico spiritu Macchiauellus euomuit; *Diuide, & impera* dominandi libidine; Deus

III. vt potentes de sede deponeret, & exaltaret humiles, diuidit,& disperdit. Hoc voto Cælũ affectasse Gigantes habentur pro certo, *Genes. 49 n.7.* quia terra esset labij vnius,& sermonum eorundem. *Genes. 11 n.1.* Solaque discordia Deum obstitisse legimus,ne Cælum ascenderent. *Venite descendamus igitur, & confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnusquisque vocem proximi sui. Atque diuisit eos Dominus ex illo loco in vniuersas terras, & cessauerunt ædificare ciuitatem.* *num. 9.* Interrogatus enim in Trinitatis conclaui Deus pater, qua basi Cælum conscensuros crederet, respondit: *Ecce vnus populus, & vnum labium omnibus, cæperuntque hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis,donec eas opere compleant.* *num. 6.* En turris petra angularis, concordia. *Venite igitur descendamus, & confundamus.* Labitur enim, qui confunditur, & disperditur. Huc facit Lucani declamatio in Romanos, tunc pręcipites cum diuisos.

Tu causa malorum
Facta tribus Dominis communis Roma, nec vnquam *Phar. 1.*
In turbam missi feralia fœdera regni.

IV. Iam Romæ corpus exuberante capite; vel tantæ moli, qualis est Orbis, cum exiguum staret caput, Romam quæ haud solam Vrbem sed Orbem exigebat in membra, eo credẽtem dirigere oculos, quo nec præbet lumina Titan, ruere necesse erat nisi intra terminos *An. 1. c.11.n.8.* coerceretur imperium, vt Augustus decreuerat, teste Tacito. Præuidit Augustus, at morte pręuentus non prouidit. Ab Augusto vsque ad Constantinum Magnum, Imperium tam latè diffusum inter fatales terminos agnouit Euphratem sicut testantur ante Tiberium exẽ-

V. pla Crassi; post, Imperatorum Cari, Valeriani, Iuliani Apostatæ solo fato cadentium: dum enim imperij libido nouos suspicabatur Orbes, Orbis in Orbe astra angustiarunt terminos; cum Roma illa, quæ Termino primas sacrauit aras, visa est non pollère iustitia. Ma-

VI. gnus Constantinus credens Orbi non vnam sufficere Romam, procreauit sororem, quam nouam Romam vocauit; vt Occidentem illa, Orientem regeret ista. Nec satis, adhuc videbatur monstrum; tanto corpori exiguum caput. Discerpsit igitur, & in quatuor partes distrahens imperium, Constantino suo primogenito Transalpinas dedit prouincias Galliam Hispaniam, Britãniam, Germaniam. Cõstanti assignauit Italiam, Africam Illyricum. Constantio tertiam partem, scilicet Thraciã, Dalmatiam, Asiam. Et ita imperium disperdidit, cum diuisit?

VII. *Tu causa malorum.*
Facta tribus Dominis communis Roma, nec vnquam *Lucan. 1.*
In turbam missi feralia fœdera regni
O malè concordes, nimiaque cupidine cæci,
Quid miscère iuuat vires, Orbemque tenère
In medio? dum terra fretum, terramq; leuauit.
Aer, & longi voluent Titana labores,
Noxque diem Cælo totidem per signa sequetur;
Nulla fides regni socijs, omnisque potestas
Impatiens consortis erit, nec gentibus vllis
Cre-

Credite, nec longe fatorum exempla petantur:
Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Non ergo mirum, si & nouæ Romæ sint fraterno irrigatæ sanguine turres. Imperium paterno amore diuisum, Bello, & fratricidio
VIII. est reintegratum, plaudēte natura, vnum perire, ne periret vnitas. Vsque ad Theodosium Imperij indiuisus circulus, à centro maiestatis aberrarunt barbari. Mortuo Theodosio inter filios Arcadium, & Honorium distractum
IX. imperium, quod anteà vnitum diuidebat hostes, discerptum postmodùm ad sui excidium
X. congregauit barbaros. Ab Aquilone venère,
...n.14. vaticinâte propheta: *Ab Aquilone pandetur omne malum super omnes habitatores terræ. Quia*
...erem. 14. *ecce ego conuocabo omnes cognationes Regnorum Aquilonis.* Alaricus Gothorum Rex fulmen
XI. fuit, quod Honorij exacutum socordia, & Stiliconis Consulis perfidia, imperij Romani statuam percussit non in pedibus, sed in capite, vt faciliùs diuellerentur membra. Armis iner-
XII. mes Romani, disciplina sepulta, Barbarorum copijs fideicomittebant castra, ciuibusquè despectis, Aquilæ dabantur Barbaris. Vidère est orationem Synesij Cyrenarum Antistitis
...on. lib. de Or. ... Imp. ad Imper. Arcadium. Debet (inquit) *Rex assidue cum militibus suis versari; inprimis autem cum ijs, quos agri, quos Vrbes, quos deniquè vniuersa regio, quæ illius imperio paret, propugnatores dat, & custodes Reipublicæ, ac legum, sub quibus cōstituti sunt. Hi enim sunt quos Plato canibus similes esse dicit. Sed nequè Pastor vnquàm cum canibus lupos collocabit. Nam si quando in canibus imbecillitatem, aut ignauiam aliquam animaduerterint, & ipsos canes, & gregem, & pastorem denique ipsum aggredientur: nequè legislator vmquàm arma concedet ijs, qui non sunt nati, & educati sub ipsius legibus. Nullum enim ab his pignus beneuolentiæ habet. Est enim hominis audacioris, cum videat iuuentutem alibi educatam, sine moribus viuentem, sua in regione arma tractantem, non extimescere, nec videre, Tantali saxum tenui filo appensum impendere Reip. nam tum eam externi milites inuadent, cum rem sibi benè cessuram æstimabunt, ac sanè iam huius mali velitationes quædam fiunt, iamquè nonnullæ partes imperij per idem vt corporis laborant, cum non possint ea, quæ aliena sunt, cum ipso corpore coalescere, & ad harmoniam sanam reduci. Secernenda autem esse tum à corporibus, tum à Ciuitatibus ea omnia, quæ sunt in his aliena, & medici, & Imperatores censent. Qui verò exercitum non conscribit, qui illis opponi possit, & veluti illi domestici sint, vacationem militiæ petentibus multis permittit, suosque alijs rebus operam dare concedit, quid aliud quàm in propriā perniciem ruit? Cum æquum esset istos Scythas, qui hic arma gestant, persequi, & ab ipsa agricultura propugnatores accersere, & delectus adeo acres habere, vt philosophi ex scholis, opifex ex officinis, populi ex theatris euocarentur. Quomodo enim ferre possumus, partes viriles in nostra Republica alienorum, & externorum esse, & fortissimum imperium concedere alijs Bellicæ gloriæ principatum, neque enim dubitandum est, fore vt illi aliquando armis instructi hominum vrbanorum se dominos esse velint. Quod priusquam eueniat, reuocandi sunt nobis Romanorum animi, & ita assuefaciendi, vt ipsi suo Marte vincere, & possint, & velint, nec omnino societatem vllam cum barbaris ineant, sed eos omnes despiciant, omniquè loco funditus pellant. Primum igitur magistratu eijciantur, & procul à curiæ honoribus arceantur, quibus per summum dedecus ea obuenerunt, & quæ diu apud Romanos habita sunt, & re ipsa fuerunt honestissima. Nam, & Deam Themidem, quæ Senatui, & Bellonam, quæ exercitui præsidet, obuelare se arbitror, cum cernant hominem penula scortea indutum, ducem esse chlamydatorum, & vilosam pellem exuentem togam sumere, & de summa rerum cum Romano Magistratu consulere propè ipsum Consulē sedentem, longè post eum sedentibus ijs, quibus honos ille iure optimo debebatur. Atquè illos eosdem, vbi paululum è curia egressi fuerint, & pelles suas rursum induere, togamquè Romanam deridere, quod impediat ensis eductionem. Apud nos exercitus Magni sunt, nostriquè serui Scythis sanguine coniuncti, qui, nescio quo infelici Fato in Romanum imperium influxerunt. Illi suos duces habent magnæ auctoritatis viros non solum apud eos ipsos, sed etiam apud nos. Quod malum nostra dedit socordia nobis. Præter eos autem milites, quos iam habent, seruos etiam nostros ipsis accessuros existimate. Hæc igitur nobis munitio demolienda. Purganda sunt Imperatoris castra non aliter, ac cumulus tritici, cunctos autem Scythas Romani, quibus cum illis res est, manu, & consilio antecedunt. Scythas autem istos, & narrat Herodotus, & nos ipsi cernimus morbo timidi-*

miditatis laborare. Hi enim sunt, qui vbiq; terrarum seruitia explent, quique sedem stabilem nunquam habuerunt, qui sedibus suis sæpè à multis expulsi, nostra ætate ad nos venerunt, non animo bellandi, verum supplices, cum rursus finibus suis moti essent. Cum autem Romanorum mores, sicuti in supplices decuit, humanissimos, & non arma experti essent, barbari, quàm par fuit, gratiam retulerunt: Nam insolentes facti benefitium non agnouerunt. Quo nomine cum patri tuo aduersus ipsos armato meritas pœnas dedissent, rursus ad misericordiam eius confugientes, supplices se vnà cum vxoribus suis ad pedes eius proiecerunt. Ille vero supplicantes erexit, & Belli socios asciuit, & ciuitate donauit, & omnium bonorum participes fecit, & partem Romani agri eis attribuit. At illi propterea quod pater tuus mitem se eis præbuit, nos in hunc vsque diem derident. Qua fama humanitatis nostræ etiam vicini eorum ad nos veniunt, aduentant enim sagittarij equites petentes, vt eos complectamur, illosque nobis vtpote multo se inferiores exemplum proponunt. At difficile est istos expellere. Si me audies, difficultas illa facile tolletur, si militum numerum adauxeris, si Romanos ad virtutem excitaueris, si legiones domesticas scripseris, si aduersus barbaros istos animo vehementi, & concitato vteris. Nam mox vel agriculturæ operam ipsi dabunt, vel eodem itinere, quo venerunt, fugam capescent, & annuntiabunt ijs, qui trans Istrum incolunt, non amplius esse apud Romanos illam facilitatem, sed eos ducem habere iuuenem quendam excelsi animi, qui etiam insontem reprehendere possit.

XIII. Hunc sermonem vaticinio plenum cum audisset nec timuisset Arcadius, factum est vt prouincijs barbari non contenti, Italiam quasi paternam repeterent Domum. *Viginti, & eo amplius anni sunt, cum inter Constantinopolim*, loquitur Hieronymus, *& Alpes Iulias quotidie Romanus sanguis effunditur Scythiam, Thraciam, Macedoniam, Dardaniam, Daciam, Thessaliam, Achaiam, Epiros, Dalmatiam, cunctasque Pannonias Gothus, Sarmata, Quadus, Alanus, Hunni, Vandali, Marcomanni instant, rapiunt. Quot matronæ, quot virgines Dei, & ingenua, nobiliaque corpora his belluis fuere ludibrio? capti Episcopi, interfecti præsbyteri, & diuersorum officia clericorum, subuersæ ecclesiæ, ad altaria Christi stabulati equi, martyrum effossæ reliquiæ. Romanus Orbis ruit. Quid putas nunc habere animi Corinthios Athenienses, Lacedæmonios, Arcadas, cunctamque Græciam, quibus imperant barbari?*

Ep 3. sub ann 400. ex Sigon. de Occid Imper. in Honor.

Hæc scribente Hieronymo ante irruptionem Gothicam in Italiam, ab eis maximam fuisse occupatam perspicitur partem. XIV. Ad Alaricum regrediamur, qui Gotthis, Alanis, Hunnisque aliquot subsequentibus ex inferiore Pannonia digressus Tridentum versus, indè per Tridentinum saltum in Venetiam tunc prouinciam. 14. Kal. Septembris descendit; eo Fortuna duce.

Ingressus, solo peragens cum murmure Bellum
Protento leuiter frangebat mænia conto
Irridens scopulos, quamuis adamante rigentes *Claud.*
Turribus inualidis, fragiles procumbere muri,
Ferrat æque Getis vltro se pandere portæ.

Ab omnibus, propè iam capta Roma, subactaque vno impetu Belli Italia cum crederetur; multiquè iam de fuga cogitarent. XV. Redit cum exercitu Stilico, à quo tribus prælijs barbarus profligatus aufugit

Tuque non paruum Getico Verona triumpho *Idem.*
Adiungis cumulum. Nec plus Pollentia rebus
Contulit Ausonijs, aut mænia vindicis Hastæ.

Elapso Alarico, Stilicò criminatur, quòd eum cum perdere posset, nollet, vt Honorij ruina filio suo imperium erigeret. XVI. Quid enim (teste Orosio) quod Alaricus sæpè victus, sæpè conclusus, semper fuerit dimissus? Post primam ab Alarico inuasionem Italię factam Anno 405. Radagaisus Scytha depredandi cupidine illectus, cum ducentis millibus armatorum (quadringenta millia dicunt alij) ruit in Italiam: XVII. Omnibusquè Ciuitatibus Venetæ prouinciæ partim vi, partim metu superatis, Romam properat. Cumquè *agmine ingenti* (Augustinus) *& immani iam in Vrbis vicinia constitutus Romanis ceruicibus immineret, vno die tanta celeritate victus est, vt ne vno quidem non dicam extincto, sed nec vulnerato Romanorum multo amplius, quàm centum millium prosternerentur eius exercitus, atque ipse cum filijs mox captus pœna debita necaretur.* *5. de Ciu. Dei.* Aliorum tyrannorum, qui barbarorum captata occasione in imperium conspirarunt, subticeo perfidiam; Interim Alaricus, qui Stiliconis dolo in Epiro Arcadij hibernauerat, XVIII. vt temporis opportunitate, hostiliq; manu fortem faceret seditionem, diù irruptionis tempus cum expectasset,

ctasset, se illusum credens, Legatos Rauennam
ad Stiliconem misit, pecuniam poscens pro
mora, quam gratia eius habuerat in Epiro.
Agitata in Senatu petitione, conclusum
XIX. auro vitam Romanis redimere. Interim
Stilico lesæ maiestatis conuictus ad capi-
tale abstrahitur supplicium. Stiliconis mor-
te comperta, barbari noua mollientes Ala-
ricum sollicitant; ille autem inducias cum
XX. Stilicone factas seruandas opponens, Legatos
de pace ad Honorium mittit: qui nec Belli, nec
pacis gnarus, nesciens quantũ posset contem-
pta barbaries, Alaricum despiciens, nec pacem
quæsiuit nec Bellum ordinauit. Repentè igi-
XXI. tur claustris Alpium Noricarum refractis se-
cundò irrupit Alaricus; Rauenna tunc Occi-
dentalis imperij sedes primum inuasa: *vel ter-
ram date, vel Bellum accipite?* clamabat Ala-
ricus ad valuas. Imperatoris est (respondit Ho-
norius) legem dare, non recipere. Prioris
expeditionis vmbram haberet in futuræ mor-
tis præludium. Hoc accepto responso incen-
XXII. sus Alaricus (attendite quæso Honorij super-
biam, Alarici patientiam: Romam diripuit,
Alarici quidem ferrum, sed Honorij tumidi-
tate tractatum) progressus Vrbem, cinxit exer-
citu. Auxilijs destituti Romani, consentien-
te Honorio, quinque millibus auri ponderi-
bus; argenti triginta; tunicarum sericarum
XXIII. quatuor millibus; pellium coccinearum tribus
millibus, coacti sunt ab incendio patriam re-
dimere. Pacto fædere, statimquè violato ne-
XXIV. gauit Honorius stare promissis. Alaricus è
contra collacrymans eius vrbis excidium, quæ
orbis caput erat, iterùm legationis titulo Epi-
scopos misit hortatum, ne culpa sua sineret Vr-
bem Mundi dominam incendio donari; Sena-
tores, ad quorum pedes iam prouoluti reges,
modo seruire barbaris; æquis conditionibus
XXV. pacem componeret. Alaricum paucis sedho-
nestis contentum in omnibus contrà impe-
rij hostes strenuè se profuturum. Tanta Ala-
rici moderatione elati Romani, quasi Fortu-
nam clauo tenèrent, Bellum indixère. Alari-
cus Romam properat, ciuibus euocatis Ho-
norij exponit iniquitatem; Vrbem expugna-
turus minatur, ni vnà secum Romani Honoriũ
cogerẽt ad salutem. O' pia barbaries, cum Ro-
XXVI. mam tenet Romã offert Honorio. Cessère vn-
diquè augustiati Romani, inobsidem Placidia
Honorij sorore data. Sedebat Alaricus in
throno, qui decorum ducens (licet insolitum
barbaris) imperia donare, Attalo Vrbis Præ-
fecto imperialibus insignibus redimito augu-
stale renuntiat solium. O pia barbaries, ò
humana, ò prodiga non tàm armis, quàm XXVII.
moribus vicisti Romanos. Honorius indè
perterritus obtulit pacem. Annuit Alaricus,
& pro sedibus Gallia contentus, cum ad lo-
ca sibi pergeret assignata, noua circumuentus
fraude Sauri (qui cum trecentis militibus in
Gotthos iam pacatos inuectus, pacta temeran-
do, percusserat) rabie accensus, Romam re- XXVIII
greditur, & dolum dolo decipiendo, insidijs
Roma potitur. Statimquè. *Ad stridulæ bucci-
næ sonum, Gotthorumquè clamorem lugubri op-
pressa metu domina Orbis Roma contremuit?
Vbi tunc nobilitatis ordo? vbi certi, & distincti
nobilitatis gradus? permixta omnia, & timore
confusa. Omni Domui planctus, & æqualis
fuit per cunctos pauor. Vnum erat seruus, & no-
bilis: eadem omnibus imago mortis, nisi quia ma-
gis timebant illi, quibus fuerat vita iucundior:* Augustin. ad Dem.
*Capitur Vrbs, quæ totum cæpit Orbem; immò fa-
me perit antè, quàm gladio. Et vix pauci, qui* Hieron.
caperentur inuenti sunt. Ad nefandos cibos eru- ep. 3.
*pit esurientium rabies, & sua inuicem membra
laniarunt, dum mater non paruit lactenti filio,
& suo recipit vtero, quem malè antè effuderat.
Nocte Moab capta est, nocte cecidit murus eius.
Quis cladem illius noctis, quis funera fando ex-
plicet?* Oh Romanorum miseria; Oh infelix
imperium. Quum suo in conspectu, suoquè
in sinu cecidisset Orbis, quantis lacrymis Im-
perator ducitur iustitium soluisse, & gemitu
parentasse? Nec gutta cecidit. Romam captam
gallinam credidit, quam in delitijs Imperator
habebat. Et tu Imperator? galinarum quidem XXIX.
non hominum. Nè retrocedas lector, vt Ita-
liæ miserimum attingas statum, vnum pro
cunctis gallina loquatur, adeò prætiosa, vt
Cæsaris educaretur manibus, cum vndiq; ty-
rannides, barbaries, pestis, fames bella gras-
sarentur; Principes in captiuitatem, Reges in
derisum; Sacerdotes in oprobrium, sanctua-
ria polluta, habitatores dispersi, ipsa starent in
gladio elementa. *Eccè subitò post Romam captã
à Gothis, discurrentibus nuncijs Oriens totus in-* Hieron. in epist.
tremuit. Ab vltima Meotide inter glacialem Fabio &
Tanaim, & Massagetarum immanes populos,

vbi Caucasi rupibus immanes gentes Alexandri claustra cohibent, erupere Hunnorum examina, quæ pernicibus equis hùc illùcque volitantia, cædis, ac terroris cuncta complerunt. Aberat tunc Romanus exercitus, & Bellis ciuilibus in Italia tenebatur. Insperati vbiquè aderant, & famam celeritatis vincentes, non religioni, non dignitatibus, non ætati parcebant, non vagientis miserabantur infantiæ: cogebantur mori, qui nondum viuere cæperant, & nescientes malum suum inter
XXX. *hostium manus, ac tela ridebant*. Hæc fuit Honorij Imperatoris vel potius pecudis gloria, sub cuius regimine in Pannoniam Hunni: in Hispaniam Vandali, Alani, Sueui, & Gothi: in Galliam Alani, Burgundiones, & Gothi certis sedibus quasi hæreditaria, & pater-
Sigon. de Occid. Imperio in Constant. Augusto. na Domo permissis, recepti sunt. Nec satis ad tantæ molis excidium, nisi conspirarent domestici: Intra viginti annorum cursum octo tyranni dilaniarunt imperium: & quod barbari non fecerunt, fecerunt ciues. Sunt isti, Maximus, Auitus, Seuerus, Anthemius, Olibrius, Glicerius, Iulius, & Mormillus.
XXXI. *Sig. l. 14. de Occid. Imper.* *Hi sunt* (Sigonio teste) *qui ipsas prorsus Occidentis prouincias amiserunt: hi sunt, qui Romam iterum atque iterum à barbaris captam, incensam viderunt; hi qui Italiæ dominatione exuti, nomen gloriamquè Romanam funditùs euerterunt: hi deniquè, qui clarissimum imperij Romani lumen, atque inueteratam populis nobilissimæ gentis auctoritatem penitùs extinxerunt*. A Rhætiorum enim defectione vsquè ad Caroli Magni imperium, Romã, quæ omnibus antè esse formidini solita fuerat, barbarorum rabiem horrère
Idem in Honorio p. 153. incipientem, indè pati, tandem cadere necesse fuit. Nec visa est resurgere, nisi cum
XXXII. Carolum Magnum habuit Redemptorem, qui Occidentis imperium in Mormillo, fatali nomine, *Augustulo* dicto, ob imperij diminutio-
XXXIII nem (quemadmodum versa ciue ob incrementum *Augustus* dictus est Cæsar) extinctum literis, & armis subleuauit.

Hæc præmissa volo, vt ex Italiæ infelicissimo statu, quæ destituta patrono campus erat
XXXIV ad explendam barbarorum libidinem intelligamus, quale ius, qualis necessitas vrgèret populos nouum Imperatorem eligere.

Iam coronandi Imperatorem tàm in Oriente, quàm in Occidente transierat ius ad regiarum Vrbium Episcopos, qui Patriarchæ vocantur multos antè annos Anastasij Dicori XXXV.
Imperatoris, qui regnauit seculo V. Christi Hunc Euphemius Patriarca coronare distulit, quoad data syngrapha polliceretur fidei defensorem fore. Quod cum Anastasius affirmasset, & syngrapham nominis subscriptione, & sigillo corroborasset, ab Euphemio est coronatus. Idem seruatum in Leone primo, non prius ab Episcopo Constantinopolitano XXXVI
Anatolio coronatus, quàm in manu Episcopi fidei professionem faceret. Quod inuariabili more seruatum vsque ad Carolum Magnum Occidentis Imperatorem per manus Leonis Romani Pontificis redimitum, more accepto ab Imperatoribus Orientalibus, qui à Patriarchis Constantinopolitanis primarijs Græcanici imperij Pontificibus consecrati, aurea *Onuphr.*
donabantur corona. A Carolo Magno posteà vsquè in præsentem diem Sancta hæc inoleuit consuetudo, vt quandò Romanum Imperium in Imperatorem transfertur hoc inter alia *Bulla Aurea.*
primum iuret, Catholicam religionem defendere. Cum enim *clementiam tuam* (aie- XXXVII.
bat ad Leonem Augustum Leo Papa) *Dominus tanta Sacramenti sui illuminatione ditauerit, debes incunctanter aduertere, regiam* *Ep. 75.*
potestatem tibi non solùm ad Mundi regimen, sed maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collatam. Vndè, & Isidorus dicit: *Principes namquè seculi nonnumquam intrà Ecclesiam potestatis adepta culmina tenent, vt per eandem potestatem disciplinam Ecclesiasticam muniant. Cæterum intrà Ecclesiam potestates necessariæ non essent, nisi vt quod nõ præualet sacerdos efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc imperet per disciplinæ terrorem*. Hæc si deficiat, è sacrilegis manibus Orbem etiam ruere necesse, cum Imperatoribus datum cruce potiùs quàm gladio sustinere super humeros principatum. Hinc non pauci Imperatores fidelium communione priuati, quia blasphemarum insania, Christi Sanctorumquè imagines deturpare sunt ausi. Ad rem XXXVIII.
nostram facit Leo tertius Imperator Constantinopolitanus, à Gregorio III. Romano Pontifice extra ecclesiam positus, quià sanctas imagines è sacris ædibus abrasisset. In Imperato- XXXIX.
rem, Pontificis gratia, arma mouit Longobardorum decimus octauus Rex Luitprandus; cuius vmbra ni aderat, in Leonem haud Petri Gallus cantasset. Etsi paulò post idem Luit- *Leo Imp. heresiar.*
pran-

prandus imperandi cupiditate motus, vrbem Romam obsideret: nec mirum à perfido Imperatore edocti barbari, cum Italiam more luporum ingressi, tentarent Ecclesiæ dilaniare pastorem. Consueuerant Romani Pontifices, si quid mali ab externo hoste immineret, auxilia ab Imperatore Constantinopolitano petere, quod facere desistit Gregorius,
XL. hostem in capite Imperatorem expertus. Legatos igitur mittit ad Carolum Franciæ Principem (Tunc primùm Ecclesiæ tutela ab Imperatoribus Cōstantinopolitanis ad alios trāslata est) vt laboranti Ecclesiæ auxilium ferret. Quàm benignè patrocinium suscipiens Carolus, Luitprandum Regem amicum, & compatrem rogat, vrbem ne obsideret, neuè Pontificem vexaret, eo enim nil molestius quicquam, aut granius sibi fieri posse: Grata Luitprando ea legatio fuit; Caroloquè petenti vt Romana ditione sinè maleficio cederet, haud grauatè concessit. Quieuit Ecclesia vsque ad annum 752. cum Aistulphus protendēdi regni cupidine debacchatus, armis maiori, quàm quisquam alius antè, ope paratis ad vrbem ipsam procedit. Aistulphum placare cum,
XLII. verbis muneribusquè Stephanus II. Rom. Pōtifex conaretur frustrà, ad Constantinum Byzantinum Imperatorem missis Legatis, vt cadenti succurreret Italiæ confugit. Verùm cum id inutiliter ac sæpiùs tentasset, ad Pipinum Francorum Regem, per eorundem Longobardorum regnum, iter arripiens Pontifex ipse, incolumis (Barbarorum ergà Pontificem reuerentiam mortales perpendite) Galliarum intrà peruenit confinia: vbi Carolus
XLIV. Pipini filius centesimo ab Vrbe lapide, tertio idem & Pipinus obuiauere Pontifici: Pedesquè Pipinus æqui frænum equitantis Pontificis tenens numquàm discessit, donec vbi diuersaturum collocaret. Paucos intrà dies delecto exercitu, vnà repetunt Italiam; Papiam Longobardorum sedem obsidione stringunt, donec calamitatibus victus Aistulphus restituere Romanæ sedi, vi occupata iuraret. Iuramento credens Pipinus in patriam reuertitur. Cum adhuc in itinere esset, Aistulphus defecit, ter replicando perfidiam, quasi puerulus, qui solum volitante ferula terreretur.
XLVI. Adueniente enim Pipino, supplex pacem petebat: regrediente Pipino, cuncta ferro igne superbus deuastabat. Sic dum noua sollicitudine angeretur de frangendo fœdere, inter venandum ab apro aper percussus interijt. Interim Francorum Regibus Pontificiæ prò sedis honore sanguinem in Italia fundentibus; Græcanici Imperatores impia barbarie martyribus ditabant Ecclesiæ thesaurum. Constantinus Imperator vbiquè sacras demolitus imagines, Constantinum regiæ Vrbis Episcopum impietati suæ resistentem verberibus necat, in locum demortui Niceta Spadone sui sacrilegij conscio, dato. Dum in Oriente sic Dei fatigatur Ecclesia, non defuère in Occidente tumultus. Desiderius vltimus Longobardorum Rex hæreditaria imperij libidine stimulatus, perturbandæ Ecclesiæ occasionem captauit; & Paulo Pontifice nondum mortuo, sed grauissimè affecto, Totonem Ducem Nepesinum ad sedem Apostolicam inuadendam sollicitauit, eiquè secretò auxilia promisit. Tantis fulcitus Toto Pseudopapam fratrem suum laicum intrudit, & per vim sacris initiatur. Seditione tamen suppressa, ac canonicè Stefanus IV. subrogatus in Papam, Desiderius prætextu deuotionis Romam se ad visitanda Apostolorum limina confert, & benignè in Vaticano exceptus in Constantinum adulterinum Pontificem probra simulat, vt dolum occultet; mandauerat enim Paulo Affiartæ Duci Vrbis, quem sibi muneribus conciliauerat, vt Christophorum Primicærium, & filium eius Secundiceriū enecaret, vndè tanti ciuis morte debilitati Romani, arma sua terribiliora faceret, edocens Pontificem Potentium etiam deuotionem timeret. Sequenti anno 770. non contentus turbasse Romam, Rauennam simili seditione conciuit; mortuo namque Sergio Archiepiscopo Michaelem Ecclesiæ Scriniarium adhuc sacris non initiatum, ad Archiepiscopatum euexit. Seditio tamen, populi deuotione supprimitur, Leone Archidiacono iustis comitijs in Episcopum electo, & à Pontifice consecrato. Desiderius interim, iam voti impatiēs, obsessurus Romam, loca Ecclesiasticæ ditionis occupat; restitutionem à Pōtifice postulatam negat, & quia Hadrianus eò tempore Pontifex pergere ad Desiderium recusat, ipse cum exercitu Hadrianum petit. Hadrianus ab antecessoribus edoctus Francorum implorare auxilia, Carolus iam paternis imbu-

Margin notes (left): Plātin. in Greg. III. — XLI. (beside "quam, aut granius sibi fieri posse") — Sigon. in Luitprā. An. 739. — XLIII. (beside "num Francorum Regem") — XLV. (beside "tuere Romanæ sedi").
Margin notes (right): XLVII. (beside "rim Francorum Regibus") — XLVIII. (beside "bus ditabant Ecclesiæ thesaurum") — XLIX. (beside "rum Rex hæreditaria") — Sigon. An. 767. (beside "laicum intrudit") — L. (beside "textu deuotionis") — Sigon. An. 769. LI. (beside "deuotionem timeret").

LII. *Putean. 3. Histor. Insubrica p. 185.* imbutus moribus Pontifici succurrere; Desi-
derium verò intempestiuo tempore pænitère,
vnà cum Fatis Longobardico imperio finem
præscribunt. Augebat terrorem Rolandus,
& Oliuerius, qui copias ducebant. Locum
vbi contra Desiderium paci renuentem à Ca-
LIII. rolo Magno pugnatum est, propter inter-
fectorum stragem *Mortariam* incolæ appella-
uerunt. Desiderius Papiæ muris inclusus, fa-
me, & pestilentia exterritus, quæ solutos etiam
homines desperare solent, videns regni sui ci-
tharam conuersam in luctum, extremo consi-
lio necessario magis quàm vtili deditionis
accepto, se vxorem, liberos, Regiamquè
permisit Carolo, hoc vnum in tantis quòd
LIV. ab inuicto Carolo vinceretur. Carolus vni-
uerso Longobardorum regno potitus, reli-
ctis Francorum præsidijs, Desiderium vnà
cum coniuge secum duxit in Galliam.
Sed protinùs terga vertente Italiæ ab eo auer-
LV. tit Italia. Conspirant omnes Longobardo-
rum Principes, vt Aldagiso primogenito
Desiderij paternum, & hæreditarium so-
lium restituant. A Saxonico igitur bello
Domum Carolo reuertenti nuntiatur, Rot-
gaudum Longobardum, quem Foroiuliensi-
bus Ducem dederat, in Italia res nouas moli-
ri; & iam complures ad eum Ciuitates defecis-
se. Ad motus comprimendos, cum sibi
festinandum iudicaret, strenuissimum quem-
quã suorum ducens, raptim in Italiam profici-
LVI. scitur; Rotgaudoque qui Regnum affectabat,
interfecto, eadem, qua venerat velocitate re-
Eginar. An. 776. uersus est. Tumultuantium secundus Aragi-
LVII. sus Dux Beneuentanus fuit, sed timore Caro-
li regredientis perterritus, vxorem liberos
thesauros in obstagium mittit, quibus placa-
tus Carolus Bello abstinuit. Interea Græco-
LVIII. rum manu Adalgisus, suorum Longobardo-
rũ corda sollicitans, cum viribus, & virtutibus
verè regijs emineret, Italiam repetit. Pugna-
tum est in Calabria magno si quãdo vmquàm *Sigonius.*
antè aliàs, armorum ardore: cum, & Lon-
gobardi fidem, & Græci virtutem probare
Regibus suis studerent. Æquata per aliquot
horas pugna: demùm Gallis inclinauit victo-
ria. Galliam Carolo repetente Leonis Pon-
tificis hostes domestici ad perfidiam reuertun-
tur. Ad Carolum mutuæ indè querelæ, qui- LIX.
bus vt finem poneret, denuò Romam prope-
rat, ibiquè magno plausu oculatus testis Pon-
tificiam resonat innocentiam. Quem vt de LX.
Ecclesia benemerentem ob Italiam barbaro-
rum manumissam iugo; Petri sedem toties
à tyrannide vindicatam Gentilium; Prouin-
cias fidei lumine illustratas; Constantino
Byzantino Imperatore, & successoribus de fi-
de male sentientibus, iusto, & specioso titulo
decoraret, gratissimus Leo ita exigente Eccle-
siæ tutela, ita poscente Italiæ necessitate, accla-
mãte populo vnà cũ plebe, & Principibus, Oc-
cidentis Imperatorem glorioso salutauit elo- LXI.
gio: *Carolo Augusto à Deo coronato, Magno, &* *Sigon. An. 801. in Carol. M.*
Pijssimo Imperatori Romanorum, vita, & vi-
ctoria. Ità ter populorum corda fortiter reso-
narunt. Quum Græci socordia, debilitate,
perfidia fatigati, nullius declarauerant Italiam. LXII.
Quid enim imperium? in homines facinoro- *L. imp. ff. de Iuris. omn. Iud. c. facta d. 4.*
sos aduersio, Qui si non grassarent, haud mun-
dus indigèret Imperatore, vel prouinciæ Re-
gibus, deficiente materia, in qua temporalis
exerceatur gladius. Sed iam Caroli Magni
diebus Italiam neglexerant Byzantini Impe- LXIII.
ratores, adeò vt captam Romam, gallinam cre-
derent; Christi fædantes fidem, quam sangui-
ne tueri iurauerant. Vndè non amplius sub
illis Italia, populus, nationes, vrbes, eccle- LXIV.
sia, vacans imperium in vnum potuère def-
ferre, qui consolaretur eam.

CAPVT QVINTVM.

Imperium an adhuc possit dici Romanum?

1 *Imperium in personis non in cementis fundatur.*
2 *Imperium quomodo adhuc dicatur Romanũ.*
3 *Denominatio non ab euentu sed ab origine.*
4 *Ibi Roma vbi Papa.*
5 *Byzantium cur appelletur Roma?*

6 *Elu-*

6 *Electio Imperatoris cur in Germaniæ Principes translata, & quando?*
7 *Vbi fieri debeat?*
8 *Qui sint, & quot Electores?* 10.18.
9 *Aurea Bulla quando exarata.*
11 *Maguntinus inter Electores Primus.*
12 *Electorum Officia.*
13 *Comes Palatinus iudex Cæsaris est.*
14 *Traianus cur gladium Præfecto dederit?*
15 *Rex Bohemiæ quorum iudicio sit subiectus.*
16 *Archidux Austriæ coram quo conueniatur.*
17 *Sui nemo iudex.*
19 *Numerus septenarius mirificus est, & cur?*
20 *Numerus septenarius, est numerus quietis.*
21 *Roma septem collibus circundata.*
22 *Electores cur Germani?*
23 *Quo temporis spatio eligendus sit Imperator?*
24 *Papa intra quot dies eligendus.*
25 *Quali oleo vngatur Imperator?*
26 *Imper. & Papa diuersimodè vnguntur.*
27 *Armus quid sit?*
28 *Dextera potentiam annuit.*
29 *Aaron in auricula vnctus.*
30 *Coronatio Imper. triplex.*
31 *Coronatio non omnis in vsu.*
32 *Aquisgrani cur fiat Imper. coronatio.*
33 *Carolus M. coronatus, & sepultus Aquisgrani.*
34 *Saul cur post coronationem remittatur ad Rachelis sepulchrum.*
35 *Dauid cur coronetur in Hebron, non Hierosolymæ?*
36 *Cinnamomo cur vngantur Reges, & Pontifices?*
37 *Cur ferrea corona coronentur Imperatores?*



I. SI Roma Imperij sedes, Mundi caput tot sæculis ab imperij ablata corpore, sub donationis lãguet tributo, imperium haud potest denominari Romanũ. Dolet caput, igitur & cætera languescent membra. Capto Byzantio, Græci amissum lacrymãtur imperium. Depopulata Hierusalem, haud amplius Israelitæ ausi sunt tribunal erigere. Et Roma perdita, Romanum stabit imperium?

Romanorũ, & ego dicerem imperiũ perditũ, si in lapidibus, & cæmentis non in personis
Histor. 1. consisteret; vt in Patauinos exprobat Bernardus Iustinianus. Nauali prælio congressis Carthaginensibus, & Romanis Luctatio Catulo Consule apud Egates Insulas, cũ ibi Pæni om-
Florus lib. 2. c. 2. nes cecidissent; *Tanta victoria fuit, vt de excidendis hostium menibus non quæreretur. Superuacuum visum est in arcem, murosque sæuire, quum iam in mari esset deleta Carthago.* Roma igitur non in lapidibus, sed in personis. Ita seditiosos milites alloquebatur Otho Imperator: *Quid vos pulcherrimam hanc Vrbem, domibus, & tectis, & congestu lapidum, stare*
Tacit. 1. Hist. c. 84 *creditis? Muta ista, & manima intercedere, ac reparari promiscua sunt: æternitas rerum, & pax gentium, & mea cum vestra salus, incolumitate senatus firmatur.* Appellatur igitur Romanorum Imperator quamuis Germanus vel Gallus, non nationis, sed dignitatis, & originis *Restaur.*
titulo. Tantum enim confert translatio, quan- *Cast. de Imp. q. 7.*
tum apud eum, qui contulit, [a] erat. Sed Ro- *tom. 5.*
manum Imperium Diuina fauente clementia; *Tract.*
Populique Romani consensu; nec nõ Impera- *a l. tradit.*
torum, & Principũ pactis Carolo M. comissum *§. 1. ff. de acq. rer.*
fuit; & indè in posteros canonicè electos; quid *domin.*
ergo prohibet imperium dici Romanum? De- III.
nominatio non ab euentu, [b] sed ab origine su- *b L. si ... ff. mand.*
mitur. Imperium quod modò geritur, illud *l. 2. C. de*
est, quod Carolo M. oblatum; ergo si tunc, & *Impon lucrat. de-*
nunc Romanum erit. Ibi Roma vbi Impera- *script.*
tor. Iustinianus cum Byzantij degèret, Con- IV.
stantinopolim voluit Romam appellari. Ro- V.
mam autem intelligimus non solum veterem, *l. 1. §. sed de veter.*
sed etiam regiam nostram, quæ Deo propitio *Iur. enu*
melioribus condita est augurijs. Viennam, *clean.*
Parisios, nuncupabimur Romam: vel si Pam- *Michael.*
pilonæ degat Cæsar, Pampilona Roma erit. *Vlcur. to. 5. Tract.*
Hoc voto à Constantino noua Roma appel- *q. 2. nu. 101. Castal de*
latum est Byzantium, quia originis retento
primordio, renouabitur vt Aquila [c] iuuentus *Imp. Tra. to. 5. q. 77*
eius. Etsi Imperium, & Sacerdotium fraterni- *c Ps 102 n. 5.*
zant; cũ ibi Roma, vbi Papa; vbi Papa, ibi Apo- *Martin.*
stolorũ limina, & Roma, & curia, & audientia: *Laudem. Innocent.*
ibi erit Imperij sedes, vbi Imperator. *Abbas Baldus.*

Sed quomodo in solos Germaniæ Principes, *Decius*
ex tantis, septem tantùm translata eligendi *Felinus.* VI.
facultas, si intra, & extra Germaniam transponi potest imperium? Hoc loco mouetur, ergo & illa? Non mouetur, nec portæ inferi præ-

præualebunt aduerſus eam; Cælitus eorum fideicomiſſa vt crederetur electio (quæ Legis Regię ſedem tenet) qua Romanus Populus in vnum ſuam contulit poteſtatem, adhuc vndè, & quandò, latet origo. Circa annum Domini millesimum. 19. Calend. Iunij hora nona diei, Cometes, & fax ardens aperto Cælo, cum latè longo tractu fulguris, tanto cum ſplendore terris incumberet, vt etiam qui in agris, & tectis eſſent, terrerentur, euaneſcente hiatu, Serpentis figura viſa eſt. Terręmotus indè ſecuti magni, & horrendi; Præludium forſam futuræ conſtitutionis, quæ Anno quarto poſt, conſtituta eſt ab Othone III. Imperatore, & Principibus imperij, vt in poſterum non per ſanguinis ſucceſſionem, ſed ſeptem Electorum Germaniæ ſuffragia, imperium conferreretur. Vnde verò originem habuerit electio, teſtatur hiſtorici, Ludouico IV. extincto, Imperij Principes conueniſſe, & Othonem Saxoniæ Ducem Imperatorem ſibi exoptaſſe: Othone vero recuſante, eius conſilio Conrado Duci Franciæ imperium obtuliſſe legimus. Conrado Henricus Auceps ſuccedit, & cum eo inoleuit conſuetudo, vt à regni Proceribus confirmaretur, vſque ad Othonem tertium, qui deſtitutus filijs in comitijs imperialibus Principum, ſeptem electores inſtituit, vtquè Francofor-

VII. diæ electio fieret, approbante Gregorio V. Papa Saxone anno. 1003. Vel iuxta annotationes Onuphrij Panuini ſub Gregorio X. à quo etiam inuentum conclaue ad inaugurandum Romanum Pontificem. Huic ſubſcriberem, nam Gregorius V. regnauit anno 1200. & tamē Sigonio teſte annos ducētos quinquaginta, & vltrà non à ſolis ſeptem electoribus, ſed ab omnibus ferè Germaniæ Principibus Imperator eligebatur. *Hi ſunt maximi in Ale-*

VIII. *mania, ad quorum nutum pendet electio ipſius Regni, quod eſt quaſi ara Imperij Romanorum, Archiepiſcopus Coloniæ, cuius titulus eſt, ſacri Imperij Proto Cancellarius, poſt honorem Archipræſulatus; Archiepiſcopus Maguntinus, Archiepiſcopus Treuerenſis; Rex Bohæmiæ; Comes Palatinus de Rheno; Dux Auſtriæ, Dux Sueuiæ, qui & Comes Bauariæ; Dux Poloniæ; Marchiſius de Miche; Marchiſius Brandeborg; Dux Saſſoniæ; Dux de Bruneſuuic; Dux de Carantene; Dux de Melai; Dux Brabantiæ, qui & Louaniæ; Landegrauius Thuringiæ; Marchio Miſniæ. Inter omnes hos Magnates ſupereminens eſt Archiepiſcopus Colonienſis, qui coronare tenetur regem Alemaniæ apud Aquiſgranum ab antiqua, & approbata conſuetudine.* Poſſent etiam conciliari Platina, & Panuinus dicendo ſub Gregotio V. ſolis Germaniæ Principibus datum Imperatorem eligere: ſub Gregorio verò X. ex Germaniæ Principibus ſeptem ſelectos, qui alijs patientibus, nec contradicentibus, Orbis Imperium vni ad placitum demandarent. Huiuſmodi electio tandem à Carolo IV. coram Principum celeberrimo, & frequentiſſimo conuētu in Vrbe Metenſi, *Aurea Bulla* exarata eſt ſub IX.

anno 1356. die 10. Ianuarij, publicataq; Norimbergæ. Librum hunc ita deſcribit Pileus Cardinalis. Prædictus liber erat ſcriptus in Pergameno in 24. follijs, cum coopertura groſſa, in quo erant ſcripta diuerſa negotia ſacrum imperium, & eiuſdem Electores tangentia: qui quidem liber transfixus erat cum filis ſericis glauci, & rubei coloris inuolutis, cū Bulla, ſeu ſigillo aureo rotūdo Imperiali appenſo, in cuius vno latere apparebat figura imperialis in maieſtate ſedens, cum corona imperiali in capite, habens in manu dextera ſceptrum, & in ſiniſtra manu pomum cum cruce deſuper, modo imperiali, & à latere dextero clypeum cum Aquila, & ſiniſtro clypeum cum forma Leonis. In circumferentia vero legebantur hæc verba. *Carolus IV. Diuina fauente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Bohæmiæ Rex.* Ab alio vero latere, caſtrum magnum cum duabus turribus, habens portam inferiùs in medio, cum literis: *Aurea Roma.* In circumferentia verò legebantur hæc verba: *Roma, caput Mundi, regit Orbis fræna Rotundi.* Ex hac Bulla, quam Francofurti vidi, clarè conſtat, ad ſeptem Alemaniæ Principes ſpectare electionē, quorum tres ſunt Prælati; reliqui laici, ſcilicet, Archiepiſcopus Maguntinus, Colonienſis, & Treuerenſis, Prælati. Quatuor laici, ſcilicet, Palatinus Comes Rheni, Dux Saxoniæ, Marchio Brandeburgenſis, & Rex Bohemiæ olim Dux. X.

Magna Maguntia; Craſſa Colonia Treueris alma
Atque Palatinus Dapifer; Dux portitor enſis;
Marchio præpoſitus Cameræ: Pincerna Boæmus
Romanum Regem ſtatuendi, dant ſibi legem.

vel

Naucler. Palmer. — *Chriſt. Mattii. de 4. Monarc. in Conrado.* — *Gloſſa in c. 34. venerab. de elect. Platina in vita Greg. V.* — *Lib. de Comitijs. Imperat. Idem annot. ad Greg. X. Anno 1257.* — *Ex Pariſio Sigon. l 19 de Regno Italia.* — *Apud Marqu. Freher. in not. ad P. de Andlo. lib. 2. cap. 5. in ver. Bull.* — *Gloſ. in cap. ad Apoſt. de ſent. & re Iud. in 6.*

vel

Hi faciunt Regem seruantes ordine legem

vel

Hi statuunt dominũ, cunctis per secula summũ

Restaur. Castal. de Imper. .8. Tra. em. 5.

Primum locum inter Ecclesiasticos occupat Maguntinus, qui tanquam Cancellarius Germaniæ Collegij Decanus est, & vacante imperio ius conuocandi habet. Secundum locum occupat Treuirensis, cui ex Caroli IV. constitutione primum conuenit votum, praxi tamen me remitto. Tertium occupat Coloniensis, cuius est Romanorum Regi diadema imponere. Horum tamen quilibet in sua Pro- XI. uincia præcedit. Maguntinus in Germania, vbi Cancellarius, excepta Coloniensi Prouincia. Coloniensis in Italia. Treuirensis in Gallia, & Arelatensi prouincia. Post Ecclesiasticos, veniũt Laici, quorum primus est Rex Bohemiæ; Indè Comes Palatinus Rheni; Dux Saxoniæ; & Marchio Brandeburgensis: qui omnes eodem ordine ab Archiepiscopo Maguntino interrogantur, ipsique versa vice Maguntinum perquirunt, vt det ipsis votum suũ. XII. Erga postea electum Imperatorem, Electorum officium est, quod in Imperiali curia, Marchio Brandeburgensis aquã lauandis manibus Regi Romanorum ministrat. Primũ poculũ Rex Bohemiæ, libera tamen voluntate offert, nam, & dignitate Diadematis, & priuilegio liber est. Comes Palatinus cibum affert. Dux Saxoniæ Marschalcatus officium exercet. Comiti Palatino Rheni secundus locus inter ele- XIII. ctores datur, quia inter alios hoc priuilegio gaudet, vt iudex Cæsaris sit. Non quod Imperator Palatini vassallus sit, sed quia pia Imperatorum inoleuerit consuetudo, vt iure pri- XIV. uatorum in propria causa vti velint. Huic iudicio occasionem forte dedit Traianus Imperator, cum gladium hisce verbis Præfecto Prætorij tradidisse legitur. *Si bonus fuero, eo pro me: sin malus contra me vtitor.* Pari modo XV. Rex Bohemiæ respectu Silesiæ subijcitur iudicio Vratislauiensi, & respectu ducatus Glogouiensis, curiæ illius Ducatus Patribus. Archiduces Austriæ cum sint immunes à iurisdi- XVI. ctione, ortis controuersijs, aliquem è suis vassallis iudicem constituunt, coram quo conueniantur, & ius accipiant. In causa enim propria adeo verum quod nemo iudex, vt accusantes Iudæos, quod de se ipso Christus testimonium perhiberent, redarguerit; *iudicium meum verum est, quia solus non sum: sed ego, & qui misit me, Pater:* quasi Christi deficeret iudicium, nisi Patris solidaretur testimonio.

...nulla ...urea.

...phil. in ...pitom. ...ionys.

...rhad. ...10. de ...ud. §. 1. ...53.

...uspin. ...Austri. ...c. p. 37.

L. qui iu... rissd. ff. d... omn. iud. XVI. i. Ioan. 5.

XVIII. Hinc curiosum emergit quæsitum, cur septem non sex, vel octo instituti sint Electores? Septenarius numerus mirificus est, quia numeri omnes, qui intra denarium sunt, vel gignunt numeros, qui sunt intra denariũ, vel gignuntur ab eis: vel simul gignunt, & XIX. gignuntur. Solus Septenarius, nec gignit, nec gignitur. Vnitas non est numerus, sed principium numeri: à nulloque genita, omnes sequentes numeros gignit. Octo à bis quatuor gignuntur, sed nullum gignunt ex his qui sunt intra denarium. Quatuor gignunt & giguntur: repetitus enim hic numerus octo gignit, & à repetito binario gignitur. Cum igitur soli septenario nec gignere natura dederit nec gigni: merito Philosophi hunc numerũ omnium Rectori Deo assimilarunt. Nam quod neque procreat, neque procreatur, immobile. Procreatio enim in motu est, cum alterum moueatur vt gignat, alterum vt gignatur. Solus autem nec mouet, nec mouetur antiquus ille Princeps & naturæ auctor, cuius imago, septenarius, meritò dici potest. Viua imago istius Principis Imperator est, ergo septenario mistico numero eligendus erat. Se- XX. ptimus numerus quietis est. *Et requieuit in die septimo ab omni opere suo quod fecerat*, igitur qui quietem Orbi præstat

Petrus Bungus.

Genes. 2.

O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit
Namq; erit ille mihi semper Deus illius aram
Sæpè tener nostris ab ouilibus imbuet agnus
Ille meas errare boues (vt cernis) & ipsum
Ludere, quæ vellem, calamo permisit agresti.

Virgil. Egl. 1.

Septenario numero designandus erat. Septimo numero congregantur Electores, quia veterũ traditionibus, huic numero inest quædam peculiaris virtus, & energia: vndè ab Hebræis dictus est numerus libertatis: à Pythagoricis Virginitatis: ab Apuleio Purificationis. Indè Romani iuris illud miraculum, quo mortui loquuntur; Humanarũq; rerum inconstantia fit constans, dico testamentum, septem testibus voluere signatum. Romam intra septem circumdedere mõtes, sunt isti Capitoli- XXI. nus, Palatinus, Auentinus, Cælius, Æsquilinus, Viminalis, Quirinalis;

Septem quæ vna ſibi muro circumdedit arces.
Septenarius numerus Electorum deductus forſam à ſeptem Romæ angulis vel montibus, intra quos clauſa eſt Roma caput Vrbis, & Orbis, vt ſic tota Roma tantæ creationi videretur aſſiſtere.

Quod ſi quæras, cur de Germania tantùm
XXII. fuerint Electores ſelecti? nonnulli reſpondent, non omnium quæ à maioribus noſtris tradita
L. Nō omnium ff. de legib. ſunt, rationem reddi poſſe. Huiuſmodi imperij arcana, adeò ſunt nubibus inuoluta, vt nec è tertio Cælo reuertenti loqui liceat. De Alemania fuerunt illi principes, qui ſuper humeros portarunt declinantem eccleſiam.

XXIII. His poſitis alia difficultas emergit, intra quantum tempus teneantur Electores in Cæ-
In c. ad Apoſt. de R. I. in 6. ſarem promouère? reſpondet Gloſſa quod licet in alijs electionibus ſtatuta ſint tempora. Imperialis tamen electio temporis non angu-
c. nec pro. de elect. c. 2. de conc. præbenda. ſtiatur termino: niſi dicamus aut quemadmodùm Papa infra tres dies poſtquàm conclaue ingreſſi ſunt Cardinales, eligi debet, aliàs di-
XXIV. minuantur cibi gradatim deſcendendo ad panem, vinum, & aquam, vt celeriùs expedia-
l. vbi periculum §. in ... de elect. in 6. tur prouiſio, ita Imperatoris procedere debeat electio, quia & ipſe procurator, defenſor, & aduocatus Eccleſiæ. Multoties enim vidimus quàm periculoſum fuerit vacans imperium: & cum melius ſit rem intactam ſeruare, quàm poſt vulnus remedium quærere, quàm citiùs
c. cupient. de elect. in 6. fieri poteſt, occurrendum erit. Electus Imperator, vngitur, conſecratur coronatur.
XXV. Vt vnguntur, & antiquitus vngebantur Reges Franciæ, Hieroſolymæ, Siciliæ, An-
Rebuff. Caſtal. de Imper. q. 1. gliæ. Cæteros Reges volunt multi, ex priuilegio vngi, quod in præſenti exquirendum non datur. Imperator non oleo Chriſmatis nec in capite, vt Pontifex, ſed oleo be-
XXVI. 1 Reg. c. 10. nedicto in bracchio. Nec obſtat Altiſſimi iuſſu in capite vnctum Saulem: nam à capite in brachium vnctio traslata, vt oſtendatur quantùm differant auctoritas Pontificis, & Imperatoris poteſtas. Notat Diuus Thomas non omni-
Sent 4. d. 23. bus prouincijs vnam eſſe conſuetudinem, & quamlibet ſuo loco ſeruandam, quæ iuris dicitur peritiſſimus cēſor. De Imperatore rotūdus eſt textus in *cæremoniali*, vbi brachium exprimitur. Congruentia quod non in capite, ſed
Eſai. c. 9. in brachio, ſiue humero, vel in armo legitur. *Factus eſt principatus ſuper humerum eius.* Eſt autem armus humerus, ſed brutorum proprius XXVI
humerus hominum

Denſa iuba, & dextro iactata recumbit in armo. Virg. 3. Georg.

Sed in quo brachio vngi debet Imperator? XXVI
in dextero, in quo fortior, & excellentior virtus refulget. In dextero potentia alluditur, iuxta illud: *Saluauit ſibi dextera eius* [a] *Saluum* Pſal. 9 a Pſ. 5
fac dextera tua [b] *Me ſuſcepit dextera tua* [c] *Hæc* b Pſ. 6 c c. pſa
mutatio dexteræ excelſi [d] *Dextera Domini exaltauit me* [e] *Tenebit me dextera tua.* In dextera dignitas eſt; *ſede à dextris meis, aſtitit regina à dextris* Pſ. 109.
tuis in veſtitu deaurato. In dextera igitur vnga- Pſ. 44.
tur ad Aaronis analogiā, qui iuſſu Domini cū XXIX.
à Moyſe in Sacerdotem vngendus eſſet, inter cætera hoc vnum primum, quod in auricula dextera vnctus eſt. *Cum immolaſſet Moyſes ſumens de ſanguine eius, tetigit extremum auriculæ dexteræ Aaron, pollicem manus eius dexteræ, ſimiliter, & pedis.* Vnctioni affinis eſt corona- 8. Leuit. n. 23.
tio, quæ olim triplex erat; Germanica, quæ Aquiſgrani ab Archiepiſcopo Colonienſi, & XXX.
dicitur Ferrea. Lombardica, quæ Mediolani ab Archipræſule Mediolanenſi, & eſt argentea. Aurea, Romana eſt, quæ ab ipſo Papa Romæ fieri conſueuit. Sed iam à longo tempore duas vltimas coronationes, Imperatores neglexerunt. Rudolphus I. Maximilianus I. Ferdinandus I. Maximilianus II. Rudolphus II. Matthias Ferdinandus II. Ferdi- XXXI.
nandus III. Leopoldus I. hodiernus ac glorioſiſſimus Imperator, anteceſſorum inhærendo veſtigijs ſine controuerſia, Auguſto titulo adminiſtrat imperium; nec vmquam Italiam inuisère. Sola Germanica coronatio in vſu eſt. XXXII.
Aquiſgrani celebratur ferrea corona. Aquiſgrani, quia Imperij caput, celebris ciuitas, vbi celebrari conſueuèrunt concilia. Aquiſ- c. penult. cauſ. 36. q. 2.
grani nō alibi ob fęlicē recordationem Caroli Magni qui Imperij Occidentalis fons, & origo, cuius oſſa ibi requieſcunt. Aquiſgrani, Hoſtien. de vanit. & remiſ. Scui. ver. cui.
vt Caroli Magni inſpecto ſepulcro, humanitatem præ oculis habeant, & ſe cum cæteris XXXIII
reddituros rationē villicationis ſuæ vſque ad nouiſſimum quadrantem. Hoc voto Samuel poſtquam Saulem totius Iſraelis Principem Regemque ſalutauit ad Rachelis remiſit tu- XXXIV
mulum. *Hoc* (inquit) *tibi ſignum, quia vnxit te Deus in principem: cum abieris hodie à me,* 1. Reg. 10 n. 1.
inuenies duos viros iuxta ſepulchrum Rachel.

Quaſi

Quasi diceret, coronam tibi obtuli; sed tu ad sepulturam perge: illi enim regius fastus te non eripiet, sed includet. Regnum suum auspicari à Domino Dauid iubetur, in Hebron regiam sedem collocando. At, cur non potius Hierosolymæ, quæ totius regni Metropolis erat: vel etiam in vrbe patria Bethlehem vt Regia natalem sedem illustraret? dulci sono resonat Lyranus: in Hebron sepulti erant principales Patriarchæ Adam, & Eua: Abraham, & Sara: Isaac, & Rebecca: Iacob, & Lia. Vbi igitur vetera erant Patriarcharum sepulcra, ibi voluit Deus, vt regium extrueretur palatium: non solum vt Dauid eorum imitaretur exempla, sed vt eorundem meditaretur funera. Hinc perantiqua, & hodierna cæremonia, vt oleo Reges, & Pontifices vngantur. Componebatur, vt & componitur ex aromatibus, particulariter cinnamomo, & cinericij coloris erat, quo Regum, & Pontificum in cineres significabatur conuersio. Vnde Reges iniecto cinere augurari, sit suæ mortalitatis admoneri. Hoc voto dicerem Aquisgrani iuxta Caroli Magni sepulcrum Cæsarem consecrari.

XXXV. XXXVI Glos. in:

Coronatur *Ferrea* corona propter fortitudinē, qua infideles vincere, & rebelles conculcare vocatur. *Ferrea* vt ferrei regni à Daniele prædicti nomen decusquè retineatur: & eàdem illa, qua primo vsus est Carolus M. vt de visu Principum Oratores testantur. XXXVII.

CAPVT SEXTVM.

De Iuribus electo Imperatori competentibus.

1 *Imperator æmulus est Pontificis.*
2 *Imperatorem Papa facit, non Papam Imperator.*
3 *Carolo M. quo titulo daretur Pontificis electio?*
4 *Laici cur electione Parochorum donati?*
5 *Facultate eligendi Papam cur non vsus sit Carolus M.?*
6 *Electores Imperatoris dicuntur causa instrumentalis, principalis verò Deus.*
7 *Iura Ecclesiastica Imperatoris.*
8 *Mundi dominus Imperator quo sensu.*
9 *Non potest Imper. interrogari,* cur ita facis?
10 *In infideles potestatem habet Imperator non Papa.*
11 *Imperatoris iura ciuilia, quæ? & primò Regem facere.*
12 *Bohemia quandò in regnum erecta?*
13 *Mantua quandò in Marchionatum erecta?*
14 *Capitis Iurisdictionem exercere in Principes Germaniæ an Imperatoris sit?*
15 *Post Papam primus locus Imperatori datur.*
16 *Imperator cur pomo rotundo vtatur.*
17 *Romanorum imperium æternum stabit.*
18 *Aquila Imperialis quid significet?*
19 *Aquila armigera Iouis.*
20 *Aquila cur vterētur Romani? & quādo.* 22.
21 *Aquilæ proprietates.*
23 *Aquila Imperialis cur biceps?*
24 *Aquila Imperialis non biceps, sed duæ simul.*
25 *Nicolai de Ponte Veneti responsio de Leone allato.*
26 *Nationum insignia cur obscura.*
27 *Antiquorum Romanorum insignia, & modernorum.*
28 *Historicorum adulatio, iniuria.*



I. ELECTI Cæsaris ius vno exprimam verbo Pontificis *æmulus* est. *Aemulamini charismata meliora.* Iste templi, ille dominij claues habet. *Quæ sunt Cæsaris, reddantur Cæsari, quæ Dei, Deo.* In Ecclesia Pontifex, in tribunali Imperator; ad pacem vterque; animarum ille, corporum iste. Quanta Imperij, & Sacerdotij antiqua concordia, adeo sub imperiali gladio viuebant Pontifices, vt Petri sedem Imperatori committerent, quam meliori Imperator ipse distribueret. Inter plurimos Carolus Magnus est, cui Pontificis delata est electio: non quod iure, Cæsaris esset, Petro successorem dare; si enim Pontificis potestas omnium in Orbe suprema non

c. 22. Hadrianus c. Ego Ludouicus 30. d. 63. II.

habet distribuere regna, nec tollere imperia,
etsi eminenter in ecclesiæ thæsauris omnia cõ-
tineantur; quomodò Imperator, qui ad altare
si vt minister (etiam deficiẽte Sacerdote) acce-
dat, vnà cum Saule regno priuatur, domina-
bitur altari; & post redargutum Papam quod
Christus legem soluere non venerit, sed adim-
plere; quod regnum eius de hoc mundo non
fuerit; ipse Domini arripiet crucem, & pote-
statem, quam non habet, vel potest habere,
nec sibi tradere, alteri distribuet? Reuoluan-
tur sacra monumenta, nec à Saule, Dauide,
Salomone, & successoribus videbimus vnctũ
Pontificem, sed è contra à Pontifice Regem.
III. Turcarum est Patriarchatus sub hasta ponere.
c 22. Hadrianus d.63. Et si Carolo Magno vel alijs electio est data
Pontificis, retributio fuit illius fidei, & obser-
uantiæ, quæ propria deferens regna, Apo-
IV. stolicæ sedi opem latura accurrebat. Etsi pri-
uilegij titulo Laicis dedère Pontifices, vt tã-
quàm Patroni Ecclesiæ particulari, quam ædi-
ficant, reparant, aut dotem assignant, de
De iure Patron. sponso idest parocho prouidère possint: Quid
prohibet iure patronatus quod speciale pri-
uilegium est, vniuersalem Romanam ecclesiã
ei nubere, quem condignum credit Impera-
tor? Nil quidem obstat, nam quod de parti-
bus dicitur, replicari potest de toto. Pia ta-
men illa obseruantia, & religio quæ ad pedes
V. Pontificis humiliauit Reges, suasit Carolũ, &
Ludouicũ iuri quæsito cedere. Nec Sacerdoti
audentes imponere thiaram, cõtenti à Pontifi-
ce coronã accipere; credidère beneficij soluere
partem, gratè accipiendo: dilectioni retributo
amore, vt septem Iubilæorum buccinis non
synagoga sed Ecclesia canere possit. *Egredi-
mini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in
diadèmate, quo coronauit illum mater sua in die*
Cant. 3. n. 11. *desponsationis illius* (Imperialis coronatio nil
aliud quàm desponsatio) *& in die lætitiæ cordis*
VI. *eius*. Huic desponsationi assistunt Electores
tamquam instrumentalis causa, cuius princi-
Castal. de Imper. q. 43. Tract. 10. 5. palis Deus est. Indè Imperialium diploma-
tum hæc est inscriptio. *N. Dei gratia* Roma-
nus Imperator.
Imperialia iura, prætèr ea quæ in genere
Supra in 2. & 3. cap. diximus, bifariam diuiduntur. Ecclesiastica
sunt, & Politica.
Ecclesiastica Concilio assistere; in Pontifi-
VII. cis dextera immediatè sedère; Ius primarium
precum, idest facultatem, Pontificis [a] indulto, a Gail. 2. obser. 155
vel iure [b] patronatus. Cuiuslibet Germaniæ
ecclesiæ vnum canonicũ ad placitum, eligere. b Marta de Iurisd.
Vniuersalis aduocatia, vel defensio Romanæ
Ecclesiæ, cuius titulo Mundi Dominus dici VIII.
potest. Si enim Catholica Religio, cuius di-
rector Pontifex est, vbique toto terrarum Or-
be diffunditur; *& prædicabitur hoc Euangelium* 24. Mat. n. 14.
in vniuerso Orbe. Et quidem in omnem terram
exiuit sonus eorũ, & in fines Orbis terræ verba Ad Rom. 10. n. 18.
eorum, & Imperiũ quod ecclesię gerit tutelam
vbique Christi portabit vexillum: & ab ipso IX.
quærere cur ita faciat, sacrilegium esset. In- Castal. de Imper. q. 109. to. 5. Tract.
dè potestatem in Saracenos, quam Papa non
habet (*De his qui foris nihil ad nos*) habet
Imperator; vt Fidei cum frigescit zelus sub c. gaudemus de diuortijs. Michael
vmbra imperialis gladij tuti, verbum Dei euã-
gelizare possimus.
X. Imperatoris Politica iura sunt, Regem Vlcur. de Reg. mũdi q. 2. n. 99. Tractat. Tom. 5.
creare, vt Imperator Otho Primus qui Diuo
Venceslao Boemorum Principi regium detu-
lit titulum; quamuis ille vir sanctus ab omni XI.
ambitione remotus, delatum non vsurpauerit:
plus potens an Imperator in deferendo, vel
Princeps in abstinendo? nescio. Cæterum
Henricus V. Imperator post obitum patris sui,
celebrem Principum conuentum Moguntiæ
celebrans, secumquè reputans potentiam, sub-
ditos, regiones, quos règebat Vratislaus, sua XII.
voce Bohemiæ Regem declarauit, mandauit-
què Gilberto Treuirorum præsuli, vt eundem
cum vxore Pragæ vngeret, & coronaret. Si-
gismundus Imperator Io: Franciscum Gonza- XIII.
gam, qui Domini tantùm titulo Mantuæ prę-
erat, ad Marchionalem dignitatem euexit.
Capitis iurisdictionem in omnes Germaniæ
Principes exercere potest. Cum enim sub Fri-
derico I. ambigeretur, an ius esset Impe- XIV.
ratori iudicium capitis exercère in Principes
Germaniæ, extrà ipsius Principis, qui reus
factus est, ditionem ac fines: extitit, qui pro
Imperatoris iure sese ad duellum offerret. Et
quia nemo conditionem accepit, secundum Abbas Vrsperg.
Imperatorem pronuntiatum est.
Imperatori post Papam primus debetur in XV.
Orbe locus: vt fatetur Henricus Rex Angliæ Ep. ad Frideric. Imper.

Sic tamen, hic vt tu, qui me cunctosque per Orbem,
Præcellis Reges, ius arbitriumque iubendi Vuilhel. Bechers lib. 1. c. 24. n. 6.
Vt decet, obtineas: mihi sit parère necesse.

Præ-

Præcedentia non solùm iure, sed consuetudine legitima vt in omnibus conuentibus, & Concilijs (videatur vltimum Tridentinum) Cæsarei Oratores inter omnes
XVI. laicos primum teneant recubitum. Hinc pomo vtitur rotundo, quod vniuersi Orbis designat dominium cum ad Mundi similitudinem factum sit. Vel fortè cum pomum rotundum sit, ex sui rotunditate arguat in ipso Imperatore demi finem, & principium. Demitur principium cum à Deo immediatè venerit, & cum Orbe è chaos emerserit. Demitur finis
XVII. quia Tertulliano auctore in æternum stabit Romanorum Imperium. *Christianus nullius est hostis, nedum Imperatoris, quem sciens à Deo suo constitui, necesse est, vt, & ipsum diligat,* (Ad Scapulã c.2.) *& reuereatur, & honoret, & saluum velit cum toto Romano Imperio, quousquè seculum stabit: tandiu enim stabit.* De ense, sceptro, anulo, armilla non scribam, sunt enim communia
XVIII. Regibus. Aquila inter imperialia insignia, mystica est. Eius nobilitas, fortitudo ex eo colligitur, quia eius pænnæ si imisceantur reli- (Plinius 10. c.10.) quarum alitum pennis, extraneas deuorant: ita Romani quo pergebant; & ex solis cadentium regnorum cæmentis, & ruinis sibi composuere diadema. Aquila numquàm fulmine (Ibid.) exanimata legitur: ideo armigeram Iouis consuetudo iudicauit. Territum sed numquam concussum Romanum dicas Imperium, quia Summi Iouis armigerum (vt Aquilã fabula canit Ioui dimicanti contra Gigantes fulmina ministrasse) Summo Pontifici arma ministrat, vt à Philistinorum manibus arcam redimat, rebelles comprimat, audaces humiliet. Aqui-
XX. lam inter insignia voluère Romani, quæ cæteris auibus altiùs volans, semper tamèn tellurem inspicit; vt superba edoceretur Respublica, etsi super reliqua exaltata regna, infra mortalitatem videre, & ex Persarum Chaldæorum, Medorum Græcorumque cineribus vitam haurire, timendo mortem. *Cogita vnde veneris, & erubesce, vbi es ingemisce, quo* (Eccles. 7.) *properas pertimesce. Quotidie cogita de ratione* (Sap. 6.) *reddenda de te, & subditis. Iudicium enim durissimum fiet his qui præsunt.* Aquila prædam
XXI. diuidit alijs auibus, non sola comedit. Sic Imperator condiuidere debet subditis regni bona: imperium gerendo tamquam pater non vti dominus. Pullos contra Solis radios Aquila probat, & si lippos oculos habeant in terram deijcit. Sic humi, & pedemontani relinqui debent qui serui natura nascuntur, ad montis apicem subleuando, qui absquè pauore etiam Solis signare maculas haud reformidant.

Quandò verò apud Romanos aquilæ inoleuerit consuetudo? scribit Plinius quod Romanis legionibus aquilam C. Marius in secundo consulatu suo propriè dicauit. Erat, & (Lib. 10. c. 4.) XXII. antea prima cum quatuor alijs, Lupi, minotauri, equi, apriquè singulos ordines anteibant. Paucis antè annis sola in aciem portari cæpta erat, reliqua in castris relinquebantur vsque dum Marius in totum ea abdicaret.

Cur autem bicipitem aquilam ponat Imperator in insignijs suis, cum antiquitùs vnius XXIII. capitis esset? variant Politici. Restaurus Castal. testatur Bononiæ vidisse priuilegium (De Imp. q.9 Tri. ctat. to. 5.) Henrici VI. Imperatoris sub anno 1196. V. idus Septembris manu Conradi in fauorem Dominorum de Cattaneis de Mõtebellio Bononiensium; in quo priuilegio erat appensum sigillum Imperatoris prædicti cereum vnius aquilæ non bicipitis, sed vnius capitis tantùm, his circumdatum verbis. *Filij hominum iustè iudicate.*

Huiusce symboli mysterium dicunt multi, quia vtriusque imperij, Romani, scilicet, & Constantinopolitani olim diuisi dominium, & vnitatem denotat.

Picta biceps Aquila hinc occasum, hinc dum aspicit ortum (Blosius Pallad. apud Castald. ib.)
Alter, ait, nostri est Cæsaris, alter erit.

Biceps Aquila quia vtriusque Consulis (qui aquila vtebantur) potestas in imperium translata. (L. 2 § … Auctis ff. de orig. iur.) Biceps Aquila, quià cùm Occidentis fines pacasset Carolus Magnus cum Nicephoro Imperatore Græco societatem ita iniuit: vt (Iacob Curius.) Orientem ille, Carolini verò Occidentem, bicipitis aquilæ auspicijs gubernarent: Indè bicipitis aquilæ initium. Cuspinianus verò de bicipiti aquila aliter ex Suetonio recenset, & Velleio Paterculo. Quintilio (inquit) Varone à Germanis circumuento, sub Augusto tres legiones Romanæ cæsæ, signa rapta, aquilæ duæ captæ, quas loco insignium Germania adhuc retinet. Non enim biceps est aqui- XXIV. la sed duę simul, quarum altera alteram expansis alis obtegit. Tertiam signifer legionis ter-

tiæ

tiæ ablatam, palude demersit, ne in ho-
stium manus veniret: alioquin tres habe-
rent Germani Aquilas in insignibus imperij.
Nec vmquam hæ redditæ sunt Imp. Romano
quod Parthi fecerunt. Et propterea de illis iu-
re vt auitæ victoriæ, nunc etiam imperij insi-
XXV. gnibus Germani gloriantur. Hæc de bicipiti
Aquila, quæ vti imperij arcanum nec Princi-
pibus vulgatur. Interogatus quondàm Ni-
colaus de Ponte Venetus Senator à quodam
Legato *vbi nascerentur alati Leones?* respon-
dit *vbi bicipites Aquilæ*. Tùm sacris tùm pro-
phanis constat arcanis, cuiusquè gentis Prin-
XXVI. cipes ad terrorem malorum, quo sanctiores,
venerabiliores augustioresque forent, insignia
XXVII. quæpiam Imperij sumpsisse: Ita apud Roma-
nos, fasces duodecim cum securibus, totidem
apparitores, ignemquè, qui Imperatoribus
prægerebatur, sacra Principatus fuisse reperio:
sicuti apud Persas aureum simulacrũ, Hebræos
vnctionem. Germani Imperatores hastam, co-
ronam spineam, clauos (quibus Christum
seruatorem nostrum excruciatum) insuper en-
sem, purpuram, diadema Caroli Magni pro-
gerere secum solebant: sicuti adhuc nostro
æuo Præfectus prætorio, quem Marescalum,
hoc est, maiorem aulæ nuncupamus, strictum
ensem Cæsari præfert. Illa Imperator Sigismũ-
dus Cæsar Augustus auorum memoria No-
rimbergæ condidit: vbi quotannis conceptis
ferijs, magna populi, qui vndique coit, fre-
quentia, monstrantur, & antiqui Imperatores
secum veluti peculiaria sacrosãcti imperij pe-
netralia, Cæsareęque Maiestatis auspicia cir-
cumferebant: vt in hunc vsque diem Norim-
bergentes ad Aquas Graneas, quandò desi-
gnatus Princeps de se consuli superos iubet,
& solemnibus cæremonijs inaugurari solet,
deportant. Hæc de Imperiali culmine dicta *Auentin. l. 5. Ann. Boior.*
sufficiant. Nam magnitudo Imperij efficit, &
multitudo rerum gestarum, vt nequeant om- XXVIII.
nia acuratè perscribi. Si quidem in Vrbe mul-
ta quotidie penè fiunt, & in prouincijs, quæ
subiectæ sunt imperio, vt ea nemo certò sciat,
præter eos, à quibus geruntur, plurimi ne au-
dierunt quidem gesta esse. Multa verò, quæ
numquam acciderunt, omnium sermone ce-
lebrantur, multa quoque silentio prætereunt,
quæ acciderunt: cætera ferè narrantur aliter
quam facta sunt. Ferèquè omnia dici fieriue
putantur in gratiam Imperatorum, aut eorum
hominum, qui plurimum apud Imperatores
possunt. Quæ de Impetatoribus restant, ex *Dion. Nicaeus in Aug.*
historiarum prosequar monumentis.



C A-

CAPVT SEPTIMVM.

CAROLVS MAGNVS

Occidentalis Imperator I.

1 *Hieroglyphici explicatio.*
2 *Carmina pro Carolo M.*
3 *Hieroglyphicum Caroli M.*
4 *Elogium Caroli M.*
5 *Childerici depositio, & Pipini coronatio* 45.
6 *Caroli M. natiuitatem stella præmonstrat.*
7 *Studia Caroli M.* 47.
8 *Ventorum diuisio à Carolo M. facta.*
9 *Ciuitates Episcopatus, & Monasteria quot. extruxerit Carolus M.?* 18. 55.
10 *Aquitaniā nouem diebus subigit Carolus M.*
11 *Saxones vincit Carol. M.*
12 *Desiderium Regem Longobardorum viuum, capit Carol. M.* 50.
13 *A Vasconibus inter insidias vincitur, & Rolandum amitit Carol. M.* 51.
14 *Mauros in Hispania vincit Carolus M.*
15 *Tassilonem Bauariæ Principem in Monasterium detrudit Carol. M.* 52.
16 *Britannos Austriacos vincit Carol. M. Hungaros, Frisios, Liuones, Bulgaros, Bohæmos, Pannones;* 8. 17. 53. *Histros, Dalmatas, Liburnos.*
17 *Godefredus Rex Danorum in Carolum M. mouens à famulo occiditur.* 54.
18 *Sancti Carol. M. bellanti assistunt.*
19 *Leonem Papam à Longobardis depositum Carol. M. in sedem restituit.*
20 *Pontificem iudicare Carol. M. renuit.*
21 *Sepulchrum Christi Carol. M. liberat.*
22 *Saxonibus Carol. M. tributa donat dumodò ecclesiæ decimas soluant.*
23 *Byzantinus Episcop. S. Sepulchri claues Carol. M. donat.* 56.
24 *Episcoporum iudicia vult sine appellatione Carol. M.*
25 *Romano cantu Gallos modulari Carol. M. iubet.* 57.
26 *Sacram scripturam mendis purgat.* 58.
27 *Militibus congredientibus mandat Episcopos orare Carol. M.*
28 *Ieiunio milites ad prælium armat Carol. M.*
29 *A S. Iacobo certior redditur Carol. M. de salute militum in bello cadentium.*
30 *Imperator eligitur Carol. M. & qua die.*
31 *Haurit aquam de petra Carol. M.* 61.
32 *Milites morituros præuidit Carol. M.*
33 *Orientale imperium Carol. M. ambit.* 62.
34 *Filia Carol. M. inhonesta.* 63.
35 *Ab Angelo salus Carol. M. promittitur.* 64.
36 *Carol. M. quando mortuus; vbi, & quomodo sepultus.* 38.
37 *Pauperes instituit hæredes Carol. M.*
39 *Desiderius Rex Longobardoram sepultus ad pedes Caroli M.*
41 *Caroli M. epitaphium.*
42 *Vxores earumq; effigies, & concubinæ Caroli M.*
43 *Caroli M. moneta aurea.*
44 *Insignia commilitonum Caroli M.*
46 *Caroli M. forma* 5.
48 *Danubij cum Rheno conuinctio à Carolo M. tentata.* 9.
49 *Vuedechindus Saxonum Dux miraculosè ad Christum conuertitur.* 12.
59 *Caroli M. fœdera cum Ecclesia Romana.*
60 *In numero Sanctorum refertur Carolus M.* 30.

1. VENTEM Orbem armorum, literarumquè fulcro in hieroglyphico Palladis, & Martis, sustinens Carolus, cuius scabellum Longobardorum Rex Desiderius, Imperatoriam Maiestatem armandam literis, & armis instruit decorandam. Virtutum Chorus vti Religio, Iustitia, Pietas, Fortitudo, Prudentia qualia aulam erudiant, Regibus sunt documentum.



CA-

Micylli antiquum Epigramma de Carolo M.

Francorum primus vel Romanæ hic imperat Vrbi,
Pontificis iussu lectus in imperium.
Saxones, ac Hunnos domuit, longosquè Sueuos Trisyl.
Et docuit Christi Teutona regna fidem

Distichon eiusdem de eodem.

Magnanimus totum pacauit Carolus Orbem,
Grandæuum hunc laterum tollit acuta lues.

EPIGRAMMA.

Pro Hieroglyphici intelligentia.

In se tota ruit conuulsi machina mundi,
Quem Fortuna rotæ præpetis instar agit;
Accurrit Carolus Fortunà maior, & Orbem
Sustinet, hinc Martis, Palladis inde manu.
Scilicet hic Mundum potuit firmare labantem,
Dum virtute animos, viribus arma regit.

Comes Cæsar Plouenus Nobilis Venetus.

ALIVD.

CAROLVS *hic Magnus, Regum seù Maximus Atlàs,*
Regno ex Gallorum venit ad Imperium.
Occiduum quamuis, Oriens vbi sustulit Orbem
Præcipitem, constans hunc super Astra tulit.
Relligio, & Pietas, Astræa, & Musica, Virtus
Cuncta simul Regem tunc cecinère Ducem.
Postea, ne Mundi quatiatur machina; Pallas
Consilio, ac Armis Mars, quoque firmat eum.
Quò fugis, ò quò Rex? Hem tot post prælia vinctum,
Te DESIDERIVM, *dura catena domat.*
Barbariem domuit; statuit post Bella, triumphos;
Regibus è victis alta trophæa premit
Maior Alexandro datur, & qui Cæsare Maior,
CAROLVS *Imperij Gloria prima fuit.*

Excell.M.Ant.Moles Neapolit.Sacerdos.



CAROLI MAGNI
OCCIDENTIS IMPERAT. I.

ELOGIVM.

An Christi 751. Arboribus conferuntur Reges; *Carolinæ stirpis origo.*
Inseruntur vel exciduntur cum infrugiferæ.
Exarcscebat in CHILDERICO PHARAMVNDI propago, V.
Ad radicem securi posita
Ni vepribus surculus insitus germinasset.
Ramale CHILDERICVS fuit
Kal. Maij Insitor Pontifex ZACCHARIAS *P. Zacchariam Papam Childerico Francorum Rege, quia inutili deposito, coronatur Pipinus. Platina.*
Insertus ramus PIPINVS
Inter filiorum folia,
CAROLVS efferuescit in fructum.
Ann. 742 5. Kalen. Februarij Ortum eius anteiuit Stella, VI.
Signifera Orientis Solis sunt Sydera.
Speciosus forma præ [46] *filijs hominum* *Corporis forma. Auent. Annal. Boior. 3. & 4. Krantz. 2. Sax. cap. 7.*
Haud Regum sed delicorum dixit delicia
Sermone [47] non gladio captatum populos, Sophiam duxit. *Caroli Studia Æginar. in vita Caroli M.*
Astronomiam,
Vt Dei Vicarius Aulam inter astra rotaret.
Musicam VII.
Vt dulci sono cantu, legum mulcèret duritiem.
Poësim
Vt firmis pedibus in iustitiæ semitis ambularet. *Auentinus p. 220. Grammaticam edidit.*
Patriæ Pater ampliauit idioma
Quodque mater rude conceperat, ipse lingua decorauit.
Ambulans super pennas ventorum,
Quatuor Cardinales *Ventus diuidit. Sigonius.*
Collateralibus iunctis duodecim fecit. VIII.
Armis decorando Literas, amandoque Literis Arma *Publica gymnasia.*
Lutetiæ, Bononia, Ticinum factæ sunt dicendi officinæ.
Dresda, Numburgum, Hamburgum IX.
Ann. 808 In Boemos, Sarabos, Vandalos, Danos *Regino.*
Iacta sunt propugnacula.
Ann. 792 Moguntiaco ponte Rhenum super extructo,
Ann. 793 Calcauit maria, & nauigauit terras. *Passuum 500. Fossa. 300. pedum latitudine: millium passuũ longitudine interumpitur Cæli timore imbribus, & prestigijs obstrepentis. Auentinus lib. 4. Annal.*
Danubio [48] sociaret Rhenus,
Si potuissent aquæ transire terminos suos.
Aquitaniam
Quam annis nouem bello tentauerat pater
Nouem diebus subegit filius.
Ad Guasconem LVPVM profugit HVMOLDVS
Vterque cecidit
Patronus, & fugitiuus: X. *Eginardus in V. Caroli M. p. 95.*

Caroli coruſcante flamma,
Haud poterant conſiſtere lupi.
Et quod abſtulit vna corona
Duplex diadema remiſit
Sed durius Bellum in Magnum

Krantz. 2. Sax. cap. 4.
X I.

Saxones ſaxa colentes, Ann. 772
Deum credere, Deos negare,
Nouus vrget apoſtolus.

Martem adorabant, Irminſul vocãtes. ſub tit. Dux ego Gẽtis Saxonũ *Krãtz. lib. 2. cap. 9.*

Æmulus Mars Gallicus Saxonici Martis,
Reciſis Idòlo manibus
Ante hominem procidère Dij.
Armis non religione Saxones victi
Vt ſaxa Carolo abeunte ruebant
Nemo fidelis Principi, qui infidelis eſt Deo.
Proni ad lauacrum, proniores ad maculas,
Eo nouas lauare ſordes fidentes,
Nec æſtimare ſatis,

Eginardus p. 96 V Caroli M.

Ad horum vtrum præcipites.
Septem vicibus debellati
Quia pugnabant pro dæmone
Nec in ſeptimo inuenère requiem.
Octauum
Bellum non fuit, ſed carnificium
Vbi deglubita eſt Saxonia
Quia à bono paſtore tondi ægrè tulerat.
At

Krantius lib. 2. Saxon. cap. 23.
XII.
Exinde Saxonia pacato Vedechindo pacatiora inuenit tempora.

Miſerendi Deus [49] *non oblitus*
Tertium ſupra trigeſimum fatalem annum Ann. 785
Vedechindus Centurionis exclamauit voce;
Credo Filium Dei crucifixum,
Regalia Epiſcopis dantur
Quum infrænem populum non arma, ſed religio pacaſſet.
Interim Romæ Satan
Videns ſine gladio Petrum
LONGOBARDIS
Vinctos tradidit ſucceſſores
Accurrit Carolus

Sigonius de Regno Italiæ. Auentinus. Atmoinus, lib. 4. c. 70.

Captiuam ducens captiuitatem:
Ducentoſque ſex annos
Nationum princeps Italia Longobardico catenata ferro
Carolo manumittitur redemptore.
Et in DESIDERII [50] fatali nomine
Longobardorum deſideratur imperium. Ann. 774
Verùm
Quia faciliùs vincere, quàm tueri
Expeditiùſque

Longobardi Duces vnà cum Adalgiſo Deſiderij filio numero ſeptem debellantur à Carolo Eginar.

Manus noſtræ rapiunt, quàm teneant
Ignis, qui ſub cineribus latebat
Septem erùpit in flammas.
Longobardorum etſi teneret caput;

Haud

Haud vincere potuit,
Priusquam septem percuteret membra.
Venenum agnouit in cauda.
Ex Alpibus [51] Pyrrenæos transgreditur saltus
Vbi

XIII. *Non vna vice Carolum Hispaniam petijsse cōcordant: de tempore discordant vel Sub anno 808. iam senem vel cū Eghinardo sub anno 778. Sabell. Regino. Aimoinus lib 4. cap. 72.*

Gentilitatis Luna, Fidei fatigante Solem
Semel à Vasconibus inter insidias deuictus Carolus
Vt homo patuit:
Et inter Gallicos proceres ROLANDVM perdidit,
Extinctum siti, quem non restinxerat ferrum.
Bis tamen victor in Hispania Aphricam strauit:
Et an Cælo, vel Carolo dicam? nescio, cecidère
Duos Reges in catenis, regna quatuor in tributo.

XIV.

Bello forinseco ciuile est affine:
Vbi omnia misera,
Sed nihil victoria miserius.

Mariana lib. 7. c. 11. Eginar.

Moris est
Prouidendo foris, ignorare Domi.
Ann. 788 Battariæ [52] Princeps Tassillus cum affectaret diadema,

XV. *Coniugatus cū Desiderij filia, ipsa instigante ad Desiderij vindictam in Francos concitauerat Hunnos Eginar. Annal. 245. Aimoinus: Lib. 4. c. 73.*

Habuit, quùm tonso capite
Prophanum mutauit in sacrum.
Carolus vt sibi tolleret inimicum.
Asceterio, Dei obtulit amicum.
Deditis Britannis, victos Austriacos
Ignouit punijt
Et quos cæcauerat dominandi libido
Excæcauit, & ferrum.
Vt ducere nescientes, ducerentur.

XVI.

Ann. 791 Hungari

Regino. Eginar. in vita Caroli. tom. 2. Anal. Francor. p. 98.

Contra duos haud Herculem posse credentes,
Triplici Rege duce inuadunt Carolum,
Funiculum triplicem difficilè rumpi securi.
Sed quid! Satanæ triplicata catena
Contra funiculum illum, qui trinus, & vnus?
Quia
Regnum in se diuisum desolatur,
Vnus moritur, alter capitur;
Tertius
Quod retinère non valuit, donauit.
Allata Victoria
Cum ferretur super montes, & maria,
Vnus
Cædebat centum, Centùm profligabant
Mille
Frisij, Liuonij, Bulgari, Bohemi
Pannones, Histri, Dalmatæ, Liburni
Vidèrunt Carolum, sed fulminantem

Annales Francorum tom. 2. Baronius.

Ego sum, cum intonuit,
Ceciderunt semiuiui retrorsum.
Danorum [54] Rex GODEFREDVS

Gothis,

XVII. Gothis, Nouergis, Cymbrisque collectis Ann. 810
Regnorum proditione Carolo bellum indicit.

Eghinardus in vita Caroli. Krantius lib. 1. Metropol. c. 17. Regino.

Proditione vindicatur proditor,
Carolo amica sors
Ne belli alea eius luderet triumphos,
Satellitis manu cædit
Indignus traditor imperatorio cadere gladio.
Tantis spectaculis
XVIII. Interfuisse Diuos Fama testatur:
Veneratur Imperator,
Nactusque victoriam promittit templa.

Mutius lib. 8.

Cælicum commilitonum fuère stipendia,
Episcopatus 55 vndecim,
Tot monasteria, quot alphabethi literæ.

Leo III. lingua & oculis orbatus ab inimicis: miraculosè illuminatur. Sigon.

Pontificibus Romæ vinctis
Adueniente Carolo, Ann. 799
Lumen refulsit in habitaculo:
XIX. Percussoque latere Petri
Leoni cum visum, Domini restitueret manus Ann. 800
Caroli gladius restituit pontificatum.

Platina in vita Leonis III.

XX. Pontificis electus in iudicem
Respondit
Hominis adorare, Dei esse, Deum iudicare.
XXI. E Cælo petita pontificia potestas soli Deo debet innocentiam.

Henricus de Erphodia in vita Constantini c. 69. ex Helinando, Ptol. Lucensis, Io. Chemensis Archiep. Saltzburgen.

Christi sepulcrum
Sarracenorum oppressum barbarie liberat:
Ita decebat
Ab eo redimi Christi tumulum
Qui Petri vindicauerat thalamum.
XXII. Fidem

Saxonibus vectigalia Carolus donat, saluis tamen Episcoporum decimis.

Quam Christus redemit sanguine
Carolus à Saxonibus coemit prætio:
Quamque
Stylo ferreo non poterat carneis insculpere cordibus,
Donato tributo, imprimit animo.
Mundi moderator & arbiter
Vectigalia Regum donauit
Petri colonus
Ecclesiæ decimas Gentilibus etiam imposuit.
XXIII. Byzantinus 56 Episcopus videns Carolum in telonio

Regino, Baronius in epitom. sub anno 796. alij dicunt missas à Gregorio Papa vt in cap. 110 Gregor Turonen. append. vel à Persarum Rege.

Quasi publicanum stare pro Petro, Ann. 796
Hierosolymæ misit claues:
Si enim custodiebat gazophylatium
Poterat, & custodire sepulcrum.
Rationem villicationis ponens
Ad vltimum vsque quadrantem voluit
Sacerdotis iudicium albo signari lapillo.
XXIV. Galliæ 57 & Romæ

Auentinus.

Vt tolleret dissonantiam Ann. 787
XXV. Inter Gallicos choros Romano modulatus est carmine.

Me-

Mosaicas [58] si Esdras, leges XXVI.

Auentin. lib. 4.

Chaldaica combustas flamma parauit,
Carolus inscitia corruptas reintegrauit. XXVII.

Theganus de gestis Ludouici numero 7. Exemit Episcopos feudatarios ab onere belli, quo tenebantur. id. p. 826. Thesaur annot. 86. in vita Caroli M.

Nouus Moyses
Ann. 770 Dum arma gerebat in castris:
Voluit Episcopos lacrymari in choro:
Gentilitatis muros
Tubis potiùs, quàm harpagonibus diruens.
Milites, quos hostis reficiebat ferculis,
Ipse lustrabat ieiunio. XXVIII.

Iacobus de Voragine.

Machabæo Securior
Sanctorum Iacobi, & Dionysij sponsione
Martyres in Cælo surgere XXIX.
Qui cadebant in terra milites.
Hisce præconijs XXX.

Imperij diuisio Græcis transigentibus facta sub Irene, Nicephoro, & Michaele Imperatoribus. Krant. Auentin. Baronius, Sigonius sub anno 800. Platina. Quùm Leone III. auctore, & coronante, populus Romanus Carolo imperium detulit. Pro Fidei tutela eliguntur Imperatores, quo titulo primus omnium salutatus est Carolus. Gresterus. c. 4 in apolog. pro Baronio. Carolus canonizatur Baron. An. 814. Em. Thes. adnotat. 104.

Transactionis, Bellique iure, Deus, Homo
Non Pharaonis, sed Mundi Deum faciunt.
Barbarie vndique fatigatum Imperium
Regnantisque IRENÆ imperitia nullius factum
CAROLI virtuti declaratur in præmium.
Cælo, terraque clamantibus
Ann. 800 Mense Decembri. *Carolo Augusto à Deo coronato*
Magno, & pacifico Imperatori
Vita, & victoria.
Natalis fortè Seruatoris erat
Cum Imperatorem, Fidei defensorem LEO rugijt.
Dei cum sit, Orbem redimere
Anno canonizationis 1166 *Cæsaris est protegere.*
Reposita illi corona iustitiæ,
Descriptus [60] est moriens in libro viuentium:
Debebat Cælorum Carolo aperire ianuas,
Si Petro Carolus Romæ reserauit valuas.
Adhuc viuens
E libro Vitæ regimen didicisse monstrauit.
Fidelior Moyse XXXI.

Annal. Engolis. Lauauit, id est baptizauit Mauros. Ex cruce rubea, quam conspexit in humeris milites morituros cognouit.

Ann. 772 Aqua absquè virga de petra manante
Triduò sitientem recreauit militem, Æthiopemque lauauit.
Cæli lumine mortis intuens vmbram
Cruce signatos milites perituros in acie
(Quasi fores clauderet Fortunæ) Sacello includit,
Vbi sepulcra signa fuère inæuitabilis Fati. XXXII.

Fatũ sano modo accipias. Quantum sollicitus de fide catholica fuerit in Hispania, vide eius epistolã in 3. tom. Cõcil.

Admiramur non eludimus Astra.
Tali panegyri Carolum dices hominem?
Dei non est inhiare alienis
Orientis libido, Occidentis questa est latrocinium.
Excuso, Rex erat.
Sua retinere priuatæ domus, XXXIII.

Caroli vitia. Orientem occupare tentauit. Thesaur annot. 64. vita Carol. M. annot. 29 vita Adalgisi

De alienis certare
Non tam personæ, quàm dignitatis est vitium.
Seruile credens

Quatuor pellices habuit Mathalgardem, Gersuindam, Reginam, Adelindam, Eginar. vita Caroli M. Auentin. 4. Annal. Krantz. lib. 2. Pantaleon. p. 2. fol. 6.

Vt bouem cornu sic hominem voce ligari
Facit ex thoro lupanar.
Scholam patris ingressa filia [63] inuenta est mater,
Priusquàm pudoris cingulum solueret maritus.
Peccator Carolus fit Dauid pænitens
Lacrymarum fonte renatus.
XXXIV. A Caroli pænitentia
Discens Dominus mutare sententiam
Hædum conuertit in Agnum;
XXXV. Syngrapham [64] suo mitens rubricatam sanguine,

Eginar. ib.

Qua, pacti iure, Angelo Duce, Cælum reposceret.

Krantz. Saxon. 2. cap. 20.

Septuagenarius limen subit securitatis.
XXXVI. Regni anno quadragesimo septimo; Imperij Decimoquarto.

Theganus n. 8.


In septimo semper Diuinitatis numero
Septima Sabbathi requiescens,
XXXVII. Orbem sustinendo, qua Deus quieuerat, extruendo.

Auentin. lib. 4. Annal. Eginar. vita Carol. In Basilica D. M. Virginis. Octauius de Strada. Eginar. ib.

Christi æmulator adinuicem instituuntur hæredes:
Filiorum curæ Ecclesiæ demandata tutela.
Aquisgrani
Quasi in cathedra tumulatus est,
Sedens
XXXVIII. Vt viui edoceremur à mortuo.
Cilicio inuoluti sunt cineres
Quo adhuc viuens sacco pro sago præcinctus,
Puluis meditabatur, se in puluerem reuersurum.
Euangelium manu tenebat,
Præseferens; *ex hoc didici bene mori.*
Gladio cingebatur
Prætiosum Crucis in diademate lignum,
XXXIX. Paratus pro Christi fide resurgere armatus.

Brecchius hist. Aquisgrani. Maier. Annal. sub anno 774.

Scabellum pedum *Desiderius* erat,
Vel quod iste ad inferos vsquè sequeretur,
Vel quod ille ad superos traheret in triumphum.
Vanitas vanitatum,
De cineribus triumphant cineres.
Desiderij ossa facta sunt Caroli currus.
Humiles habitant in sepulcro,
Et mors, quæ omnia soluit,
Animo Reges coniungit.
XL. Sepulcri titulus est in pedissequo
Vis dignoscere Carolum, inspice Desiderium.




Sepul-

Sepulchri Epitaphium.

XLI. *Sub hoc conditorio ſitum eſt corpus Caroli Magni, atque Orthodoxi Imperatoris, qui Regnum Francorum nobiliter ampliauit, & per annos XLVI. fæliciter tenuit. Deceſsit ſeptuagenarius, anno Dom. DCCCXIV. Indictione VII. V. Calendas Februarij.*

Caroli Magni Vxores, earumque effigies.









XLII. GAlliena Hiſpana, Galaſtriæ Regis Toletani filia, prima vxor Caroli Magni Imper. Hermingardis, aliàs Theodora, Deſiderij Longobardorum Regis filia, ſecunda vxor Caroli Magni Imper. repudiata tamen poſt coniugij annum.

...entin. Ann.

Hildegardis, HILDEBRANDI Ducis Sueuorum filia: vel cum alijs, ex nobili GODEFRIDI Ducis Alemannorum familia nata: niſi dicamus Godefridum familiæ caput: Hildebrandum Hildegardis patrem. Ex qua ei nati ſunt. Carolus Francorum Rex: Pipinus Italiæ Rex ante Patris obitum mortui: & Ludouicus Pius Imperator. Filiæ etiam quatuor ſecundum quoſdam; octo ſecundum alios, quarum fuere nomina: Rothrudis Conſtantino Leonis Imper. filio deſponſata: ſed coniugium impeditum fuit ab Irene Imperatrice Conſtantini Matre. 2. Bertha. 3. Ghiſela. 4. Hildegardis. 5. Adheleida. 6. Bellixandra. 7. Imma. 8. Gertruda. Moritur Hildegardis An. C. 783. Calen. Maij: poſtea die 12. Iulij, Mater Caroli M. Bertha diem quoque ſuum obijt.

...riſt. ...atib. in ...rol. M.

Quarta Caroli M. vxor FASTRADA fuit, Rodulphi Francorum Comitis filia, ex qua natæ filiæ duæ Theodora, & Hiltrudis. Vel ſecundum alios tres Theodora, Hildudrin, & Rothaidis. Moritur Faſtrada Ann. C. 794. Moguntini ſepulta.

Luitgarda Sueua Germana quinta vxor Caroli Magni, ex qua liberos non ſuſcepit.

Caroli M. Concubinæ.

VXore postrema defuncta nuptias dedignatus Carolus M. inter concubinas Mathalgardem habuit, ex qua Rothildem filiam suscepit.

Gersoindam nobilem fœminam Saxonici sanguinis, ex qua nascitur Adeldrudin.

Adeltrudem Reginã, siue Reginopyrrham, ex qua Drogo Episcopus Metensis, & Vgo.

Adelindam, ex qua Theodoricus.

Hilmetrudem, ex qua Pipinus Gibbosus, & claudus regnandi cupidus, & patris proditor, vnde in monasterium coniectus.

Rachildem, ex qua Rothruda.

Liutperga.

Leonia.

Principum insignia, qui cum Carolo M. militarunt.

XLIV.



XLIII. Caroli M. Imper. Monetæ Aureæ.



CAPVT OCTAVVM.

Adnotationes.



XLV. IN *Childerico*. Regnandi cupiditas, quæ filios armat in patrem, & in Deũ ſollicitat hominem, Pipinum Caroli Martelli filiũ, Maiorem Domus in Gallia ſuum ſollicitauit in Regem, vt violenta quadam pietate throno pulſaret Childericum, vltimam Pharamundi prolem. Vecordem hominem Childericum Gaguinus vocat, quod tamen minime latebat Gallos etiam priuſquàm Childericum coronarent; at ne ſtipitem probo afficerent, omnibus prætulère auctore Carolo ipſo Martello glorioſiſſimo Principe, & nemini ſecundo: vel ſecundum alios, Carolomanno, & Pipino Martelli filijs auctoribus. *Childeric fils puiſnè Du Roy Dagobert II. Succeda à ſon frere Thierry, que quelques vn diſens eſtre ſon pere: mais la plus probable opinion eſt qu' ils eſtoient freres. Il ne fut pas plus ſpirituel que Thierry, ains auſsi ſtupide, & inſensè. Neantmois Charles Martel Prince de Françoìs, ou ſelon les autres, ſes fils Carloman, e Pepin l'èleurent à la dignitè Royale, pource que les François ne voulurent ſe departir des Princes du ſang Royal du Grand Clouis auſquels ils portoient vne ſinguliere afection, reſpect, & veneration, & n' en choiſirent d'autres tant, qu' ils en trouuerent, non pas de capables, ains ſeulement de cette Race, Famille, & Maiſon Royale*. Sed vnde potuit Pipinus quod Carolus Martellus nequiuit? Multa tentauit Pipinus, & cum multa tentanti non nihil ſuccedat, Sacrorum reſtitutione maiora potuit filius quàm pater. *Durant* (apud eundem) *ces dix annees il ne perdit l'occaſion de treuuer les moyens d'executer le haut deſſein qu' il auort de ſe rendre abſolù Monarque des François. Vn des premiers qu' il tint pour y paruenir fut, de promettre aux Eccleſiaſtiques de reſtituer à l'Egliſe ce que Martel luy auoit oſtè, & meme il fit tenir vne Aſſemblèe pour ce ſuiet. Si ce Prince, eſtant Maire du Palais, gaigna la bienueillance des Prelats, & des autres Eccleſiaſtiques, par cette action de iuſtice, il acquit auſsi par ſa valeur, & ſa generoſitè l'amitiè de la Nobleſſe, & du peuple François &c.*

In vita Caroli Martelli.

In vita Childer. R.P.H. de Coſte.

In vita Pipini.

Specioſus forma. Corpore fuit amplo atquè robuſto, ſtatura eminenti, quæ tamen non excederet: nam ſeptem ſuorum pedum proceritatem eius conſtat habuiſſe menſuram. Apice capitis rotundo, oculis prægrandibus, & vegetis, naſo paulùm mediocritatem excedente, canicie pulchra, facie læta, & hilari: vndè formæ authoritas, ac dignitas tàm ſedenti, quàm ſtanti plurimùm congruebat. Ceruix quamuis obeſa, & breuior venterque videretur proiectior, tamen hoc cæterorum membrorum celabat æqualitas. Inceſſu erat firmo, tantaquè habitudine virili, voce clara (ſed quæ minus corporis formæ conueniret) valetudine proſpera, præter quod antequàm decederet, quadriennio crebris febribus, corripiebatur: ad extremũ etiam vno pede claudicabat, XLVI.

Krantz. Saxonia lib. 2. c. 7. Auent. Annal. Boiar. 4.

XLVII. *Sermone &c.* Non patrio sermone contentus, etiam peregrinis linguis ediscendis studebat, Latinam ita perdidicit, vt ea ac patria lingua orare solèret. Græcam vero melius intelligere quàm pronuntiare poterat. Artes liberales studiosissimè coluit, earumquè Doctores plurimùm veneratus magnis extulit honoribus. Indiscenda Grammatica Petrum Pisanum Diaconum senex audiuit, in cæteris disciplinis Albinum (quem alij Alcuinum) alij Diaconum è Britannia, virum vndecunquè doctissimum, præceptorem habuit, apud quem, & Rhetoricæ, & Dialecticæ, præcipuè tamen Astronomiæ discendæ plurimum, temporis, & laboris impendit. Discebat, & artem computandi, & intentione sagaci syderum cursum curiosissimè rimabatur. In Poësi quoque exercitus in obitu Rolandi ita legitur cecinisse.

Tu patriam repetis, tristi nos orbe relinquis:
Te tenet aula nitens, nos lacrymosa dies.
Sed qui lustra geris octo, & binos super annos,
Ereptus terris, iustus ad astra redis.

Christ. Matt. in vita Caroli M.

Aliud legitur in mulierculam pensa trahentem.

Nentis fila Deus mentem quoquè iungit Olympo.

In Musicis quoquè informatus, psallendi disciplinam exactè calluit, eundemquè ipse emendauit. Cum enim apud: *Ecclesiasticos quatuor dumtaxat tropi seu modi, Phrygius, Dorius, Lydius, Mixolydius, quos vulgus cantorum tonos Autentos* αυτεάτας *idest clamosos* αὐτή *enim clamor* αὐτέω *vocó, resono grecum est, vocat hactenus in vsu fuissent. Ne Latini vlla ex parte Græcis cederent, ducem à Comite diuisit, quatuor subdititios modos à quatuor primarijs distinxit, octo tropos fecit: illos cantores plagios, idest obliquos Græco vocabulo nuncupant. Admodum delectabatur libris D. Aurelij Augustini præcipuè ijs, quos de Ciuitate Diuina inscripsit. Ingenia sæculi sui omnibus modis fouit. Artium liberalium Doctores præter cæteros egregiè veneratus est: magnis illos afficiebat honoribus, plurima in illos beneficia conferens. Constat quosdam celebres è ludo literario in aulam receptos, sacerdotia locupletissima, & Pontificatus consecutos fuisse. O si mihi (inquibat) fata duodecim Hieronymos, Augustinosuè concederent. Subiunxit stomachabundus præceptor eius Albinus, suauis homo. Qui duodecim postules, cum suprema illa, atquè Aeterna Maiestas tãto temporis spacio duos duntaxat habuerit? Linguam patriam, hoc est Teutonicam locupletauit. Mensibus, & ventis Germanica vocabula à quatuor Mundi partibus imposuit. Subsolanum Osten, & Oster. Austrum Suden, & Sunder, Aquilonem Nordem, Fauonium Vuesten, Vester nuncupauit. Ex hisce cæterorum vocabula vti à Græcis factum est, cõposuit. Mensibus quidem isthæc nomina fecit. Ianuarium ab hieme Vuintermon: Februarium à cessando Hornung: Martium à tempore Lentzmonet: à Paschalibus Aprilem Ostermonet: Maium à gaudio Vunnemonet: Iunium ab orando Brachmonet: Iulium à fœnisecio Heumonet: Augustum à messe Arnmonet: Septembrem à satione Vuitonmon: Octobrem à vindemia Vueinmonet: Nouembrem Vuindimonet: Decembrem à Natalibus Christi Heiligmonet appellauit. Scripsit, & grammaticam patrij sermonis, quam extare aiunt; conatus est regulis, ac præceptis cultiorem, & elegantiorem, ad æmulationem Græcorum, Romanorumquè linguam Teutonicam reddere, omniquè barbarie exuere. Teutonica, & antiquissima carmina, quibus Heroum, sicut mos est Germanorum, gesta canũtur scripsit, & memoriæ mandauit. Liberalia literarum studia, penè iam, vt ipse ait, incuria maiorum obliterata instaurare summopere connixus est. Et sui exemplo ad ea amplectenda cæteros inuitaret, ex Hybernia duos Scotos, Clementem, & Albinum accinit, vt tum erant tempora, eruditissimos. Item ex Anglia alterum Albinum euocauit. Albinum Scotum Ticinum misit, ibiquè ludum literarium aperire iussit. Commilito huius Clemens, mandato Caroli in Lutecia Parisiorum consèdit: eiq; Magnus annonam, stipendia è fisco tradit: procerum, pauperumquè pueros ingenuos modo erudiendi causa tradidit, commisit: vt nostro æuo Imperator Maximilianus Viennæ Noricorum factitauit. Albinum Anglium secum detinuit. Inde Diui Martini Cœnobio in agro Turonum sito, vbi doceret, cum in aula non esset, condonauit. Valdonemque Augiæ Maioris Magistrum ad D. Dionysij templum in agrum Parisiorum ex Sueuia docendi ergo transtulit. Et cum longo post tempore in Galliam diuertisset, pueros quos Clementi commiserat, epistolis, versibus, carminibus, orationibus, panegyricis, scriptis, vt periculum de eorum ingenio, atque indole faceret, sibi exhiberi iubet. Vbi tenuiores præter spem profecisse, nobiles verò gaudijs corporis deditos,*

Ib. c. 2. §. .. n. 3.

Auentin. Boior. l. 4. p. 283.

cultum

cultum animi neglexisse deprehendit, illis ad dexteram seggregatis: Vos quidem macti virtute, inquit, estote filioli pientissimi, qui nostro imperio gnauiter defuncti estis, vestra erunt sacerdotia locupletissima, & Pontificatus maximi. Ego vos in aulam adscisco: ex vobis Senatores cooptabo: vos in album Prætorum, & patrum curiam adlegam. Deinde ad nobilium liberos, quos à læua collocarat, vultu haud iram dissimulans, ait at vos comatuli, & delicatuli freti opibus, & splendore parentum, nostram maiestatem conspreuistis, vitia, otia, luxum, & inertiam bonis literis virtutibusque contempto decreto nostro prætulistis, iubeo, & Deum immortalem testor, nihil penitus commodi, honoris, ne obolum quidem ab Imperatore vestro, cuius iussa aspernati estis, expectate: faxim vt omnibus mortalibus ludibrio viuatis: & in vos exempla edam, nisi resipueritis, & negligentiam diligentia expiaueritis.

XLVIII. *Danubio &c.* Carolus cum bellum quod cōtra Hunnos mouerat *conficere cuperet, & Pannoniam, iterum petere constituisset, allatum est ei copias, quas Theodoricus comes per Phrisiam ducebat, in pago Striustri iuxta Vuisuram fluuium à Saxonibus esse interreptas atquè delatas. Cuius rei nuntio accepto magnitudinem damni dissimulans, iter in Pannoniam intermisit: & cum ei persuasum esset à quibusdam, qui id sibi compertum esse dicebant, quod si inter Radantiam, & Alomoram fluuios, eiusmodi fossa duceretur quæ esset nauium capax, posset percommode à Dannubio in Rhenum nauigari (quia horum fluuiorum alter Dannubio, alter Rheno miscetur, confestim cum omni comitatu suo ad locum venit: ac magna hominum multitudine congregata totum autumni tempus in eo opere consumpsit. Ducta est itaquè fossa inter prædictos fluuios decem millium passuum longitudine, latitudine trecentorum pedum: sed incassum: Nam propter iuges pluuias, & terram quæ palustris erat nimio humore naturaliter infectam, opus quod fiebat, cōsistere non potuit. Sed quantum interdiu terræ à fossoribus fuerat egestum, tantum noctibus humo iterum in locum suum relabante subsidebat.* Totum autumni tempus in tam præclarum opus, absumptum est: inuidente fortuna labori, qui inuito Cælo ceptus erat. Camporum grana si pecus gustabat, è vestigio peribat. Voces mugientium, quæ noctu resonabant, naturæ habiti sunt lamentaiones, nè ejus termini prę-

[margin: *Aimo. l. 4. c. 84.*]

terirentur. Tanti operis testimonium numisma, facit.



[margin: *Iacob. à Bie in Gallia metallica*]

XLIX. *At miserendi &c.* Saxonici Belli finis post tertium supra trigesimum annum cælesti potiùs creditur quàm terrestri conclusum gladio, Vuedekindus enim *visitatus à Domino ad lumen respexit: & iuncto secum Albione viro primario qui trans Albin dominaretur in ea, quæ nunc est Holsatia interueniente, ex aulicis quodam ad Regem Karolum, qui ad visurgum castra habebat, perducitur, Christi baptismum iam sponte deposcens. Tradunt nonnulli, quòd suprà significauimus, regem tùm in Bardevvico consedisse, quum ad eum VVedekindus perueniret. Alij etiam adijciunt in Mynda fuisse illi salutis initiū. Tradunt enim ducem scrutandi auidum, lembo per pronum flumem deuectum, lacero habitu inter stipem poscentes consedisse; Quumquè, sacratissimo die Paschæ ex more Christiano omnes sacram Communionem subirent, vidisse Vvedekindum ad os regis ludibundi speciem pueri, eoquè conterritum miraculo Christiana sacra postulasse. Rex susceptos in gratiam iussit baptizari, ipse suis manibus Vvedekindum honoris gratia sustollens. Inde Saxonia iam pacata quieuit, & semel susceptam fidem nunquam reiecit. Interea diuinæ Rex intentus Religioni, Bremensem quod diximus fūdauit ecclesiam, prædijsquè magnificè dotauit, episcopum consecrari faciens virum de his terris optimè meritum S. Vvillehadum, natione Anglicum: qui post mortem Sancti Bonifacij moguntinensis Episcopi, annis XXXV. in Phrisia, & Saxonia Verbum Dei disseminauit, magno labore, incredibili periculo. Extant literæ eiusdem regis desuper, terminos donatæ ditionis commonstrantes, quarum exemplum supra posuimus. Idem quoq; Rex Ante post quàm annis alijs septem fundauit in ea Prouincia ecclesias (donans regalia Pontificibus, quòd intelligeret populum infrænem posse religione contineri, armis verò placari non posse)*

[margin: *Krantz. Saxon. l. 2. c. 3*]

posse) verdensem, Myndensem, Padeburnensem, Osnaburgensem, & vltra Veseram. Hildesemensem, & Halberstadensem. Erant illis temporibus alia prima ecclesiarum fundationis loca, & perinde nomina quæ cum translatis sedibus sunt in hanc appellationem commutata. Magdeburgensem aut vicinum archiepiscopatum posteà Magnus Otto, domita gente Vandalorum, instituit. Hoc ordine finitum est bellum Saxonicum atrocissimum, & diuturnum, quod pro diuturnitate temporis, & magnitudine laboris, magnũ, & desiderabilem habuit exitum: durabat autem annos suprà triginta.

Cap. 24. *Vvedekindus autem pacatus in sua sedet prouincia, Vvestphaliam solam gubernans: nam vltra visurgum prouincia, & angustijs Vvandalorum premebatur, & quod tenuère ditionis Pontifices gubernabant. Armorum insignia, quæ militaribus (vt fit) signis præferebant, pullum equinum habebant atrum. Sed placuit regi, postquàm de tenebris gentilium errorum peruenit in lucem veritatis, vt candidum acciperent. Ea verò sunt vetustissima Saxoniæ Arma, sæpius inde mutata, vel leonibus ex Anglia allatis, per Henricum ducem Cognomento Leonem: vel stratorijs in Clypeo lignis, quæ rutæ sertum ex obliquo condecorat, per Bernhardum prius Comitem de Anehold, inde verò surrogatum Henrico Leoni in Ducatum Saxoniæ, quum ille per Fridericum I. solemni Imperij Conuentu per sententiam deponeretur. Vvedekindus autem, quum rex illum Karolus baptizatum in sua (vt diximus) prouincia gubernare permitteret, ædificato in Anglaria (nunc Angriam vocant) insigni templo, instituto Collegio sine fine Deo seruientium, quod nunc in Heruordiam ferunt esse translatum, ibiquè, dominabus imperitantibus seruit plurimũ, ipse in Christo deuotus religione profecit. Sed erat illi ex magnis causis cum Geroldo Sueuorum Duce atrox bellum, quod varia diù fortuna protraebatur. Mirum quomodò tàm longinquum: ex Sueuia in Saxoniam. Sed erant Saxonibus prædia (quod suprà ostendimus) in Hercinia, & Sueuis in Turingia: vndè facile potuit conflari de terminis bellum. Sed eo consumptus perijt Vvedekindus, christiano ritu sepultus in ecclesia eius quod fundauerat collegij: ibiquè aliquandiù quieuit, donec in Padeburnam à filijs transferretur.*



Apud Ia- cobum de Bie in Gallia Metallis ta.







Et in Desiderij &c. Longobardici regni periodus sub anno 774. non tàm ab historicis, quàm ex numismatibus colligitur. Duo vidi, quæ Lectorum gratia cudenda curaui. L.

Ex





LI. *Ex Alpibus Pyrrenæos*. In Saxonia cùm degèret Carolus, ad eum de Hiſpania Sarracenus quidam nomine *Ibinalarabi* cùm ſocijs ſe, ac ciuitatem dedens, quibus eum Rex Sarracenorum præfecerat: cuius perſuaſione *ſpem capiendarum quarundam in Hiſpania ciuitatum haud fruſtrà concipiens congregato exercitu profectus eſt: ſuperatoque in regione Vaſconum Pyrrenæi iugo primò Pompelonem Nauarrorum oppidū aggreſſus in deditionem accepit, indè Iberum amnem vado traijciens, Cæſarauguſtam præcipuam illarum partium ciuitatem acceſsit: acceptiſque quos Ibinalarabi, & Abithaur quoſquè alij, quidam Saraceni obtulerunt, obſidibus, Pompelonem reuertitur. Cuius muros, nè rebellare poſſent, ad ſolum vſquè deſtruxit: ac regredi ſtatuens, Pyrrænei ſaltum ingreſſus eſt. In cuius ſummitate Vaſcones inſidijs collocatis, extremum agmen adorti, totum exercitum magno tumultu perturbant. Et licet Franci Vaſconibus tàm armis quàm animis præſtare viderentur, tamen, & iniquitate locorum, & genere imparis pugnæ inferiores effecti ſunt. In hoc certamine plerique Aulicorum, quos Rex copijs præfecerat interfecti: direpta impedimenta, & hoſtis propter notitiam locorum ſtatim in diuerſa dilapſus eſt. Cuius vulneribus reccordatio magnam partē rerum fæliciter in Hiſpania geſtarum in corde Regis obnubilauit.* Quot vicibus in Hiſpaniam contenderit Imperator, variant chronographi, ſub anno 774. triumphum egiſſe ex numiſmate patet.

Annal. Eghin. ſub anno 773.



Iſtis in prælijs cecidiſſe Rolandum Caroli ex ſorore nepotem non ferro tamen ſed ſiti, poſtquàm manu, ſingulari in certamine Mauſirium Summum Sarracenorum Ducem iugulauit, hiſtoria eſt. Ad eius ſepulchrum vnà cum cornu, Caroli iuſſu gladium illum fuiſſe appenſum, quo Ferracutum gigantem Sarracenicum. 12. cubitos altum, & robore, 40. viros æquantem transfodit in annalibus eſt. Eiuſdem Caroli pro Nepote hoc legitur Epitaphium

Sabell. En 8 Girald. l. 3 Camer

Tu patriam repetis, triſti nos orbe relinquis
Te tenet aula nitens, nos lachrymoſa dies.

Bauariæ &c. In Suburbano Mogontiacenſi, in villa quæ vocatur Ingilinheim Carolus cum degèret, & generalem populi ſui conuentum decreuiſſet, Taſſilonem Bauariæ Ducem crimine Maieſtatis Baioarij accuſarunt, obijcientes ei, *quod poſtquàm filium ſuum obſidem Regi dederat, ſuadente coniuge ſua Luitberga (quæ filia Deſiderij Regis Longobardorum fuit,) & poſt patris exilium Francis inimiciſsima ſemper extitit in aduerſitatem Regis; & vt bellum contra Francos ſuſciperent, Hunnorum gentem concitarat. Quod verum fuiſſe, rerum in eodem anno geſtarum probauit euentus. Obijciebantur ei, & alia complura, & dicta, & facta, quæ non niſi ab inimico irato fieri, vel proferri poterant: quorum ne vnum quidem inficiari cæpit. Sed noxæ conuictus, vno omnium aſſenſu, vt maieſtatis reus, capitali ſententia damnatus eſt. Sed clementia Regis licet morti addictum liberare curauit. Nam mutato habitu in monaſterium miſſus eſt: vbi tàm religioſè vixit, quàm ipſum libenter intrauit. Similiter, & Theodo filius eius tonſus eſt, & monaſticæ conuerſationi mancipatus. Baioarij quoquè, qui perfidiæ ac fraudis eorum conſocij, & conſentanei fuiſſe reperti ſunt, exilio* LII.

Aimoi. lib. 4. c. 80.

per

per diuersa loca relegantur. Hunni vero sicut Tassiloni promiserunt, duobus exercitibus comparatis, vno Marchā Foroiuliensem, altero Baioariam aggressi sunt frustra. Nam in vtroque loco victi, fugatiquè sunt: & multis suorum amissis, cum magno damno ad loca sua se receperūt. Quam iniuriam velut vindicaturi, iterum Baioariam maioribus copijs petierunt. Sed in prima congressione pulsi à Baioarijs, & innumera eorum multitudo cæsa: multi etiam ex eis, qui per fugam euadere conati Danubium tranare voluerunt, gurgitibus absorpti sunt &c. Rex autem in Baioariam profectus, eandem prouinciam cum suis terminis ordinauit, atquè disposuit. Vnde Bauaria subiecta Gallis, vt ex numismate patet.



LIII. *Bohemi &c.* Thriumphum in Bohemos egisse Carolum non tantùm locupletati referunt annales, quantùm speciosa numismata: vt de Bohemis.



De Abaribus.



Fides exercituum, scilicet, quæ absenti Carolo Abarum ideſt Hunnorum geminatam retulit victoriam. *Danorum Rex Godefredus &c.* Imperator Aquisgrani cum ageret, contrà Godefridum Regem expeditionem meditans, *nuncium accepit, classem ducentarum nauium de* LIV. *Nordmannia Frisiam appulisse, totasque Frisiaco littori adiacentes insulas esse vastatas, iamquè exercitum illum in continenti esse, ternaquè prælia cum Fresonibus commisisse, Danosquè victores tributum victis imposuisse, & vectigalis nomine centum libras argenti à Frisonibus esse solutas, Regem vero Godofridum domi iam esse, & reuera ita erat. Qui nuncius adeò Imperatorem concitauit, vt missis in omnes circumquaquè regiones ad congregandum exercitum nuncijs, ipse sine mora palatio exiens, primò quidem classi occurreret: deinde verò transmisso Rheno flumine, in loco, qui dicitur Lippeham, copias, quæ nondum conuenerant, statuit operiri. Vbi dum aliquot dies moraretur, Elephas ille, quem ei Aaron Rex Sarracenorum miserat, subita morte perijt. Congregatisquè tandem copijs quanta potuit celeritate ad Alarum fluuium contendit, castrisquè iuxtà confluentem eius,* quo *Vuisuræ flumine coniungitur, positis, minarum Godofridi Regis præstolatur euentum. Nam Rex ille vanissima spe victoriæ inflatus acie se cum Imperatore congredi velle iactabat. Sed cum Imperator memorato loco statiua haberet, diuersarum rerum nuncia ad eum defferuntur. Nam, & classem, quæ Frisiam vastabat, Domum regressam, & Godofridum Regem à quodam suo satellite interfectum, castellum vocabulo Hobbuochi Albiæ flumini adpositum, in quo Odo Legatus Imperatoris, & Orientalium Saxonum erat præsidium, à Vuilzis captū; & Pipinum filium eius Regem Italiæ. VIII. Id. Iulij de corpore migrasse: duasquè legationes de diuersis terrarum partibus, vnam de Constantinopoli, alteram de Corduba, pacis faciendæ causa, aduentasse narratur,* vt ex numismate patet.

Annal. Fulden. An. 810.



Qui-

Quibus ille acceptis, diſpoſita pro temporis conditione, Saxonia, Domum reuertitur.

LV. *Epiſcopatus &c.* Inter Epiſcopatus à Carolo inſtitutos, vltra reſtitutos, hi numerantur

Anno C.777. Salingſtadenſis, ſiuè, Oſteruuicenſis.
Anno C.778. Halberſtadenſis.
Anno C.780. Padebornenſis.
Anno C.780. Oſnaburgenſis
Anno C.785. Mindenſis.
Anno C.788. Bremenſis.
Anno C.791. Mimingerodenſis.
Anno C...... Hildesheimenſis
Anno C...... Bardouicenſis, qui hodie Vendenſis eſt, cuius primus Epiſcopus fuit Suuibertus.
Anno C. Schirenſis, qui Magdeburgum poſtea translatus eſt. Vbi olim Venus, & Gratiæ colebantur,
Anno C.811. Hamburgenſis.

[Matthias ... Chriſtia. ... vita Caroli M.]

Byzantinus &c. Carolum Romæ degentem

LVI. Zaccharias presbiter adijt, *quem Rex Hieroſolymam miſerat, cum duobus Monachis, quos Patriarcha cum eo ad Regem miſit: qui benedictionis gratia, claues Dominici ſepulchri ac loci Caluariæ cum vexillo detulerunt. Quos Rex benignè receptos, per aliquot dies ſecum detinuit: & redire volentes, remuneratos abſoluit.* Tanti muneris memoria numiſmate tali recolitur.

[...moin. ...b.4.c.]



Galliæ, & Romæ &c. Romæ cum Paſcha celebraret Carolus vnà cum Hadriano Ponti-

LVII. fice, *orta eſt contentio per dies feſtos Paſchæ inter cantores Romanorum, & Gallorum. Dicebant ſe Galli meliùs cantare, & pulchrius quàm Romani. Dicebant ſe Romani doctiſsimè cantilenas Eccleſiaſticas proferre, ſicut docti fuerant à Sancto Gregorio Papa: Gallos corruptè cantare, & cantilenam ſacram deſtruendo, dilacerare. Quæ contentio ante dominum Regem Carolum peruenit. Galli verò propter ſecuritatem Domini Regis Caroli valdè exprobrabant Cantoribus Romanis. Romani verò propter auctoritatem magnæ doctrinæ, eos ſtultos, ruſticos, & indoctos, velut bruta animalia, affirmabant, Et doctrinam Sancti Gregorij præferebant ruſticitati eorum. Et cum altercatio de neutra parte finiret, ait dominus pijſſimus Rex Carolus ad ſuos Cantores: Dicite palam, quis purior eſt, & quis melior, aut fons viuus, aut riuuli eius longè decurrentes? Reſponderunt omnes vna voce, Fontem, velut caput, & originem, puriorem eſſe: riuulos autem eius, quantò longius à fonte receſſerint, tantò turbulentos, & ſordibus, ac immunditijs corruptos. Et ait Dominus Rex Carolus. Reuertimini vos ad fontem Sancti Gregorij, quia manifeſtè corrupiſtis cantilenam Eccleſiaſticam. Mox petijt dominus Rex Carolus ab Adriano Papa Cantores, qui Franciam corrigerent de cantu. At ille dedit ei Theodorum, & Benedictum Romanæ Eccleſiæ Cantores, qui à Sancto Gregorio eruditi fuerant: tribuitquè antiphonarios Sancti Gregorij, quos ipſe notauerat nota Romana. Dominus verò Rex Carolus reuertens in Franciam, miſit vnum cantorem in Metis ciuitate, alterum in Sueſionis Ciuitate: præcipiens de omnibus ciuitatibus Franciæ Magiſtros Scholæ Antiphonarios eis ad corrigendum tradere, & ab eis diſcere cantare. Correcti ſunt ergo Antiphonarij Francorum, quos vnuſquiſquè pro arbitrio ſuo vitiauerat, addens vel minuens, & omnes Franciæ cantores didicerunt notam Romanam, quam nunc vocant notam* Francicam: *exceptò quòd tremulas, vel vinnulas, ſiue colliſibiles vel ſecabiles voces in cantu non poterant perfectè exprimere Franci naturali voce barbarica frangẽtes in gutture voces potius quàm exprimentes. Maius autem magiſterium cantandi in Metis ciuitate remanſit. Quantumquè magiſterium Romanum ſuperat Metenſe in arte cantilenæ, tanto ſuperat Metenſis cantilena cæteras ſcholas Gallorum. Similiter erudierunt Romani cantores ſupradicti cantores Francorum in arte organandi. Et Dominus Rex Carolus iterum à Roma artis Grammaticæ, computatoriæ magiſtros ſecum adduxit in Franciam, & vbique ſtudium literarum expandere iuſsit. Ante ipſum enim Dominum Regem Carolum in Gallia nullum ſtudium fuerat liberalium artium.*

[Annal. ...gol. ...ò anno ...87.]

Moſaicas &c. Vniuerſos *Veteris, ac noui inſtrumenti libros librariorum imperitia, lectorum oſcitantia, interpretum inſcitia, & iniuria tempo-* LVIII. [Auent. 4. Annal. p. 284]

rum deprauatos, adamuſsim, & veritatem fontis correxit. Extat publicum decretum: nec ſiuit, vt tanti Imperatoris verbis vtar, in diuinis lectionibus, templiſquè inter ſacra officia, inconditos ſolæciſmos, barbariſmoſquè inconcinnos obſtrepere. Euangeliſtarum etiam edidiſſe ſuadet concordantiam numiſma.



Angelus, enim, Aquila, Bos, & Leo Hyerogliphica Euangeliſtarum vnà currum trahentia diſcordiam ſignant concordem. De
LIX. Caroli cum Romana Eccleſia fædere, à qua Eccleſiæ defenſor, & Occidentis Imperator legitur inauguratus in numiſmatibus videre eſt, quorum duo ſunt.



Sacrum fœdus, & cum Hadriano Pontifice fuit.



Carolo Imperatori Occidentis, & Romanæ Eccleſiæ Defenſori, titulus à Leone III. donatus, quum Græcorum incuria, langueret Italia facta Barbarorum præmium.

Moriẽs. Nã anno Chriſti MCLXVI. Indictione XIIII. *Imp. Friderico primo Cæſ. Auguſto imperante in numerum Cælitum relatus eſt.* (Auent. … Annal. … 285.) LX.
Idem ſcribit Gaguinus: *Carolus ob vitæ merita in numerum ſanctorum relatus eſſe à pleriſquè creditur. Cui etiam loci incolæ diem feſtum agunt. Idque ab Eccleſia Romana permitti Hoſtienſis Iuriſconſultus tradit. Quo exemplo Ludouicus Vndecimus Carolum à Pariſienſibus coli noſtra ætate te imperauit: miſsis vicatim nuntiijs, qui diem feſtũ celebrari populo indicerent pæna capitis repugnantibus indicta.* (In vita Ludouici Pij.) Adorauit eũ Otho III. canonizauit vel Paſchalis II. vel Paſchal. Antipapa, & canonizationem veneramur irreuocatam. (Baron. Ann. 81… Sicur d… Sauſſay in notis Breuiarij.)

LXI. *Videns abſquè virga manare aquam de petra.* Cum Saxoniæ degeret Imperator, & aqua deficeret in loco vbi Emenſul idolatrabant: velletque ibi tres dies ſtare glorioſus Rex ad deſtruendum fanum, & *valde homines, & iumenta ſitirent, ſubita Chriſti gratia, media die cuncto exercitu quieſcente, apparuit eis torrens ebulliens ſalubres aquas, & cunctus exercitus, & iumenta eorum ſufficienter recreati ſunt: & tamdiu ebullijt aqua viua, donec fanum deſtructum eſt.* (Annal. Egolſ. an. 772.) Sic decertantibus circa Baſilicam S. Bonifacij in Friedislar Saxonibus, & Francis, illi vt cremarent, hi vt protegerent, *duo iuuenes in albis, qui ipſam baſilicam ab igne protegebant,* apparuere. (An. 773.) *Et propterea ibidem non potuerunt neque interius, neque exterius ignem accendere, nec aliquod damnum inferre baſilicæ: ſed nutu diuinæ Maieſtatis pauore perterriti, in fugam conuerſi ſunt nemine perſequente.*

LXII. *Orientis libido.* Orientale imperium affectaſſe Carolum, & occupare tentaſſe Krantzius teſtis eſt. (Saxoniæ lib. 2. c. 18.) *Quum* enim in Franciam rediret Carolus iam Romanorum declaratus Auguſtus, *excepit oratores Irenes Conſtantinopolitanæ Imperatricis, pacem Græcis, & Gallis interponentes: metuebat enim ſibi mulier à proceribus regni ſui. Icta ſunt fædera, & remiſit Imperator Carolus Ieſſe Ambianenſem Epiſcopum oratorem ſuum ad poſtulandum Irenes coniugium. Sed dum adhuc ibi Imperatoris legati manerent, Nicephorus inuaſit imperium, capta muliere, & in monaſterium detruſa: proſpexere enim proceres Græci, quid illæ nuptiæ portenderent. Remiſit tamen Nicephorus etiam ſuos oratores ad Carolum ad confirmanda fædera: & inuento eo ſuper Salam fluuium, reſponſa cum literis placida retule-*

tulerunt. Huiuſce fœderis numiſma viget, quod ſupra retulimus.

LXIII. *Scholam patris ingreſſæ filiæ.* Eginardum Carolo familiarem fuiſſe legimus. *Erat enim cancellarius Imperatoris. Ferunt ab* Imma, *Caroli filia adamatum: cumquè amoris ardentioris, & mutui affectum exuere non poſſet, nec tamen aures Virginis per internuncium appellare auderet, nouiſsime proiecta audacia ad puellæ conclaue clã acceſsiſſe, ibidemquè intromiſſum, quaſi ad eam mandata Regis ſecreta haberet, ſolum cum ſola egiſſe, datiſq; amplexibus cupido ſatisfeciſſe amori: deprehendiſſe hoc Imperatorem, veſtigis in niue obſeruatis: Licet elegantiſsima iuuencula, quã audacem faciebat Amor, tergo inſidentem, exceptumquè, ad locum Hoſpitio contiguum deportaſſet: ibiquè depoſita Sarcina per eadem veſtigia cautiùs obſeruata rediſſet. Imperator partim admiratione, partim dolore permotus, non tamen abſquè diuina diſpenſatione id fieri apud animum reputans, ſeſe repreſsit, & viſa interim ſilentio ſuppreſsit: rem tamen, vbi Eginardum ſe fuga ſubducturum animaduertit, ad Senatum detulit, ſententias ſingulorum exquiſiuit, vbi omnium ſuffragio ad acerbiſsima ſupplicia condemnatus eſt Eginardus. Tum Imperator, & honori filiæ, & timori Eginardi conſulens, attonitis omnibus, & conſternatis, Eginardum ex improuiſo abſoluit, eique filiæ nuptias conciliauit.*

Iacobus Turso. l. cent. cap.8. Matth. Christiã. 817.

Singrapham. Decimo quarto Imperij anno febri correptus Carolus: *Aquiſgrani finem viuendi fecit. Ante tamen mortem cum Beato Aegidio quem pro ſanctitate venerabatur agebat, vt pro ſe dominum deprecaretur. Fertur tenuiſſe peccatum quod nemini pandebat. Sed Sanctus oratione inſtituta impetrauit, vt Schedam ab Angelo ſuſciperet, in qua deſcriberetur Imperatoris celata culpa, cum abolitione impetrata. Id quale fuerit, etſi coniectura aſſequimur; ſilentio tamen tegere modeſtius eſt.* LXIV.

Krantz. Saxon. 2.c.2.

CAPVT NONVM.

De Literis, & Armis.

Imperatoriam Maieſtatem non ſolùm armis decoratam, ſed legibus oportet eſſe amatam.
Iuſtinianus Imper. in prohæm. Inſtit.

1. *Alex. M. nouum auſpicabatur Orbem.*
2. *Turcarum Bellum cum Venetis.*
3. *Athenienſes quomodo legem ſcriberent.*
4. *Aquilæ Imperialis laus.*
5. *Mercurius penès antiquos vltimus inter Deos.*
6. *Minerua in dextris Ioui aſsiſtit.*
7. *Pompeius è caſtris reuertens ſcientiarum Numina primùm ſalutabat.*
8. *Dionyſius Siracuſanus ſapientum amator.*
9. *Leges quantùm proficiant Reipublicæ.*
10. *Romani Cælo tonante haud legem condebãt.*
11. *Numa Pompilius quantum profecerit Reip.*
12. *Olea militum donabatur Sapientibus.*
13. *Legum, armorumque cognatio.* 20.
15. *Malopunicum concordiæ argumentum.*
16. *I. Cæſar Semideus: cur ex vtroquè Cæſar?*
17. *Leges ad quid?*
18. *Romulus quomodo regimen diuiſerit.*
19. *Pallas à Iouis capite naſcitur.*
20. *Romani vincebant ſedendo.*
21. *Carolus M. ſignabat decreta gladij capulo.*

I. NHVMANVM Alexãdri animum aiebat antiquitas, quùm nouum auſpicaretur Orbem, quẽ Martis grauidaret fulminibus. Quid ſi viuentes offenderet Monarchas, quorum armis tumeſcit Italia, ſanguine cruẽtatur Europa, nudata Africa Mauortijs circũfunditur monſtris, Aſia ipſa conflatur in enſem; aurea noui Orbis exenterantur viſcera, Cælique decoctis officinis ſolus ridet in fornace Vulcanus. Luna æmula ſolis cæleſtes confundens gyros, Leonis vſque peruenit limina, qui tamen quinti luſtri ſpatio vigilans ad poſtes quotidie, ſanguinis Lunæ vallo Solis circumdedit tribunal. Fortiſſimus Leo inter tot Belli caſus, legum innixus codici, adhuc te-

Turcarũ Bellum cum Venetis. II.

net apertum arma iuribus, non iura armis æquilibranda rugiens. *Cunctis Dijs, hominibusque testatum facio, diu spreuisse tela, tandem ferrum intulisse coactus;*
III. Atheniensium more canones Venetis stylo exarantibus ferreo. Sed quò Aquilas euolare permitto? nec permittente volabunt, inter scriptorum cancellos factæ deargentatæ columbæ, quæ pennis deplumantur, nè in manibus literatorum deficiant calami.
IV. Sub vmbra alarum vestrarum, eruditorum turba primis donata folijs, aureis deuincitur catenis. Damnatis Antiquis, quia
V. Mercurij gloria, vltimum propinarent poculum, & in cathedra, & in conuiuio Palladem profitemur Ducem.
VI. Minerua in dextera assistens Cæsari nisi vna togatos armatos admittit milites: minimè subditorum oblatis plaudens muneribus, haud sapientiæ sale conditis.
VII. Militum redeuntium è castris Pompeiano more post Mithridatis pugnam, primum est Scientiarum numina salutare. Togatorum ridet purpura,
VIII. cum auriga Dyonisio Syracusano, in ipso tyrannidis carpento triumphat Sophia.
IX. Expertum enim Rempublicam solis coalescere legibus vtì corpora mente. Vndè Catones plus Reipublicæ credant profuturi, si militarem cõferant disciplinam in literas: animoque forti, & prudenti Patriæ accersendam gloriam, vt acquiratur

Pax optima rerum
Quas homini nouisse datum est.

Romanorum diuturni mores tonante Cælo,
X. nulla legum condendi potestas, vt mutescerent iura, quandò furor arma ministrat. Haud Mũdi lustrassent polos Romuleæ Aqui-
XI. læ, si Numæ Pompilij columbæ vicinarum nationum furorem legibus non dulcorassent: quarum sub armato clypeo, iura, iudicia, religionem, omniumque rerum publicarum opes, & potentiam, Regia obseruantia contineat, propugnet, fecundet. Olea, qua for-
XII. tiores coronabantur athletæ, sapientiæ Numini donabatur, quia si armis imperatoria decoratur maiestas, armatur literis.
XIII. Mercurij simulacro Herculea innitebatur claua, vt Romanæ Reipublicæ tuitio de stirpe duarum rerum armorum, scilicet, atquè legum veniens, vimquè suam exinde muniens, felix Romanorum genus reliquis quàm præclaris genti-
XIV. bus anteferret. Istorum alterum alterius auxilio semper eguit, nec minùs (teste Augusto) militaris res legibus in tuto collocata est, quàm ipsæ leges armorum præsidio seruatæ sunt.
Athenis, Mineruæ statua malopunicum (concordiæ argumentum) gerebat in dextris, galeamquè in sinixtris, vt armorum, ac legum conuertentia, fundari Respublicas præsignaret. XV.
Tanta legum, armorumquè cognatio, vt quasi mutuas operas tradant, & amicè conspirent. Arma sine legibus parùm abessent à latrocinijs, & leges sinè executione latrarent sinè viribus iræ. Numquàm ab humilibus principijs ad tantum fastigium Romana peruenisset Respublica, nisi Magistratibus hinc, indè in prouincias subactas missis, armorum iuxtà, ac legum potestatem fecisset. Romani (ait *Iamblicus*) armis, & legibus exercentes sese, Orbem terræ suum fecerunt: armis siquidem construxerunt, legibus conseruarunt. XVI.
Propterea Iulium Cæsarem Pompeio in Pharsalicis campis deuicto triumphum agentem Senatus curru in capitolio aduersum Iouem, ita donauit. Stabat ipse super Orbis terrarum imaginem, sub titulo: *Semideus est*. Vel cum alijs; stans super Mundi globum sinistra tenens librum, dextera gladium, sub titulo; *ex vtroque Cæsar*. imperium scilicet acquirendo, acquisitum conseruando,

Non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri

Duo sunt, ex Sexto Aurelio in Traiano, quę ab egregijs expectantur Principibus; Sanctitas domi, in armis fortitudo, vtrobiquè pruden-
tia. Quid enim studiosius humanis reperitur XVII.
in rebus, quàm venerabiles sanctiones, per quas diuinæ, humanæquè res ab improbis proteguntur, earum metu, hominum refrenatur audacia, tutaquè fit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio comprimitur nocendi facultas. Roma-
næ Vrbis excitator ille Romulus populum XVIII.
suum ita descripsit, vt centum consilijs præessent, & centum armis defenderent. Vnde Poeta

Tu regere imperio Pupulos, Romane, memento,
Hæ tibi erunt artes, pacisque imponere morem;
Parcere subiectis, & debellare superbos.

Quid dignius (aiebat Theodoricus Gothorum Rex) die, noctuque assidua deliberatione voluamus, nisi vt Rempublicam nostram si-

cut

cut arma protegunt: æquitas quoque inuiolata custodiat. Parùm arma foris, si domi deficiat consilium. Leges iudiciorum sunt arma, quibus calumniantium expellitur iniquitas; & armata vis intra cancellos disciplinæ

XIX. coacta, metuenda voluptas est, quæ hostes ipsos etiam profligando delectat. Bellorum numen Pallas non alium gloriatur parentem, quàm Iouis caput: nec Mundi patria, Roma extulit ingens cornu, quàm Belli virtute, & sapientia pacis: vndè ex Varrone sedendo, vin-

XX. cerent Romani, alij pugnando.

Nec arma sine consilijs,

(Cecinit Comes Franciscus Nadasd) *In elogio X. Reg. Hungar.*

Nec consilia sine armis,
Aut formidabilia hosti,
Aut victricia esse possunt militi.
Pulcherrima bellici corporis symmetria,
Cui caput Palladis, manus autem sunt Martis;
Fertiles ibi ad messem gloriæ agri,
Vbi Martialis aratri vomeres
Galeata regens Minerua, arma serit:
Omnia alia execranda sint in campis connubia;
Martis cum Pallade Sacrosanctum.
Vir aliarum mulierum
Hæc mulier caput esto viri
Acephalo ne fide militi,
Cuius tota in manibus spes est.
Non gloriæ, aut Virtuti,
Sed cæcæ adscribe Sortis aleæ
Si quas solæ, inconsulto capite manus
Ab hoste extorsit victorias,
Nulla quidem sine metu geruntur bella.
Numquam tamen sine certo periculo,
Quæ sine consilio.

Magnus Carolus armorum fulcro labantem haud sustinuisset Orbem, ni literarum catena esset opitulata Pallas. Acquirunt arma, seruant iura; sique legum fixa clauo diuturna Belli violentia. Manibus prospicit Platonis Respublica, & viuentium laniena est aula illa, cuius sceptrum vti ferrum sine temperatura crudescit. Harmonia quædam est regimen, Herclè sonora, si loco, & tempori arma, literæquè subiaceant. In gladij capulo Carolus leges exculpsit, vt monumentum dynastis esset, iuribus arma tractare. XXI.

CAPVT DECIMVM.

De Religionis Necessitate.

1 *Deus quid sit non quæritur.*
2 *Dei definitio.* 23.
3 *Religio naturaliter insita.* 6.
4 *Rationalitatem præcedit.*
5 *Promethæi fabula Religio inuoluitur.*
7 *Henoch primus inuocauit Deum.*
8 *Vana religio.*
10 *Numa ædificauit religione Romam.* 16.
11 *Religio falsò dicitur hominum inuentum ad decipiendos homines.*
12 *Helena Cornelia sapiens, & religiosa.*
13 *Religio vnde dicatur.*
14 *Religionis definitio.*
15 *Deorum stipendia templa sunt.*
16 *Sacrificium tuba est, quæ Deos vocat ad arma.*
17 *Romam vti sacrarium adorabant exteri.*
18 *Bellum incipiebant Romani à Deorum supplicationibus.*
19 *Potitiorum interitus, quia dedignantur sacrificare.*
20 *Actio vulgaris de religione.*
21 *A religione omne bonum; è contra &c.*
22 *Regis tria officia.*
23 *Ius publicum tria habet capita.*
24 *Pietate sublata, nulla societas.*
Religionem dementes negant. ib.
25 *Legum summa opinio de Dijs est.*
26 *Qui timet Deum, timet Regem.*
27 *Religio omnia præcedit.*
28 *Lex & Religio imperij oculi.*
29 *Bellum non indicebat Senatus, ni Pontifex adprobaret.* 36.
31 *Libri contra religionem cremantur à Romanis.*
32 *Libri perniciosi à Tridentino Concilio prohibiti.*
63 *Romani titulo religionis alias superarunt nationes.*

tiones. 67. 68.
34 *Romani victi, cum irreligiosi.*
35 *Agesilai Religio.*
37 *Tubæ Bellicæ in manu sacerdotum.*
38 *Iosues non armis sed tubis Iericho occupauit.*
39 *Iubilæi buccinæ quid essent.*
40 *Defensio ciuitatum à Deo est.*
41 *Persidis Macedonum Regis Religio.*
42 *Luminum maius, quod ab alto venit.*
43 *Solimani religio, & fiducia in Deo.*
44 *Scala Iacob figura rotæ mundanæ.*
45 *Mundanæ res quomodo firmentur?*
46 *Iudæi inuicti, cum religiosi.*
47 *Iudæus* Sabadai *religionis prætextu motus excitat.*
48 *Iudæorum religio. Carcerem voluntarij ingrediuntur.*
49 *Romanorum iuuenes missi ad discendam religionem.*
50 *Galli religiosi.*
51 *Calligulæ impietas, & pietas.*
52 *Leones in templo mansueti.*
53 *Elephantorum religio.*
54 *Carolus M. religionis medio Saxones in ordinem redigit.*
55 *Principis religio quantum conducat &c.*
56 *Sacerdotium, & imperium vnà iuncta.*
57 *Macchiauelli impietas.*
58 *Enceboli impietas.*
59 *Vandalorum impietas.*
61 *Elisabethæ Anglæ impietas.*
Ibraimi Turcarum Imper. impietas.
62 *Græci cur Centauri curæ traditi?*
63 *Flandri, cum irreligiosi, inquieti.*
64 *Qui temeratæ religionis dedere pœnas.*
65 *Vratislai Poloni miraculosa cædes, quia periuri.*
65 *Sultani fides, oratio.*
66 *Pompeij fides, religio.*
67 *Carthaginenses legati quomodo Romæ habiti.*



I. DE Deo *quid sit?* haud quæritur: finiti ad infinitum nulla proportio; etsi Academici, & Pythagorei satisfacere soleant, ita
II. ponendo: *Vnum, est à quo, per quod, & in quo, & ad quod omnia sunt, ordinantur, permanent, continentur, implentur, & conuertuntur; tamquam primum Vnum, & primum Ens*. Hinc Dei
III. cultus nobis naturaliter insitus rationem ipsam præcedit; & illo plus quàm rationalitate
IV. à cæteris discernimur animantibus. Ex eo autem liquet; quia quotiès periculis, timoribus, vel gaudijs obruimur, statim iunctis manibus in Cælum dirigimus lumina (& rebus facillimè ad naturam suam redeuntibus) eò tendimus, vndè venimus. Promethei fabula my-
V. sterium inuoluitur. Cælestis illa flamma, quæ cadaueribus immisit spiritum, eorundem sollicitat corda, & quasi secum trahit, vt vnà repetant centrum. Veiorum expugnatam Vrbem militibus populantibus, Camillus dum
VI. ex arce contemplaretur, illachrymauit primùm: Deinde cum felicitatem eius plauderent circumstantes, manus ad Cælum tollens precatus est. *Iupiter Opt. Max. Dijquè recte malefactorum arbitri, haud vos latet non iniuste nos, sed necessitate compulsos ab infestorum, & nefariorum hostium ciuitate persequi pœnas*. Hu- VII.
iuscemodi Ritus *Domini* inuocãdi nomen varius penes gentes, licet naturalis, & in nationibus perantiquus vsque ad Henochi tempora, qui quo ritu Deus inuocandus esset, instituit. *Iste cœpit inuocare nomen Domini*, idest Genes.4.
hominum cœtus sunt instituti ad publicas catecheses, & preces vt per sacrificia, aliosquè ritus, & cæremonias Dei peragerent cultum. Priuata enim sacrificia ipso Henoch [a] priores Abel, & Cain obtulerunt Domino: de primogenitis gregis ille: de fructibus [b] terræ iste. Ad munera cuius minimè respiciens Dominus, protestari videtur non posse placere in munere; nisi placeat in corde. Vana Religio VIII.
est, quæ marmoreis superædificatur columnis; Sacrificiorum adipes, hominum corda sunt, in quibus quiescit religio. Altaria, quæ Reipublicæ fulcra sunt, quando constructa vt ibi grassetur hypocrisis, in rotas vertuntur volubiles, quæ ad similitudinem coruscantis fulguris reuertentes, in præceps trahunt Boues, Aquilas, Leones, Homines, Cherubim ipsos. Caini imperium (qui primus vrbium erector, IX.
& director) tot cædibus humiliatum, ferro tandem flammaquè æquatum solo, regnantibus exemplar sit, qua trabe thronum fulcire conueniat. Numam sacris constitutis fundamenta Romanæ Vrbi iecisse, quæ numquam X.
pro-

a Cornel. à Lapide.
b Gen.4. num.4.

profecto finè summa placatione Deorum immortalium tanta esse [a] potuisset. Falluntur ij (ait Cicero) [b] qui totam de Dijs immortalibus opinionem fictam esse dixère ab hominibus sapientibus, Reipublicæ causa vt, quos ratio non posset, eos ad officium religio duceret. Nequè enim in pastoribus illis, quibus Romulus præfuit, nec in ipso Romulo hæc calliditas esse potuit, vt ad errorem multitudinis, religionis simulacra fingerent. *In lumine tuo.*

a Cicero de Nat. Deor. 3.

b Lib. I.

XI.

XII. nostrorum temporum Venetam illam Corneliorum prognatam natalibus Heroinam (coram Redemptore non bis fantem largoq; fletu audiui rigantem) *vidi lumen dilecte mi? Vnde mihi idiomata, quibus Prouidentiæ tuæ Hispanorum, Gallorum, Græcorum, Italorumquè nationibus arcana communicata dignoscerem? ex cruento, sed perenni sacro tui pectoris fonte manarunt. Tu mihi Diuinus Plato, vnde Græcorum versutiæ innotescerent. Tu mihi veritatis annales, vt Gallorum irriderem triumphos, & Latij spernerem inanias: Philosophorum, & Poetarum, Magorumquè inter cathedras tibi nupta soli, purpuras, scientias, di-*



cerem vanitatem, & omnia vanitas; Quid sæculo mancipamini gentilium virgines, & terrei luminis ad custodiam excubate, cum olei luceat alimento, & vestra potiùs ardeat vigilantia? Hic lumen, quod inextinctum ardens tumiditatis meæ extinctũ vento, lacrymarum vnda refulget. Difficultas igitur laborq; discendi disertã nostram reddidit negligentiam. Nihil esse in auspicijs, ne quid in ipsis est, ediscerent, differere Atheorum fuit. Ignauiæ prætextu impietatem excusantes, vt sacrorum delubra impunè vexarent. Liceat vnà cum Cicerone exclamare, vt Statius:

In Synephebis.

Pròh Deum, popularium omnium, omnium adolescentium
Clamo, postulo, obsecro, oro, ploro, atque imploro fidem:
Non leuissima de re, vt queritur ille, fieri in ciuitate facinora capitalia,
Ab amico amante argentum accipere meretrix non vult.

sed vt adsint, cognoscant, animaduertant, quid de religione, pietate, sanctitate, cæremonijs, fide, iureiurando, quid de templis, delubris, sacrificijsque existimandum sit.

XIII. De vera Religione. Religionis nomen mysticum est: à religando dicitur (Aug. teste) qua animæ religantur Deo. *Ad vnum Deum tendentes, & ei vni religantes animas nostras, vnde religio dicta creditur, omni superstitione careamus. Dicta est etiam Religio, quod religatur. Quod verbum compositum est à legendo, idest, eligendo; vt ita latinum videatur religio, sicut eligo.* Definitur

1. lib. Retractation. p. 9. litera D.

XIV. Religio à M. Tullio Deorum metus, & Ceremonia. Vel quæ superioris naturæ, Diuinæ nempe, curam, & cœremoniam affert. Vel Iustitia ergà Deos. Quid enim iustius, Diuinæ Prouidentiæ, quasi stipendij titulo, suas distribuere victimas. Commilitonum Deorum stipendia, qui (vt locupletati referunt annales) pro patria nobiscum pugnant, Phana sunt, altaria, templa, delubra M. Alexandri pædagogus Leonides discipulum videns ad aras thura profundere cum monuisset, vt demùm, cum thuriferas subegisset regiones illo modo supplicaret: Haud oblitus Macedo, sed potitus Arabia misit ei nauem thure onustam exhortans, vt in deos parcus esse desineret. Parce [a] enim metet qui parcè seminat: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus, & metet. Numæ cum hostes nunciaretur Pomeria aggredi, diuina fretus fiducia, respondit: *Ego verò sacra facio.* Quasi sacra faciendo, classicum caneret, & commilitones vocaret ad arma. Hac pietate adeò omnium pectora imbuerat, vt cum humanis rebus cæleste Numen interesse videretur, fides, ac iusiurandum pro summo legum, ac pænarum metu, ciuitatem regerent. Et quùm ipsi homines se in Regis, veluti vnici exempli mores formarent; tùm finitimi etiam populi, qui antè, castra, Vrbem positam in medio ad sollicitandam omnium pacem crediderant, in eam verecundiam adducti sunt, vt ciuitatem totam in cultum versam Deorum violari ducerent nefas. Ab hisce principijs consuetudo inoleuit Romanis, à Deorum supplicationibus Bellum initiari. Inde Hannibali [a] Antioco [b] Perseo [c] Macedonum Regi primùm Deos, deindè milites opposuere Romani, Religionem militiæ neruum experti; Quam contaminatam, vtì publicum crimen puniebant homines, nè punirent Dij. Potitios Roma longa sæculorum serie, sacrorum Antistites est venerata, donec sacerdotium seruis delegare non erubescentes, duodecim familijs propagata progenies intra annum tãdem exaruit, & pænas sacrilegij soluit.

3. de Inuent. p. 99. in p. 1:1.

De Partitione p. 369.

XV.

XVI.

Plin. 12. c. 14.

a 6. Cor. n. 6.

Plutar. in Numa.

Liuius. I. XVII.

XVIII. a Liuius l. 1. b lib. 6. c lib. 2.

XIX.

XX.

Cuilibet de populo, in sacrorũ temeratores conceditur querela; quod enim in diuinam religionem cõmittitur, in omnium fertur iniuriam. Impius & ipse Bodinus Rerum publicarum firmissimum fundamentum, Religionẽ dixit: à qua ergà Principem subditorum fides: Obedientia ergà Magistratus: Pietas ergà parentes: Charitas ergà singulos: Iustitia ergà omnes. *Hanc si tollas, vita hominum, stultitia, scelere, immanitate complebitur. Religio sola est, quæ custodit hominum inter se societatem.* Et Seneca.

L. 4. C. de Heres.

Polib. de milit. ac domestica Rom. disciplina.

XXI.

Lib. 4. de Rep.

Lactant. c. 8. de Ira.

c. 12.

Vbi non est pudor,
Nec cura iuris, sanctitas, pietas, fides instabile regnum est.

è contra Sybaritis respondit Oraculum

Apud Athan. 12. cap. 6.

Semper eris fælix venerãs gens Numina diuũ
Donec plus Superis fueris venerata virum queis
Intima seditio, tunc & tibi prælia surgent.

Regis tria [a] sunt officia; imperare, iudicare, & Deos colere. Dei vicem gerunt Principes

a Diog. Pittagor.

cipes legem manu tuentes, quam ore docent Pontifices. Inde Vlpianus Publicum ius tria diuisit in capita: Sacra, Magistratus, Sacerdotes: Horum duo Religio occupat, ne dicam tria: si verum quod tribunal, & altare pari ambulant passu, vt aiebat Architas. Hinc Chrysippus legem dixit Regiam diuinarum humanarumque rerum; Iurisprudentia Romanis, diuinarum, humanarumque rerum est notitia. Pietate sublata, fides etiam, & societas humani generis, & vnà excellentissima virtus Iustitia tollitur. Iustitiam affers, cum cognitum habes, quod sit summi rectoris, & domini numen, quod consilium, quæ voluntas. Si pietas est cognoscere Deum, cuius cognitionis hæc summa est, vt Deum colas; ignorat vtique iustitiam, qui religionem Dei non tenet. Quomodò [c] potest eam nosse, qui vndè oriatur ignorat. Si Deum negare dementia est, insipientia est non admittere religionem. *Dixit insipiens in corde suo non est Deus*. Furiosorum, & dementium opinio est sine vlla religione animos corporis [d] ergastulo detentos superis assimilari. Moxus Lydus Crambi vrbis inhabitatores obsidione captos mersit omnes, vt qui Deum vllum nossent, nec colerent. Legum caput, ac summa, opinio de Dijs est. Hac Lycurgus Lacedæmonios; Numa Romanos; Athenienses Ion ille priscus; Græcos propè omnes Deucalion ad obedientiam conuerterunt. Cyrus ipse [f] religiosam suorum pietatem sibi quoque vtilem ducebat esse, quàm rationem eandem sequeretur, quam illi, qui certo iudicio cum religiosis potiùs, quàm cum ijs, qui comisisse aliquid impiè videntur, nauigare mallent. Præterea futurum ratiocinabatur, vt si omnes illi rerum participes religiosi essent, minus aliquod impium facinus tum contra se inuicem, tum contra Cyrum ipsum designare vellent: & sibi fore addictiores, quo Dei essent metuentiores. Romanis post religionem omnia ponentibus (etiam in quibus Summæ maiestatis decus erat) non dubitauerunt sacris Imperia seruire: quorum oculi lex, & Religio. Hanc tanti fecere, vt ius Belli, nec penes Senatum vellent priusquàm belli causam Pontifex approbaret.

XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII.

Lex, & Religio iunxerunt fœdera: prauas
Hæc hominum mentes, comprimit illa manus.

XIX. Vulgaris est apud Valerium controuersia inter Posthumium, & Flaminem Martialem consules ab vna, & Metellum Pontificem ab altera: contendebant illi in Africam aciem dirigere; è contra, aduersante Pontifice post breue dissidium: *Religioni summum cessit Imperium*. XXX. Petilius Prætor vrbanus, cum sub Ianiculo à terræ fossoribus arca lapidea inuenta esset plena libris, qui ex aliqua parte, ad religionis spectarent contemptum, per victimarios in populi conspectu igne facto cremauit. XXXI. Noluerunt enim prisci viri quicquam Romæ asseruari, quo animi hominum à Deorum auocarentur cultu. Vrgeant modò hæresiarchæ, & Sacrosanctum [a] Tridentini decretum *de librorum delectu*, vti inuidum libertati, XXXII. & animarum conscientijs querantur violentum. Prætermitto Patres, Concilia, illiusque nationis eruditus moribus, quæ teste Iulio: *Non numero hispanos: non robore Gallos: nec calliditate Pœnos: nec artibus Græcos: sed pietate ac religione omnes gentes nationesque*, superauit; XXXIII. perniciosos libros in flammis, non à quocunque, sed per victimarios (sunt isti religiosi ad hoc delecti) cremari digito monstro: hoc solo voto nè impura lectione hominum animi à Deorum auocarentur cultu. Quot clades Romanus sustinuit, non militum ignauia, sed cæremoniarum, & auspiciorum negligentia. XXXIV. Hostem nè metuas, sed hostijs, & victimis Deum concilia, non vt militum mentibus superstitionem inijcias, sed vt virtutem religione confirmes: ita consternatis militibus, terrente Annibale, Fabius Maximus aiebat. Quoties victus Populus Romanus non ab hostibus, sed à Dijs ipsis superatus, quorum auspicia contempserat. Tissaphernes, & Agesilaus cum iurassent sine dolo se seruaturos inducias: summa fide promissis stetit iste, non ille. Querentibus verò militibus Agesilaus respondit: Tissaphernem periurio suo & homines ab alienare, & Deos sibi iratos reddere: se autem seruata religione exercitum confirmare. XXXV. Sic cum aduersùs Persarum Regem, bellum ferre an expediret? hærens, Dodonæi Iouis oraculum consulens, cum retulisset: *Arbitratu suo bellum institueret*: Dei responsum Ephoris renuntiauit, ab ore Sacerdotum auspicaturus victoriam, XXXVI. à quibus suasus delphicum oraculum petere, obediens taliter suscitatur: *Apollo num idem sibi videtur, quod Patri?* Confirmauit Apollo,

Marginal notes (left, partly cut off): veluti de Iu... — ...cero. de Nat. ... — ...ceso. 4. Finib. — ...ntiat. ...ist. 5. — ...l. 13. — ...mbli... seg... ...st. 3. ...20. — ...ol. De ...sc. in ...erptis ...rescia — ...enoph. de In... ...c. 98. — ...ter. ...ax. 1. c. — ...ten. — ...l. 1. c. ...2.

Marginal notes (right): Valer. Liuius 10. Plin. 14. c. 1; a Sess. 18 — De Haru. resp. — Plut. — Florus c. 2. — Emilius Probus in Agesilao. — Manut. apoph. 1 in Ages. § 12.

vt Homeri figmentum de Deorum diſſidijs
irrideret;& Ageſilai religione bellum inchoã-
tis plauderet opinionem. Non longè argen-
teæ illæ tubæ, quibus Iſraelitarum conuoca-
batur multitudo, quùm eſſent mouenda ca-
XXXVII. ſtra, Sacerdotibus filijs Aaron datæ, vt vlulan-
Numer. cap.8. tibus tubis; promiſſam cælitùs ſollicitarent
Loramus. victoriam; dicat Ioſue illis, cuius vexillis
XXXVIII. non ianuæ, ſed muri Ciuitatum aperti ſunt,
quibus machinis, & catapultis munitam de-
bellaret Hiericuntinas turres? Haud belli-
cis tormentis, & Mauortijs machinis, ſed tu-
bis Sacerdotum inexpugnabilem æquani ciui-
Ioſues 6. n. 20. tatem ſolo: *Cumque ſeptimo circuitu clangerent
buccinis Sacerdotes, Muri illicò corruerunt*. Cor-
ruerunt clangentibus tubis muri? Quomodo?
Hiericho Ciuitas illa magna quaſi folium
vento agitatum, in præceps ruit tubarum
clangore? Græciam fabulari dicimus, quan-
do fidiculæ ſono extructam gloriatur Ciuita-
tem, & nos tubarum deſtructam clangore non
in fabulis, ſed seriò dabimus? buccinæ auſcul-
ta tonum, & veritatis indè pondera conſo-
XXXIX. nantiam. *Tollite ſeptem Iubilæorum buccinas*,
iubet Dominus. Non quibuſcunque, ſed *Iu-
bilæorum*, tubis dirutæ ſunt Hiericuntinæ
turres. Quales myſterium in Iubilæorum buc-
cinis? attende. Elargis Sacerdos Sacra Iubi-
læi tuba ſeptennio in ſeptennium, & dum Sa-
cerdos clangit, mendico Nabotho impia Ie-
zabel reſtituit vineam; Sic tubæ clangore,
æquilibrata Iudæorum Republica, ſeptennio
in ſeptennio ſurgunt pauperes, humiliantur
potentes: & quod ſeptennio auaritia, & ty-
rannis cumulat, erigit, & attollit; pietas
tubæ ſono, diſperdit, æquat, & remittit. Pau-
peres ære impotentes redimere pignora, reli-
gione recuperant. Sic Terra ſorte diuiſa, haud
arte confunditur. Clangit Sacerdos, & Leui-
ta ſacra Templo vaſa remittit. Clangit Sacer-
dos, in templo, & iudices omnes in tribunali
ſilent: in excelſis gloria, in terra pax. Clan-
git Sacerdos, & Samaritanæ honeſtate ve-
ſtiunt impudicitiam. Clangit Sacerdos, & te-
lonium derelinquunt Matthæi. Clangit Sa-
cerdos, & Lupi facti paſtores tondent pecu-
dem non excoriant. Hiſce clangentibns tubis,
XL. Muri illicò corruerunt. Apprehendite Prin-
cipes: niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem,
fruſtrà vigilat, Qui cuſtodit eam. Sciſcitan-
ti Petro Franciſco Parmenſi Duci, quid ſibi
videretur de arce Placentiæ extructa? Archi-
tectus reſpondit; omnibus numeris vndique
firmiſſimam apparere niſi: quid? liberè pro-
fer; niſi eſſet deſuper diſcooperta: alludere vo-
lens ſola Numinum tutela inexpugnabilem
fieri. Profugus quondam Perſes Macedoniæ XLI.
Rex in inſulam Samothracem fugit; celebri Florus 2. c. 12.
religione fretam, vt templa, & aræ defende-
rent, quem montes ſui, & arma deſererant. In- XLII.
ter lumina, tam pictoribus, quàm architectis,
quòd ex alto venit, maius eſſe Turcarum dixit
Imperator Solimanus, quùm quatuor lampa-
des pingi mandauit; quarum tres ardentes, XLIII.
quarta extincta ſub titulo *Halla Verrè*, noſtro
idiomate *Deus dabit*. Tacitè innuens quatuor
Orbis partibus ad vltimum potiturus cum
tres iam tenèret, tribus luminibus figuratas,
vltimam quoque, Dei manu, ſperare. Myſti-
cam Scalam vidit Iacob in ſomnis ſuper quam XLIV.
aſcendebant, & deſcendebant Angeli. Stabat Gene. 28.
ſcala iſta, ſcribit Moyſes; *Vidit ſcalam ſtan-
tem: Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcen-
dentes*. Mundi rota ſcala iſta, figuratur, quæ
vti tormentarius puluis in ortu monſtrat ho- Philo de Somnijs.
minem puluerem, in occaſu fumum. Aſcen-
dentes, & deſcendentes Angeli ſunt Reges, &
Principes terræ. Aſcendit Dauid, & vno an-
gulari lapide Giganteæ moli ſuper impoſito,
ruentem Iudæorum fulcit Rempublicam.
Hercule fortior in ſinu matris proſternens
Anteum. Aſcendit Saul, & paſtorale bacu-
lum regiam commutat in virgam. Aſcendit
Ioſues ſolo halitu euerſurus molem, quam
verbis laborauerat erigere Dominus. Solis,
& Lunæ in Orbis axe quaſi clauo, figuntur
planetæ, cum creaturæ Creatorem gregarium
mirantur militem. Deſcendunt ex aduerſo
Chaldæi, Aſſyrij, & in Helleſponti triumpha-
ta Semiramide, Dei præter, imperia agnoſci-
mus periodica. Deſcendunt Perſæ illi, qui
cum armis Cælum aggredi haud poſſent, ten-
tarunt blaſphemijs: ſed Magno rotante Ale-
xandro, ex Oriente ruerunt in Occidentem.
Deſcendit, & ipſe Macedo quùm Orbi Ma-
gnum, illi Orbis fuit adeo paruus, vt Zeloty-
pia fatigans ipſa Fortuna, ebrietatem ſingens
euomuerit. Deſcendit Cæſar poſtquàm Or-
bi datus eſt caput: inuidaque Fortuna, quæ
ſummis ſtare diù negat, Romæ, in ſuo ſolio, in

ſuo

ſuo throno, Bruti interemit manu, vt in ami-
citiæ concordia, mundanam agnoſceret diſ-
cordiam. Vidit ergo ſcalam rotantem de rhe-
tore conſulem. Siſte quæſo, ſi ſcala iſta tam-
quàm rota Orbem vertit, quomodò Iacob vi-
dit *ſcalam ſtantem*? Stabat Fortuna incon-
ſtans? conſtans forſan in inconſtantia? So-
lius Dei eſt ponere firmamentum in medio
XLV. aquarum. Rota eſt, ergo voluitur? *Scalam*
Philo ib. *vidit ſtantem*, quia *Dominum innixum Scalæ*.
dùm enim mundanæ res ab illo ſuſtentantur,
manent inconcuſſæ. Ità Holopherni Principi
militiæ Aſſyriorum obſidenti Bethuliam, cùm
miraretur Iudaicum populum reſiſtentiam pa-
rare, reſpondiſſe Achior Dux Ammonitarum
Iudith 5. XLVI. legitur: *Perquire Domine, ſi eſt aliqua iniquitas*
eorum in conſpectu Dei eorum: aſcendamus ad
illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum ti-
bi, & ſubiugati erunt ſub iugo potentiæ tuæ. Si ve-
rò non eſt offenſio populi huius coram Deo ſuo, non
poterimus reſiſtere illis: quoniam Deus eorum
defendet illos: & erimus in opprobrium vni-
uerſæ terræ. Et factum eſt, cum ceſſaſſet loqui
Achior verba hæc, irati ſunt omnes magnates Ho-
lophernis, & cogitabant interficere eum, dicentes
ad alterutrum: Quis eſt iſte, qui filios Iſrael poſ-
ſe dicat reſiſtere regi Nabuchodonoſor? &c. vt
ergo agnoſcat Achior quoniam fallit nos, aſcenda-
mus in montana, & cum capti fuerint potentes
eorum, tunc cum eiſdem gladio tranſuerberabitur:
vt ſciat omnis gens, quoniam Nabuchodonoſor
Deus terræ eſt, & præter ipſum, alius non eſt.
Factum eſt autem cum ceſſaſſent loqui, indigna-
tus Holophernes vehementer, dixit ad Achior:
quoniam propheta ſti nobis dicens, quod gens Iſrael
defendatur à Deo ſuo, vt oſtendam tibi quoniam
non eſt Deus, niſi Nabuchodonoſor &c. Deceptus
tyrannus, & quod viuus non credidit, morte
probauit. Non fruſtratur Religio, nec Deus
irridetur. Immolantē Cæſarem, haruſpice Spu-
rinna monente, cauèret periculum, quod non
vltra Martias Idus proferretur, cum ſpreta
Religione introiret curiam: Spurinnamque
deluderet, quòd ſine noxa Idus Martiæ adeſ-
ſent: veniſſe quidem eas reſpondit, ſed non
Sueton. præterijſſe. Protinus non præterijt, ſed tri-
§. 82. *I. Cæſ.* bus, & viginti plagis confoſſus, interijt.

Haud tamen negamus multoties Religio-
XLVII. nis prætextu hypocryſim debacchari: Anno
Chriſti 1667. in Oriente Iudæus, Sabadai
nomine, prophetæ titulum aucupatus, inter
ſuperſtitioſam Hebræorum gentem, tanta ad-
ducebatur fama, vt & Turcis metum inijceret.
Byzantium profectus, ibique in vincula con-
iectus, ſanctitatis opinione ſuccreuit, adeoùt
prohibiti Hebræi Sabadai alloqui, debitorum
prætextu cùm mercatoribus ſimulato, volun-
tariè carceribus traderentur, vt cum nouo
Propheta fabularentur. Sed ex multitudine,
rumor, ex rumore murmur, & ſuſpicio certio-
res, quid rei eſſet, fecit cuſtodes. Exindè ſtri-
ctiùs vincti Iudæi, haud ſunt manumiſſi priuſ-
quàm magno Turcarum ſe redimerēt queſtu.
Coronatorum triginta millia lucrati dicuntur
Turcæ Sabadai diuitijs tandèm, & honoribus
auctus, Turca factus, vale dixit Hebræis. Co-
gnoſcunt, & Turcæ quanti ſit æſtimanda Reli-
gio: Oſmanus Vrchenus Murat, cuius gladio XLVIII.
Turcarum grande ſtabilitum imperium, quo-
ties conuiuas vocabat, veſcebatur adhibitis
Saliſmanis (Turcarum ſunt Sacerdotes) quo-
rum præceptis, & admonitione inter conui-
uandum aures præbebant, & Alcoranum legi
iubebant. Huiuſcemodi obedientia illa eſt, *Lypſius*
quæ coram Sultanis, Principum capita in diſ- *Mon po. lit. 4.*
co offert in ipſa morte lætantium? Quid al-
tiſſimum repleuit Euphratem, vt ſicco pede
Babylonem in medio flumine, aggrederetur
erectam? Religio. Hac, Numa Pompilius XLIX.
Romanorum bellicos iuuenes manſuefecit;
vnde illis mos, ſingulis annis aliquot Princi-
pum filios Hetruſcis in diſciplinam tradere, vt
ſacra diſcerent ante omnia, negotiorum in *Val.*
Vrbe poſt, directiores futuri, & primas ſedes *Max 1.*
in deliberationibus habituri. Vt & Galli com- L.
mendantur à Cæſare, quod eorum iuuenes *6. de B. l.*
priùs edocerentur quæ ad religionem perti- *lo Gallico.*
nent; deinde quæ Reipublicæ capeſſendæ
proſunt. Hac, impius ille Caligula territus, LI.
quamuìs temeraror Deorum, ad minima toni-
trua, & fulgura conniuens, caput obuoluens,
ad verò maiora ſe è ſtrato proripiens, ſub le-
ctumque condens vnam horreſcere videbatur
cauſam. Leones in Templo Adonis manſue- LII.
ti vt hædi, bruta etiam religioſa arguunt.
Elephantes prætereo ſidera colere, cum in
Mauritaniæ ſaltibus ad Amilonem amnem
noua niteſcente Luna deſcendunt: ibique LIII.
ſe purificantes, ſolemniter aqua circumſpergi,
ac tandem ſalutato ſidere in ſyluas reuerti.

Lib. 2. cap. 1. Transituros maria, Pliniana est historia, non antè naues conscendere, quàm inuitatos rectoris iureiurando de reditu: quasi gnaros alienæ religionis: Visosque ægritudine fessos, herbas supinos in Cęlum iacientes, veluti tel-
LIV. lure precibus alligata. Saxonum indomitam gentem, vt Carolus M. perdomaret qualecunque remisit tributum, decimas Ecclesiæ debitas præter, vt religionis vinculo, ciuile iugum
LV. gradatim imponeret. Minùs enim populus timebit iniustè etiam tractari à Principe, quē religiosum credat. Inde politioribus gentibus vnum fuit Sacerdotium, & imperium, quò securius sceptrum stabilirent

LVI. Virgil 7. Æneid. *Hoc Priami gestamen erat, cum iura vocatis*
More dabat populis, sceptrumque, sacerque thiara.

Hoc voto festinauit Augustus Princeps, & Pontifex simul iura dare Romanis

Rex idem hominum Phœbique Sacerdos.

quidquid malignentur Politici à Romanis Imperatoribus Sacerdotium assumptum, quo vndique libertati clauderent portas, iuxtà illud Taciti: Sacerdotium *ad firmamentum potentiæ assumebatur.*

Contra firmissimas hasce religionis columnas, quid adducent perfidi atheistæ? diabolicum forsan Macchiauelli præceptum: *Opor-*
LVII. *tet religionem esse: religiosum verò esse nefas?* Huiusmodi venenum in ipsos atheos refunditur: *Oportet religionem esse*, Reassumam Macchiauelli verba: *Irreligiosum verò esse* si in aula, regnandi libidine, ergo & in familia prò fama, dignitate, opibus, & honoribus? ergo patris cum filio suspecta habitatio; fratrum cum sororibus; Magistri cum discipulo; hominis cum homine; ergò nulla societas.

Edocemur forsan Enceboli Constantino-
LVIII. politani sophistæ doctrinam, cum sub Iuliano Paganus, sub Constantio Christianus, sub alio
LIX. alius? Vel illius Tartarorum Principis, qui cum ambitiosus ardèret Polonorum insigniri diademate, religionis suæ obtulit holocau-
Jo. Lroeus, lib. 2. c. 5. De Ord. Repub. stum, dicens: *Tuus Pontifex? meus Pontifex. Tuus Lutherus? meus esto Lutherus.* Vel Vandalorum pestiferæ gentis, cum adhuc gen-
LX. tiles veram illis oblatam religionem amplecti promitterent, si vectigalium subleuarentur onere? Deo anteferendo gabellas? Vel nefariæ Elisabethæ Anglorum Reginæ; cum LXI.
illi referrent Henricum Galliæ Regem sacris interuenire Missarum, illudentis: *Et ego sacrum audirem, vt Galliarum lucrarer Regnum.* Vel Hibraini Anno Sal. 1645. quùm magno Sertonacus Anticanus p. 62.
Muphti (Pontificem nos vocamus) sacra interdixit, quia in Venetos Turcarum arma obstreperet iniusta, populorum irridentis murmur, iniuria religionis Imperium pessundari? Vel impij tandem Macchiauelli, quando somniatur Græcorum Principes, Centauri curæ traditos, vt prò tempore, & occasione, LXII.
hominis bestiæque laruam sumere haud formidarent?

Dicant Athei: Romanorum cadentem statum Numa Pompilius solo religionis astu, vel vnà cum religione, religiosus sustinuit? Holandi sacrorum bonorum deprædatione in- LXIII.
stigati naturalem in suum insurgere Principem, obedientiæ posteà cum laxarent habenas, expertum hominum infidelitatem impietati coniungi dedere. Subticeo Varronē Consulem ob iram Iunonis infeliciter dimicasse: LXIV.
Potitiam cecidisse gentem ob Sacerdotium in seruos translatum. Q. Fuluium Flaccum non impurè ex Iunonis Laciniæ Templo marmoreas tulisse tegulas. M. Alexandri milites Ce- Valer. Max. 1.
reris templum spoliaturos ingressos, obiecta flamma cæcitate mulctatos: vt plurima occurrent legenti. Romę non quid fiat, sed quid fieri debeat, attende: & cum exempla propemodùm sint infinita eorum, qui temeratæ religionis dedère pœnas, Poloniæ Regem Vra- LXV.
tislaum perpende: quùm Turcarum Imperatori Sultano pactas violauit inducias. Vnde Periurij indignitate commotus Turca instaurato Bello, cùm in prælij discrimine has voces ad Deum clarissime emitteret: *Christe si Deus es? vt christiani tui de te perhibent, vindica perfidiam tuorum, qui contra pacta iura bello me inuadunt?* illico Regem, Polonorumque exercitum profligauerit Deus, vel Sultanus? nescio. Quòd si antiquitate certare mauis, accedat ambitiosus ille Pompeius, quùm Octa- LXVI.
uium, & M. Antonium æmulos ad cœnam in sui prætoriam inuitatos nauem, iugulare moneretur à Pompeianę factionis Mena, respondit: *Facere Mene oportebat me non præmonito, nunc præsentibus rebus acquiescamus: neque enim meum peierare, fidemque meam imperio postponere.* Plutar. in Anton.

Si-

XVII. *re.* Siciliam propè, Carthaginenses victi, Hamilcarem designarunt legatum, vt cum Romanis fœdera renouaret. Negauit iste legationem subire, Romanos timens, Cornelio Asinæ Romano consuli violatam à Carthaginensibus legationem vindicaturos. Hanno verò Pœnorum Ciuis, Romanorum Religione fretus, Romam properat: dumque legationis suæ munus audax exponeret, Tribunus resistit, minarum spirans, Cornelijque consulis exemplar opponens, protestando de exemplo. Metu perculsum Pœnum subleuarunt Consules, & post obiurgatum Tribunum dixère: *Isto metu Hanno, te fides nostræ Ciuitatis liberat.* Gentilis Ciuitas, sed religionis, & iustitiæ pennis totum volitauit per Orbem; vt Deorum Pantheon summam, & primam Causam non solis religionis laternis, sed religioso corde videatur scrutata, quæ quondam erroris mater, facta est veritatis magistra.

Non fugiat quùm à Gallis capta: quicquid LXVIII. religiosissimi in templis erat, partim in dolijs defossa terra, recondunt; partim imposita plaustris secum auferunt. Virgines simul ex Sacerdotio Vestæ nudo pede fugientia sacra cū comitarentur, excepisse fugientes L. Albinum, plebeium licèt, & depositis vxore, & filijs virgines in plaustrum recepisse habes. Adeo tum quoque in vltimis religio publica priuatis affectibus antecellebat. Blasphemet modò ex *Florus l.1.13.* Romanorum moribus Macchiauellus: *Oportet Religionem esse, religiosum verò esse nefas.* LXIX. Si vita religionem redimentes, religione, atque iustitia seruare illud protestantur imperium, quod vi occupauerant, & iniuria. *Florus: cap.2.*

CAPVT VNDECIMVM.

De Varia Religione.

1 *Homini connascitur religio.*
2 *Religio Catholica vna, prima, vera, inter omnes.*
3 *Religio amicitiæ vinculum.*
4 *Religio Reipublicæ caput, & fundamentum.*
7 *Corporis politici anima pax est.*
8 *Mala ex religionis discordia.*
9 *Eua cecidit ex colloquio cum authore diuersæ Religionis.*
12 *Quot facti idolatræ ex idolatrantium consortio.*
15 *Isaac, & Ismael ex religionum varietate iurgantur: Sic Moyses, & Sephora.*
18 *Iudæi prohibiti sociari idolatris cur?*
19 *Aduenas frequentare, Reipublicæ non conducit.*
20 *Veneti cur in Cameracensi Bello respuerint Turcarum auxilia?*
22 *Iudæi nesciebant loqui iudaicè ex idolatrantium consortio.*
23 *Moyses cur Aegyptias respuerit papillas?*
24 *Moyses cur Pharaonis coronam proiecerit?*
25 *Deus ipse respuit malorum consortium.*
26 *Deus quomodo moueretur super aquas.*
27 *Nili aquam bibere interdicuntur Iudæi.*
28 *Nilus de Paradiso erupit.*
29 *Nilus turbidatur in Aegypto.*
30 *Nilus figura est Magnatum Reipublicæ.*
31 *Lugubri veste cur induerentur Romani?*
32 *Discordia turbat iustitiam.*
33 *Paulus inter Iudæorum discordias triumphat.*
35 *Deorum nouitas apud Roman. prohibita.*
36 *Pœna capitis in nouas inducētes cæremonias.*
37 *Hæreticorum finis, auri sacra fames.* 42. 48.
41 *Caroli V. error Lutherum non punire.*
42 *Deus patrijs legibus colendus.*
Io: Baptistæ Cornelij D. Marci Procuratoris politia vt religionem tueretur. Eius effig. & hieroglyphicum.
43 *Religionis prætextu qualia patrentur.* 48.
44 *Magus Aegyptius religionis prætextu quid facerit.*
45 *Moses Cretensis seductor.*
46 *Sauonarola seductor.*
49 *Infidelis Deo, non potest esse fidelis Principi.*
50 *Iosaphat miscellam prohibet religionem, vt religionis vnitate terribilis fiat.*
51 *Achan, quia religione discors, iram Dei prouocat.*

52 *In*

52 *In quolibet genere datur vnum primum.*
53 *Iudas ex Gentilium commercio ruit.*
55 *Miscella religio cur inducta apud Aegyptios? & an miscella esset?*
Aegyptij Animalia cur adorarent?
46 *Castellanorum, & Nicolaitarum Bellum Venetijs.*
57 *Angelus de Paradiso manu primos eiecit.*
58 *Ritharis duos in Ecclesia volebat Episcopos; & cur?*
58 *Ieroboam cur vitulos erexerit?*
60 *Turcæ miscellam religionem non prohibent.* 75.
61 *Solimannus horto assimilabat religionem variam.*
62 *Holandia cum Prouincijs religionis creuit discordia.*
63 *Græci Principes Centaurorum curæ cur traderentur.*
64 *Impietas Tartarorum Principis.*
65 *Hæreticorum mores.*
66 *Germaniæ Principes cur Hæresiarchis fauerint?*
67 *Cur Principes Germani discordarent in hæresi?*
68 *Religio Catholica non impedit salutem etiam hæreticorum consensu.* 74.
69 *Religio suadenda non imperanda.* 71.
70 *Deus tria sibi reseruauit in signum Omnipotentiæ.*
72 *Maximill. II. dictum de libera religione.*
73 *Hæreticorum tyrannis.*
74 *Catholici quo titulo possint in hæreticos, non verò è contra.*
75 *Turcæ quomodò variam religionem permittant?*
77 *Osmanus Murath Cur Sacerdotes vellet in mensa?*
78 *Alcoranum cur Turcæ traducere non possint?*
79 *Turcæ gladio finiunt religionis controuersias.*
80 *Mahometes Imper. IX. cur varias religiones toleraret?*
81 *Quo prætextu, & astu trucidauerit nobiles Græcos.*
82 *Turcarum ars in destruendo religiones sibi contrarias.*
83 *Fides ex auditu.*
84 *Plebs more pecudum currit.*
85 *Turcæ aberrantes in fide puniuntur pœna capitis.*
86 *Turcæ maiori odio insequuntur Persas quàm Christianos.*
87 *Regnandi pondus religione fit leue.*
88 *Principes debent studere vnitati religionis.*
89 *Nemo potest colere Principes, & Deum spernere.*

I. ERFECTIONVM, quæ homini datę sunt, hęc vna maior & prima, Religio: Vix homo nascitur, quod
II. *Iáblicus.* cælesti irradiatus lumine, ad superna, currit, & anhelat.

Ouidius.
Pronaque cum spectent animalia cætera terram
Os homini sublime dedit, Cœlumque tuèri.
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Verùm qua Religione, vna, vel varia Deum colere expediat, non vnà Orbis concordat. Religionum discordia publicum turbari regimen maior pars numero, antiquitate, eruditione, vsu (qui peritissimus iuris censor) concludere cogitur; Quicquid mundanæ vanitatis aduersentur asseclæ.

Romanæ Religionis, citrà discrimen, veritatem, dignitatem, vnitatem, necessitatem corde teneo. Ego enim nullum primum, nisi Christum sequens, Beatitudini tuæ, idest cathedræ Petri consocior, Iuramentoque Hieronymi, super Pontificalem petram, ædificatam Ecclesiam testor: ita vt quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus sit. *Si quis in Arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio.* Hanc igitur senex tenebo fidem, quam puer nactus sum. Titulum nostrum *de varia Religione* currentem politia expediam profana, solius ciuilis Reipublicæ gratia: Catholicam veritatem ad Pontificum historiam remittens, quam Deo dante, tempore opportuno promitto. *Ep. ad Damas.*

Religionum igitur diuersitatem non solùm ab Ecclesiasticis extirpandam pastoribus, verùm à Regibus, vt seruetur ciuilis corporis anima, quæ pax est

Pax optima rerum
Quos homini nouisse datum est.

Efficacissimum amatorium, & insolubile beneuolæ amicitiæ vinculum esse vnius Dei cul- III.

cultum, aiebat in vita Adami Philo. Veritas
vna est,ergo vna Religio. Non possunt sub-
diti in ciuilibus coalescere, nisi in primo, &
IV. angulari Reipublicæ fundamento, quod est
4. C. de hæret. Religio, conueniant. Religionem offendens,
V. omnes offendere dicebatur, vnde Religionem
VI. Politic. vtì primum Reipublicæ caput summa vi o-
cap. 8. portere defendi; aiebat Aristoteles Anima
politici corporis pax est; & solo vnionis in-
VII. strumento ex Bellorum potentia deducitur.
Omne regnum in se diuisum desolabitur, &
domus supra domum cadet, si diuiduntur in
VIII. eo, quod est primum Respublica quomodo
stabit? stabit si populorum tumultus irreue-
rentia in Reges, inhumanitas in parentes,
sui tandem sęuitia, quæ omnia, Religionis so-
licitantur discordia, Regiminis dicare audeas
propugnaculum. Modernos prætermitto ca-
IX. sus, & altiora repetendo, en Eua, quæ cum,
contrariarum Religionum architecto cœpit
miscere colloquia, citò præuaricata est, &
Religonis nouitate se innocētia spoliauit. Sic
præmistione iam facta iniquitateq: participa-
ta; ciuitatis Dei, & terrarum confusione, Fi-
X. lij Dei Filiarum hominum amore bacchati,
in cupidinem terrigenæ deflexerunt ciuitatis,
deserta pietate, quam in sancta Societate ser-
uabant. Tantaque delictorum congesta mo-
le, vt eam explicare deficeret Omnipotentia,
nisi simularet pœnitentiam; *pœnituit eum,*
Genes. 6. *quod hominem fecißet in terra*. Repurgato
postea per Cataclysmum Orbe, ex Chamo de-
XI. scendentes, statim ac Nembrotho associan-
tur, aliàs Dei cultores, fiunt desertores, Cę-
lo in ipso Deum aggredi adorti Generi Loth,
qui nuptiarum argumento cum filiabus San-
XII. ctissimi Patriarchæ veri Religiosi arguuntur,
Sodomitarū illecti consortio, cum illis gehen-
nas ingredi, quàm cum viro iusto luctuosam
ciuitatem ægredi maluerunt. Laban Iacobi
XIII. auunculus, Mesopotamiam ingressus, ad Ido-
lorum abripitur cultum, & nè subter Tere-
binthum in valle Sichem defodisset idola, lan-
gueret forsam deprauata Rachel.

Quod si vrgeas politicam pacem, & ciui-
XIV. le regimen antiquitate præcedere fidei vnita-
tem, sine qua tot seculis inconcussum dura-
uit, nec Regionum misceri discordia. Videas
cum Sacra tum profana historiarum obsta-
XV. re monumenta. Isaac, & Ismael Idolis cum
luderent, Lyrano teste, idest Religionum va-
rietate æmularent; diuisa familia insurgunt Gen 26
àdinuicem, nouercam amant in patrem,
soloque exilio nouatoris, componitur iur-
gium. Moysi, & Sephoræ in Ægyptum per- XVI.
gentibus, Dominus cum occurreret, volens
occidere Moysem, haud quieuit Dominus
priusquam Sephoram acutissima petra, cir-
cumciso præputio filij, sub vno pastore vnum
fieret ouile, *Sponsus Sanguinum tu mihi es:*
Gentilis improperabat vxor, hisce declarans
querelis, quali pace fruantur, coniuges Reli-
gione discordes. Pertranseo Iudæos adhuc
in semitis rubri Maris, Ægyptiorum conspi- XVII.
cientes cadauera, sola Ægypti recordatione,
oblitos Deum, conflasse vitulos, toties præ-
uaricatos, quoties cum Salomone ipso vnà
Gentes coirent. Inde tot vicibus præceptum:
Non inibis cum eis fœdus, neque cum Dijs eo-
rum. Non habitent in terra tua, nè forte pecca- XVIII.
re te faciant in me. Huc facit decretum il-
lud: *Iumenta tua non facias coire cum alterius* Glos. ordin.
generis animantibus. Quæ quidem si ad lit-
teram sumantur, ridicula videntur; notat
Mystice igitur *to* iumenta in *populares* ve-
ritas; vt explicat Interlinearis. Vel cum
Morali: *per iumenta subditi significantur*. Sed
quid? populus non coire poterit cum po- XIX.
pulo; & cum natione natio? Animal so-
ciabile definitur homo: & sine Societate aut
Deus, aut bestia: Quarè ergò iumenta tua
non facies coire cum alterius generis animā-
tibus? soluit Philosophus quia *frequentare*
aduenas alienis educatos legibus, inutile putant 7. Politic.
ad rectam Ciuitatis normam. Vnde prolo-
quium *non coutuntur Iudæi Samaritanis*. Re- Ioan 4
ligiosissima Venetorum Respublica, Camera- XX.
censis Belli oppressa pondere, tot Principum
recusauit triumphum, cum Turcarum Mi-
litum triginta millia ab Othomano Impera-
tore in auxilium oblata renuit; vel vt volunt
politici, nè Turcis in sinu receptis, fauor re-
torqueretur in odium: vel quia sub Crucis
cadere mallet vexillo; quàm sub Lunæ signo
præclaros Ducere triumphos. Capitis pœna XXI.
erat inter Iudæos, qui Idolo Moloch de suo
dedisset semine, idest cum gentili fœmina nu-
ptias celebrasset. *Si quis dederit de semine suo*
Idolo Moloch morte moriatur. In æternitatis Leuit. 20
speculo inspiciente, Sapientia præuaricatu-

rum

rum Israelem Idolomanicorum contubernio,
vt & maternũ obliuisceretur, Idioma. *Vidi Iu-*
Lib. 2. c. 13. *dæos,* inquit Esdra, *& filij eorum ex media par-*
XXII. *te loquebantur azoticè, nesciebant loqui Iudaice;*
sed loquebantur iuxta linguam populi, & populi.
XXIII. Præuiderat hoc Moses, cum à Pharaonis filia
de papyrione ereptus profanas respuit pa-
pillas, & ne vnà cum lacte impietatem sorbè-
ret, & ne redargueretur, quod Ægyptiorum
nutritus Sanguine in ipsos ingratus concita-
XXIV. ret elementa. Grandior postea factus cùm
àb, eadem adduceretur ad Regem Moysi io-
co coronam imponentem, illam statim pro-
iecit, pedibusque conculcauit; vndè à Sacer-
dote ibi stante ferè interfectus, ex Oraculo
Dæmonum, iam renuntiato Ægyptum sub-
uertendam fore. Sed cur coronam proijcit
ille Moses, quem Pharaonis Deum iam Do-
minus constituerat? proiecit, *quoniam ibi scul-*
Gloss. Ordin. *ptum vidit simulacrum.* Sculpturam lapideam,
vel auream, inanimatam licet, Dij terræ ti-
ment; & animas voce, calamo, ferro propu-
gnantes Belial nobiscum diuersari minime
verebimur? Deus ipse ex malorum consor-
XXV. tio macularetur (si maculæ capax esset diuina
bonitas) *Ferebatur Spiritus Domini super aquas.*
Genes. 1. Ferebatur quomodò Spiritus ille, *apud quem*
Iacobi p. 1 *non est trasmutatio, nec vicissitudinis obumbra-*
tio? Ferebatur ex aquarum consortio; Non
quod super aquas moueretur Spiritus Do-
XXVI. mini (hoc enim immensitati eius repugnat)
sed quia aquis insederat, elemento natiua
XXVII. propensione fluido) super eas ferri, & trans-
mutari videtur. Promissionis terram ingres-
sum Israelem, cum Nili aquas sitiret, redar-
guit Dominus; *quid tibi vis in via Aegypti,*
vt bibas aquam? turbidam? Hebraicè Sichor:
Gloss. Interlin. in c. 2. Hierem. שחור. Communis editio habet Geon.
Nilum scilicet cuius aqua turbida. Memen-
tote Hebræi quod derelinquitis me fontem
aquæ viuæ, vt bibatis aquam turbidam, & de
flumine maledicto extinguatis sitim vestram,
misericordiam meam? Conuertimini, & cum
salutis initium sit notitia peccati, Nilum ma-
XXVIII ledictionibus buccinate. Siste Domine, Sa-
crum fluuium, quem de Paradisi fonte mana-
re præcipis, anathematizas? Aquam turbi-
dam fluuium illum dicis, qui inter argenteas
ripas aureo superexuberans alueo, prætiosis
lapillis, fulgentibus gemmis atque conchil-
lijs omnem circuit Æthiopiæ terram. *Et no-* Genes. 2.
men fluuij secundi Gehon. Si in sanctuarij fon-
te fœdantur aquæ, quid in palustribus Sodo-
mæ? ex commixtione terræ (respondet Lyra-
nus) turbidatur Nilus multis diuisus riuis ad
irrigandam Ægypti terram. Vnde Hierony- XXIX.
mus: *Quamuis de Paradiso flumina Aegypti exi-*
re credantur, tamen quia pedibus Pharaonis vio-
lata sunt, perdiderunt splendorem suum. De
Paradiso limpida, & prætiosa surgunt, sed
Ægyptiorum conculcata pedibus venenosa
erumpunt in mari serpentes, & Crocodillos
euomentia. Nilus de Paradisi exuberans fon- XXX.
te cum lapillis, & gemmis, magnates Reipu-
blicæ sunt, Regijs oriundi natalibus, qui vti
Patrij penates auro, lingua, manu publicos
extendère lares. Sed exterorum moribus de-
prauati, Æthiopiæ inquinati consortio, nata-
lium amisso splendore, patriæ facti hostes in
capite, non nisi tyrannidis, & vitiorum dra-
conibus, Reipublicæ mare conturbant. Lu-
gubri veste induebantur Romani, solùm cum XXXI.
Cæsaris, & Pompeij intestino angerentur Bel-
lo, quid cum discordes non homines habe-
mus sed Deos? Sacrilegiorum plausu mer-
cantur factiones, & in luctum vertitur cytha-
ra, quando non æmulantur blasphemias. XXXII.
Sceleri ius dari vbi iudices Religio partitur
notauit Paulus cum in Hebræorum Concilio
vnanimiter damnaretur, *sciens quia vna pars.*
Saducæorum esset, & Pharisæorum altera, ex- Act. 23. n. 6.
clamauit in Concilio: Viri fratres ego Pharisæus
sum, filius Pharisæorum, de spe & resurrectio-
ne mortuorum ego iudicor. Et cum hæc dixisset,
facta est dissensio inter Pharisæos, & Saducæos,
& soluta est multitudo. Saducæi enim dicunt,
non esse resurrectionem, neque Angelum, neq; Spi-
ritum: Pharisæi autem vtraque confitentur. Fa-
ctus est autem clamor magnus. Et surgentes
quidam Pharisæorum, pugnabant dicentes: nihil
mali inuenimus in homine isto. Hic duo ob-
seruo, Primum Pauli artem; vt calumnian-
tium effugeret manus: secundum, eos qui
paulò ante Pauli hostes erant, fiunt modò
patroni, & quem calumniabantur seducto-
rem, plaudunt Prophetam. *Quid si Spiritus* XXXIII.
locutus est ei, aut Angelus. Iam viderat Paulus
sola Religionis discordia sibi patère salutem,
ideo. *Hanc vnitatem reproborum perniciosam*
sibi Paulus conspiciens, cum in medio Pharisæo-
rum,

rum,& Saducæorum esset,dicit: de spe,et resurre-
ctione mortuorum ego iudicor. Qua voce vehe-
menter percussa, protinùs contra se inuicem audiē-
tiū turba dissiluit, & dum in duas partes tumul-
tūantium multitudo scinditur, Paulo via ereptio-
nis aperitur. Paulus ille, qui irridens dissonam
XXIV. Hebræorum impietatē, consonam Romanorū
idolomaniam timuit,Iudæorum enim eruditi
XXV. ruina, duodecim tabularum lege interdicère
subditis,separatim nouos habere Deos, Ædi-
libus mādādo, seuerè animaduertere ne quid,
nisi Romani Dij, & patrio more colerentur.
Indè Christiana Religio(quantò acrius armo-
rum strepitu, Deorum pluralitatem tuebatur
Gentilitas) tantò humiliùs patientiæ clypeo
vnitatem propugnabat. Religionum enim
confusione suspecta, deorum discordiam ful-
ciebat idolatrantium concordia. Vnde Pe-
XXVI. rantiquus vetustioribus populis mos, bonis,
capiteq;minuere eum, qui auitam cōfunderet
Religionem. Amanus Assueri inter ministros
primus, Iudæorum acerrimus hostis,hoc vno
illos tentauit opprimere prætextu, quòd no-
uis vterentur legibus,& cęremonijs. *Dixitq;*
Aman Regi Assuero. Est populus per omnes pro-
uincias regni tui dispersus, & à se mutuò separa-
Esther. n.8. *tus,nouis vtens legibus, & cæremonijs, insuper,*
& regis scita contemnens. Quasi scitā spernerēt
Regis,quia nouis vterentur legibus, & cære-
monijs;futurū enim, vt Numinis sublato me-
tu,& Principum pereat reuerentia, cum more
XXVII. piscantium,turbidum exoptant mare. Vt verò
iam annos haud synderesis probata est eorum
nouitas, sed dolus ad populos decipiēdos, de-
nudati iam sunt falsi prophetæ, qui cū in ouiū
venirēt vestimētis, inuenti sunt intùs lupi ra-
XXVIII. paces,non animarū sitiētes salutē,sed dignita-
tū anhelātes fastus; in cęnis primos quærētes
accubitus,gaudentes salutari in foro,dilatātes
phylactēria sua, vt appareant hominibus ere-
ctores,cū sint euersores. Dicite Zelandi, Ho-
landi. Vestfrisij cęteriq;hæresiarchæ,Ecclesia-
rum, Episcoporum, Canonicorū redditibus,
XXIX. quos maiores vestri extra hominū comerciū
in Dei reposuère patrimonium,qualē dedistis
frugem?venditis,commutatis,& quæ parentū
vestrorū vltimo iudicio data erāt Deo, modò
testamētorū violata lege, ab hominibus vsur-
pantur;nec vos pudet possessores vocare Epi-
scopos, & Canonicos, qui militari vestiuntur
cingulo, vt in Sanctos ipsos templorum clau-
dantur valuæ, quasi eadem Ecclesia Deos, &
homines capere nequeat. Detecta est vestro-
rum,dealbati parietes, dominandi cupido, li-
bidinis efrenis licentia, qua in Christi sinu
(claustrum est) violatæ virgines; & quæ pacta
ait Prætor a hominibus seruabo,Dijs seruare
negastis. Quid aliud Lutherus,Melancthon,
cæterique reformatæ,dicam veriùs, conspur- XL.
catæ Religionis docuerunt? Felix Imperator
Carolus V.sed felicior si Pontificio Legato fi-
dem habuisset protestanti nonnullos Germa- a L. ait Pretor C. de pactis.
niæ Principes,Religionis pretextu, impio pa-
trocinari Luthero, vt quod haud poterant ar-
mis, Religionis nouitate tentarent. Quanto XLI.
vtilius erat vnum, quàm vnitatem perdere,
Diuinum Numen (Mæcenatis regium dogma
fuit) *omni modo, omni tempore, ipse cole iuxta le-*
ges patrias, & alij vt colant,effice. Eos verò,qui
in diuinis aliquid innouant, odio habe, & coerce:
non Deorum solum causa,quos tamen,qui contem-
nit, nec aliud sanè quidquam magni fecerit, sed
quia noua quædam numina hi tales introducētes, XLII.
multos impellunt ad mutationem rerū. Vndè con-
iurationes,seditiones,conciliabula existūt, res pro-
fectò minimè conducibiles principatui. Bergomē-
sem Prouinciam Io:Baptista ex Corneliorum
Piscopia nobilissima apud Venetos familia Dio.Cass. lib.52.
moderante germine, Procuratoria nunc pur-
pura redimito, solemni die corporis Christi,
vt moris erat,rogationem cū ageret ciuitas;
renuebant hæresiarchæ milites, ad vrbis ex-
cubantes præsidium: vnà cum Catholicis, re-
uerentiæ signo,Eucharistico Pani farissam in-
clinare,antecessorum freti patientia. Restitit
Prætor consilio non minus, quàm pari ma-
nu,sed armata (nè sub Veneto Leone, quem
rugire, vt redemptum protegat, gloriantur
Orbem, perduellis triumpharet orcus) Re-
demptoris fidem expositus redimere sangui-
ne, iubet itaque Sacerdotem immediatè sub-
sequenti sibi dolonem deijci (dubium an Eu-
charistico pani vel magistratui) sic fide pri-
mùm,armata deindè concione,furente tādem
hæresi,sed duram inclinante ceruicem, tanto
mysterio triumphalem erexit pyramidem;
nouum,& semper incassum, tētatum quoties,
vsque in hodiernum diem. *Vre, seca*(cum Ci-
cerone aiebat, *vt membrum potius aliquod,*
quàm totum corpus intereat. Et Cyprianus. *Pu-*



XLIII. *niantur à te, ne tu prò illis puniaris*. Hiſtoriarum
Philip. 2. De Gen. reuoluantur monumenta, vbi innumerabiles propemodùm ſeductores circumuentoreſquè videre erit, ſpecie Religionis, vulgus ſollicitantes. *Egrediebãtur in ſolitudines* (Ioſepho te-
2. d. Bello Iudaico c. 12. ſte) *promittẽtes Deum ſigna eis oſtenſurum libertatis*; Vt Ægyptius ille magus, cum prophetæ
XLIV. opinione vſurpata, triginta fermè hominum millia in Præſidem cõgregauit, quos vana ſeductione deceperat; & ni Feſtus Romanorũ in Iudæa Præſes occurriſſet citò, actũ erat de illa
XLV. prouincia. Sic anno Chriſti 428. Moſes Cretenſis fingens Moyſem illũ, qui Iſraelitas per mare rubrum deduxerat, in patriã reducendi prætextu, omnes demerſiſſet in mari, niſi Chriſtiani piſcatores certiores feciſſent Iudæos, omnes, qui ex alta rupe ſe proijciebant
in mari, vel dilacerari, vel aqua ſubmergi. Flã- XLV
marum lingua loquatur Dominicanus ille Sauonarola, quò tendèret ſimulata pietas, cũ Dei XL
Vicarium redarguit? ab amicis combuſtus, ex cruciatibus intonat, Florẽtiæ Dominatũ, Magnatũ plauſum, populorum adorationẽ, Religionis naufragio mercabar circumcellionum *Aug.*
more, quorum immanitate, ferro, & fuſtibus *68. Ianua Donati ſtam*
conciſos homines, dirutas domus, vaſtatos agros:

agros: ſpoliata delubra ab ijs conſpicies, qui vt latrones viuentes, vt Circumcelliones morientes, in cineribus honoratur, vt martyres. Hi ſunt, qui amicti ſtolis albis venerunt cum tribulatione magna infideles Deo, proditores patriæ, ab antiquo Iudæorum Alcimo edocti
XLVIII. Blaſphemarum pretio in Deum, patriam, & parentes, Sacerdotium emère à ſacrilega tyranorum manu. Si infidi, Numini quem co-
I. Macchab.7. lebant, fideles haud Principi eſſe poſſunt, querebatur in aulicos Conſtantinus Chlorus, quùm eorum exploraturus animum, vulgato edicto, vt vel Dijs immolarent, vel aula excederent; multos inuenit Chriſto cedere, nè
XLIX. aula caderent. *Si fidi non fuerunt Numini, quem colebant, neque mihi fidem præſtabunt,*
Euſebius c.11.& 12 *neque certam operam nauabunt, ad me, meumque imperium tuendum.* Reiecit itaque Regis Ioſaphathi forſan eruditus exemplo, quando
L. Paralip. c.17. vnà cum Principibus Leuitas, & Sacerdotes miſit, qui de Iuda lucos & excelſa aufferrent, habentes librum legis, & erudientes populum. Vnde repurgato regno & Religionis firmato concordia, *factus eſt pauor Domini ſuper omnia regna terrarum, quæ erant per gyrum*
Ib.n.10. *Iuda, nec audebant bellare contra Ioſaphat*, didicerat enim à maioribus ſuis quod vnus Achā,
LI. quia religionem diſcors, cum de anathemate tulit, prouocauit Dominum ad iracundiam, vt reliqui in Bello caderent; Si in politico regimine ad vnum reducimus omnia, in
LII. vnoquoque genere, illud cunctorum dicentes menſuram, quod eſt perfectiſſimum? Metallorū, principem, aurum volumus: lapidum, adamas: plantarum, Oliuam: florum, roſam: Leonem, quadrupedum: volatilium, aquilam: planetarum, Solem: ſphærarum, Empyreum: Angelorum, Michaelem: hominum, Regem: Imperatorem, Principum: Principum, Petrum: omnium, Deum: *Domini eſt terra, & plenitudo eius: Orbis terrarum, & vniuerſi qui*
Pſal. *habitant in eo.* Ne Legum ciuilium diſcordia,
LIII. quæ directè terminantur ad corpus, peſſundat Rempublicam; & Spiritualium antinomia, haud ſoluetur regiminis harmonia? non pugnant corpora, niſi crudeſcant animi; nec anima, religionis præter agnoſcit legem, quæ tamquam Palinurus, ad ſecuritatis pacificum appellet portum. Exemplo ſit Iudas ille Machabæus, cui Deus ipſe tanto Imperatori centuriatus Fecialem ſe præſtitit, vt diceres Iudam imperare, Deum pugnare. Vicit quot- LIV.
quot obſtites habuit: etſi ex victorijs arguere fas eſt, Deum non hominem dicas. Homo cognitus eſt, cum pro homine reliquit Deum; tanti æſtimatur mundana Societas. Iudas vſque dum Cælicæ tubæ Gentilium interdicentis commercium paruit, Gentilium terror, Dei flagellum viſus eſt; cum verò Romanorum magis, quàm Dei arma pertimuit, ac Numinis ſpreto decreto, Romam miſit, cum eis ſtatuere fœdus, & ſocietatem, minus quàm homo probatus interijt. Non poſſumus cum religione diſcordibus, fœdus inire, niſi Dijs ipſis diſcordiam Bellumq; pronunciamus.

Nec dicas miſcellam religionem ad ſtabiliendum inductam ſceptrum, nè ſubditi in Re- LV.
gem conſpirent; vt celebris Ægyptiorum mos: Plutarcum audi: *Sunt qui Regem quendam* Siculus
callidum, atque verſutum narrent, quia depre- apud Schomb.
hendiſſet Aegyptios natura leues, & ad res nouas apprime procliues eſſe, animalium cultum in ſingulis ferè vrbibus peculiarem, lupi, Crocodili, ichneumonis, accipitris introduxiſſe: vt populum temerarium, & ad res nouandas promptum, diuerſitate religionis diſtraheret, & multitudini alioqui inuictæ occaſionem perpetui diſsidij daret. Si quidem cum animantes illæ infeſtè ac hoſtiliter ſe mutuò peterent, earum cultores in factiones quoque ſenſim diſtracti ſunt. Hiſtoria hæc Plutarcho ipſi cum ſit ſuſpecta, veriſimilis nec mihi, eo vel maximè quod Ma- Lib.5.Satur.c.7.
crobio teſte, curauerint Ægyptij ſuæ religionis leges, non confundere, vel miſceri externorum ſuperſtitione. Vix enim credere du- Plutar. de Iſide.
cor Ægyptios illos, qui Græcis ipſis Deorum tradidère nomina, ſordida animalia, tamquàm Numina coluiſſe: dicas potius animalia terræ in Deos erexiſſe, vt Diuinitatis ſingularia attributa, animalium colerent recordatione, vt in Leone fortitudinem, in Apibus iuſtitiam, in Gallo prudentiam. Saturnum, & Serapim non priùs coluerunt, quàm Ptolemæorum tyrannide fuerint oppreſſi: & imperio paruerunt, nè religionis ſuæ mores confunderent. Itaque cum pecudibus, aut ſanguine Deos placare, piaculum eſſe ducerent, ſed precibus, & thure ſolo: Saturno autem, & Serapidi Dijs aduenis hoſtiæ pecudum atque

etiam humanæ mactandæ essent: fana eorum extra pomerium locauerunt, vt & illi sacrificij solemni sibi cruore colerentur, nec tamen vrbana templa pecudum morte polluerentur. Cum igitur nullum Ægypti oppidum intra
Macrob. muros suos, aut Saturni, aut Serapis fanum receperit, Ægyptum vnitam dicas, & non diuisam.

Quod si religionis discordia securos velis Ægypti Reges, in Ægypti etiam religiosa di-
Plutar. de Iside. scordia cum Plutarcho dabis Romanorum triumphasse concordiam; & dum *sua singula defendunt animalia, & eorum iniurias ægrè ferunt, factum esse vt ob animalium inimicitias ipsæ gentes, re non obseruata, infestæ, sibi inuicemque hostes redderentur. Sanè soli omnium Aegyptiorum Lycopolitæ ouem edunt: quia idem Lycos, idest lupus facit, quem prò Deo habent. Et nostra adeo tempestate cum Cynopolitæ piscem Oxyrinculum ederent, Oxyrinchitæ canes comprehensos, ac mactatos victimæ in morem comederunt, eaque de causa conflato bello, cum ipsæ grauibus sese inuicem damnis affecerunt vrbes, tum affectæ à Romanis pœnam ijs infligentibus fuerunt:* diadema cum subsistere nequit inter ciues discordes, ad extraneos auffugit concordes: Deficiunt forsam prætextus ludorum, Academiarum, Theatrorum, Palestrarum, quibus Principes subditos foueant discordes, nè in Regem vnà conspirent? Placidius omnium
LVI. Castellanorum & Nicolaitarum est Bellum, quod Venetijs super pontes, qui tamquàm catena inter insulas illas mare vinciunt, iusto belligerandi ritu nutritur. Ibi Iuuenum carneæ turres, quasi luctatorum hæredes naturali offensionis, & deffensionis norma, gladio manus, agilitatis clypeo aggredientes, regredientes, hominum exprobrant crudelitatem, quibus cum nec vngues natura tribuerit, vt pacificè viuerent, in iniuriam nulla data causa, modo, vel medio (& si quid pro-
LVII. *Cornel. à Lapide c. 3. Gen. n. 23.* pulsandum, Angelum manu primos parentes de Paradiso eijcientem, imitaremur) diabolica inuenère tormenta ad militaris virtutis excidium. Haud forsam sufficit manus, vt vim vi repellamus? pugni ferocissimo ictu hominem de terra extolli, in vndas de ponte proijci, exanimari, interimi experimur quotidie. Tam suaui dissidio Venetorum gloriosissima Respublica pacatos subditos tenens, non vti domina sed mater regere plauditur. Quale enim imperium, quod minus vel magis haud diuidat, vt securè imperet? Rotharis
Longobardorum Rex in qualibet Ecclesia LVIII
duos volebat Antistites: Catholicum, & Arrianum: vt Religionis discordia in Longobardos mouère Itali morarentur Principes. *Sabbell. Enaid. 8. lib. 6.*
Ieroboam Salomonis seruus à decem tribubus Iudææ electus Rex, timens ne ad domum Dauidis reuerterentur regnum, si sacrifica-
turus in domo Domini ascendisset populus in LIX.
Hierusalem, duos vitulos aureos erexit statim: tribuque Leui repudiata, Sacerdotes elegit de fece populi, vt diuidendo securus impera- *3. Reg. c. 12.*
ret. Turcarum Monarchia, & si tot sectis er- LX.
roribusque implicata, vndè Hierosolymis, Camerario teste, vnà videre sit Romanos, Græcos, Armenos, Surianos, Marcionitas, *Camer. tom. 1. p. 261. c. 5[?]*
Nestorianos, Iacobitas, Gregorianos, innumerabilesque alios: tamen ex religionum varietate, numquam visa est inclinare, sed potentior florescere. Ridebat Solimanus suo-
rum querelas petentium Christianos Alcora- LXI.
ni astringendos legibus: dicens, quod sicuti in horto herbarum varietas, & florum diuersitas minime obest, sed mirifice delectat, sensusque recreat; sic in imperio diuersa fides & religio potiùs vsui est, quàm detrimento: Inde videmus eiusdem domi cohabitare coniuges, liberos, parentes, fratres, sorores, qui & si religione discordes, vnà tamen conueniunt in politicis, & familiaribus prò liberta- *Ex Bodino Schombornens. 3. Polit. c. 11.*
te tuenda. Talia sunt florentissima Europæ LXII.
regna, Germania, Anglia, Olandia, Amstelodamum præcipuè, quod religionis discordia adeo viribus creuit, vt Principibus legem ponere, nè transirent terminos suos, haud formidauerit. Non longè Græci, quorum
Principes, Centaurorum curæ tradebantur, LXIII.
vt iuxta temporum occasionem, bestiæ hominumque simul laruam sumere edocerentur.
Talis, Tartarorum ille Princeps, cum Polo- LXIV.
nico diademate vellet coronari, solaque obstaret religio, religionis offerens holocaustum dixit. *Si tuus Pontifex ò Polonia? meus & Pontifex. Si tuus Lutherus? meus esto Lutherus.* *Io. Zouunius de Ordin. Rep. lib. cap.*

Hæc & similia prò miscella religione compaginant Hæresiarchæ illi, qui à tempore Caroli V. vt Austriacam domum deprimerent in tutelam recepère Lutherum, Caluinum,

Zuin-

Zuinglium. Toto tamen resonant orbe Sa-
LXV. cræ virgines stupratæ auaritia, ambitione,
luxuriaque duce, quæ libera voluntate, ac so-
lemni contractu, pluribus lustris consũmato,
sponsæ Christi factæ, nescio quomodo spon-
sum desererent æternum, vt cum Apostata
adulterarent. Hi sunt, quos in fidem recepi-
LXVI. stis ò vos Germaniæ Principes, quandò auos,
proauosq; vestros ignauia redarguebant noui
LXVII. circumcelliones, vt exaltaretis capita, & pro-
pagaretis regna. Contentio inter vos, quis es-
set maior, vos & nouatores vestros redarguit
regnum quærere non æternum, sed tempora-
le. Saxoni tutela nouæ religionis data, reli-
qui Principes nouas moliuntur sectas, vt po-
pulorum multitudine irretita cornu eleuarent
non in gloria sed in gehenna, Eodemque
tempore, quo libertatem conscientiæ propu-
gnare obstrepebant, Saxonia, Suetia Luthe-
ro vnitæ Pontifici. Hanc dicitis libertatem?
LXVIII. Religio Catholica vestrorum etiam consensu
impedimento non est; quin felicitatem con-
sequamur æternam, & tamen Catholicis nul-
lum datis ingressum, imo ferro, flammis in-
sequimini eo tunc, cum ex sugestu tuba cani-
tis religionem voce suadendam, haud armis
LXIX. imperandam. Animam enim cogere solius
Dei est, qui in diuinitatis signum tria tantùm
reseruauit sibi, Polonorum rege Stephano
LXX. Batori teste; ex nihilo aliquid facere: futura
præuidere: conscientijs dominari. Si verum
Lib. 5. diuinar. Institut. c. 19. vt declamatis cum Lactantio nihil tam vo-
luntarium esse, quàm religionem, à qua si ani-
mus sit auersus, iam nulla religio: quia ho-
minum voluntatibus atque conscientijs do-
LXXI. minari, suprà vires hominum est constitu-
tum, cur Catholicos tamquàm Reipublicæ
euersores è politico, regimine excluditis? Si
voluntas per essentiam libera est, & coacta
voluntas non est voluntas, vndè hoc libero
C. meritò 23. q. 1. arbitrio, Gentium omnium consensu dicimur
volo velle; volo nolle, respectu ipsius etiam
Scaliger. exercit. 107. Dei, à quo coactè volentes numerantur inter
nolentes, cur Catholicorum templa profa-
natis nec ibi vel alibi veræ religionis exerci-
tium negatis. Maximiliani II. Germa-
LXXII. norum Imperatoris in vos retorqueo ver-
ba: Nulla intolerabilior tyranni, quàm con-
scientijs dominari velle, cum Deus ipse ho-
minum non vrgeat voluntates. Si religionis

arma non debent esse carnalia. Vnde Apo-
stoli ad prædicandum missi, nec virgam, nec *2. Cor. 10.*
baculum portare iussi sunt, sed annuntiantes
pacem, vbi non fuerit filius pacis, pacificè re-
gredientes puluerem tantùm de pedibus ex- *Matt. 10.* LXXIII.
cuterent, cur vos solo æquantes altaria, Sacros
illudentes ministros persequimini de ciuitate
in ciuitatem, & in vasis, quæ stabant prò
mensa Domini, Balthasaris exemplo, temu-
lenti bibitis cum vxoribus, & concubinis,
laudantes ferreos vestros protestantes, quia
in frustra concidère Apostolos, & Prophe-
tas? Vestrorum non me latet prætextum, vin- *Nota*
dictæ titulo in Catholicos, eorumque bona
grassari, quia in terrenis nostris vestræ haud
tolerantur blasphemiæ: Nulla (primùm res-
pondeo) inter sectam vestram, & religionem LXXIV.
nostram proportio: nos præsentis temporis
Hæresiarcharum etiam consensu Catholica
religione saluamur; cum quilibet in sua fide
saluari possit: Politicorum est commentum,
cui Vltramontani subscribunt; nec ex religio-
nis parte nobis salutem contenditis, quemad-
modum auctore Christo, *Tu es Petrus & su-* *Mach.*
per hanc petram, ædificiabo Ecclesiam meam,
vobis negamus. Nos Cathedræ Petri con-
sociati delubra, templa iam Christo donata,
profanari nequimus, sed Christi exemplo
prophanatores cædimus, flagellamus, & si
Christus zelo domus suæ, factus est carnifex,
& nos lictores insurgimus in vos, qui cum
non possitis in Christi personam, sæuitis in
imaginem. Nostrorum labor, & vigilia est,
amissa recuperare, & Dei patrimonio resti-
tuere, quæ vos ferro flammis vsurpastis, lon-
ga seculorum, spreta possessione. Nos con-
seruamus, vos violenter occupatis. Perdita
repetimus, vos tyrranicè in alienis grassan-
tes, prædia nostra, Ecclesias nostras, gladio
hastaque metientes, regna confunditis, & vbi
Sacerdotum erat chorus, facta sunt militum
castra. Nos redargui forsan possumus, ve-
stri aliquid retinere patrimonij? non: quod
violenter opprimitis, nostrũ erat. Quo titulo,
qua actione tyrrannidem vestram cooperire
potestis? & cũ ex præteritis fas sit futura præ-
uidère, ad postes quotidiè vigilamus super
gregem nostrum, nè vos lupi rapaces venien-
tes in vestimentis ouium possitis Esau rapere
manibus, quandò Iacobi concionamini voce.
Veniant

Veniant modo Turcæ, dicantque si in ore
LXXVI. gladij vnam religionem doceant? Talisma-
norum est munus (quos nos Sacerdotes voca-
mus,) Imperatores ipsos Mahometanis in-
struère præceptis, adeò vt indicâte Muphthi,
nō vna vice religionis rei ceciderint ipsi Mo-
LXXVII narchæ. Osmanus Vrchanus, Murat Turci-
ci imperij erector *quoties conuiuas vocabat ve-
scebatur adhibitis Talismanis, quorum præceptis
& admonitionibus inter conuiuandum aures*
Annales Turcar. *præbebant: & Alcoranum legi iubebant.* Lege-
bant (nota) Arabico idiomate, quo com-
LXXVIII. positum, in linguam Turcicam versione
prohibita, ne popularibus vulgato myste-
rio, daretur ansa disputandi; illis mos, mi-
litum gladio finire controuersias illas, quas
LXXIX Doctorum inciperet calamus. Quod si sub
Turcarum imperio obijcias Christianos, Cat-
LXXX. tholicos, Græcos, Iacobitas, Nestorianos, Iu-
dæos vnà viuentes: Mahomethi Turcarum
Imperatoris IX. inuentio fuit, vt captum
Byzantium, ferro, flammisque populatum,
hominibus vndequaque vocatis, repleret:
etsi menti dissonis Tyranni verbis, fuerint
in præmium sanguine pressi, quotquot ille-
cti fuère sponsionibus auri. Vrbe expugna-
LXXXI. ta, particulari edicto Christianos inuitauit
nobiles, vt natalium probato splendore, ma-
iori quàm antea donarentur stipendio. Ve-
Bertellus in Mahumetho Turcar. Imp. IX. nère multi, & capite dignas pendère pœnas,
credidisse tyranno. Quod si Turcæ Roma-
norum antiquo more, haud lacessunt religio-
LXXXII. ne diuersos: ex eo est, quod Romanis poli-
tiores, leniùs, & inde vtiliùs, fluminum mo-
re deplantant religiones contrarias: Sacerdo-
tes tollendo; ruentes Ecclesias reædificari
interdicendo; nouas construere prohibendo.
Ita paulatim, & decremento latenti Romana
Ecclesia paruulos suos, desiderati, qui fran-
gerent panem, sentit loqui iuxta linguam
populi & populi, alij loquuntur arabicè, alij
iudaicè; (quemadmodum diebus Esdræ cum
reuerteretur in patriam, vidit Iudæos ducen-
tes vxores Azotidas, Ammonitidas, & Moa-
bitidas, & filij eorum ex media parte loque-
2. Esdra c. 13. v. 24. bantur Azoticè, & nesciebant loqui Iudaicè)
nec in habitaculo Domini inuenitur qui sciat
canere psalmos. Sacrorum perdita memo-
LXXXIII. ria, quomodo audient sine prædicante? Si
fides ex auditu, Paulo teste, auditus autem
per verbum Christi; euenit vt in tertia sal-
tem vel quarta generatione infidelium nu- 10. ad Rom.
ptijs, Turcarum commercijs, sine templo, si-
ne pastore ad colendum Numen trahantur eo
modo, quo à reliqua vident adorari turba, LXXXIV.
quum pecudum more, vna errante, insequun-
tur & reliquæ. Asia exemplo sit, alias Chri-
stianorum fecunda, nunc adeo sterilis, vt ra-
rò inueniantur ibi pueri; qui Othomanico
more militiæ *Iannizzerorum* vulgariter dictæ,
adscribi possint. Vbi verò lenta via euerti non
potest contraria religio, ibi ferro, & igne
crudescunt, vt in Turcas, qui in Mahomethi LXXXV.
aberrantes lege, Persianam (dicunt ipsi) hæ-
resim profitentur. Catholicorum Turca eru-
ditus ruina, qui religionis potius discordia
quàm inimicorum armis cecidère confossi)
Persarum fidem non tantum prædicare, sed
credere, cuilibet Turcarum adeo nefas, vt
Persas debellaturi, Germaniam prætermise-
rint, & si Germanorum Principum discordia LXXXVI.
non vna vice securiorem spem occupandi
Germaniam quàm Persidem dederit. Ab vno
disce omnia: si in Persas quotidie vigilat, quia
Turcarum religionem confundunt, quantò
acrius vigilabit in eos, qui destruunt. Re-
gnare graue est pondus, & si sola religione LXXXVII.
Turcis ipsis fit leue, obsecrat vos Paulus,
Christiani Reges, vt digne ambuletis voca-
tione, qua vocati estis, solliciti seruare vnita- LXXXVIII.
tem spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus,
& vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe
vocationis vestræ. Vnus Dominus, vna fi-
des, vnum baptisma: donec occurramus om-
nes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei:
vt iam non simus paruuli fluctuantes, & cir-
cumferamur omni vento doctrinæ in nequi-
tia hominum, in astutia ad circumuentio-
nem erroris. Veritatem autem facientes in
charitate, crescamus in illo per omnia, qui
est caput Christus: ex quo totum corpus
compactum, & connexum per omnem iun-
cturam subministrationis, secundum opera-
tionem in mensuram vniuscuiusque membri.
Hoc igitur dico, & testificor in Domino, vt
iam non ambuletis, sicut & Gentes ambulant
in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum
habentes intellectum, alienati à vita Dei per
ignorantiam, quæ est in illis propter cæcita-
tem cordis ipsorum: qui desperantes, semet-
ipsos

ipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam, quæ excogitauit Idola, vt lucraretur argentum. Ecclesiæ aurum proiecistis in turbam Vltramontani Magnates, nomine gregis de bacchaturi. Fefellit spes, Populus religione solutus edocuit, neminem erudiri posse, colere principes, & Deum spernere. Qualiscumque sit Reipublicæ forma, vt incolumis perseueret, vnitas religionis veluti cæleste depositum sedulò custodiatur, omnesque rimulæ pacis osoribus occludantur. Semel enim immissi, vt vulpes Sampsonis facibus à tergo tractis, latenter primo, palam tandem discordias, & in simultates superseminant.

LIBER SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

LVDOVICVS PIVS

Occidentis Imperator II.

1 *Virtus in hieroglyphico Ludouici à Fortuna pressa, honoris tandem resurgit in templo.*
Hieroglyphicum Ludouici Pij, Carmina prò Ludouico Pio. 33.
Elogium Ludouici Pij.
5 *Ludouici Pij pietas*
6 *Monasteria à Ludouico Pio extructa.*
7 *Aquitaniæ diademate insignitur; vt ex numismate.* 34.
8 *Volebat fieri Monachus.* 22.
9 *Patris bona, Ecclesiæ, & pauperibus elargitur, & tripodem emit paternam.* 35.
10 *Lygerim traducit in Oceanum, vt ex numismate.* 37.
11 *Immunitatem Ecclesiæ renouat.*
12 *Leonem* II. *Papam ab inimicis vindicat.*
13 *Priuilegia largitur Hispanis.* 39.
14 *Procidit coram Stephano* v. 10. *vt ex numismate.* 40.
15 *Clericis arma prohibet.* 41.
16 *Ciuitates Italiæ, Romanæ donat Ecclesiæ.* 32.
17 *Leges Ecclesiasticæ libertati aduersæ à Ludouico abrogantur.*
18 *Gentes à Ludouico deuictæ.*
19 *Bernhardum nepotem excæcat Episcoporum consilio.*
20 *Ludouici pœnitentia in Concilio Attiniaco.*
21 *Filijs regna diuidit.* 43.
23 *Matrimonium celebrat cum Iuditha.* 30.
24 *Solio deturbatur à filijs.* 45.
25 *Regnum recuperat.*
26 *Filijs indulget.* 27. *Moritur, eiusque verbum in morte.* Quiesco.
28 *Numisma Ludouici Pij.*
29 *Numisma Coronationis Hirmengerdæ vxoris Ludou. Pij.*
31 *Principum insignia qui cum Ludouico Pio bella gessere.*
32 *Epitaphium Ludouici Pij.*
35 *Proprijs manibus coronatur, vt ex numismate.* 8.
36 *Leonis Orientis Imper. & Ludouici Pij fœdus ex numismate.*
44 *Lotharium assumit consortem imperij, vt ex numismate.*
45 *Ludouici spes in Christo tota, vt ex numismate. Verba ab eod. prolata cum exauctoraretur.*

E Manu Fortunæ (quæ tandem Ludouici calcata pedibus victa iacet) victrix surgens Ludouici toties iactata Virtus ad templum pergens honoris, Regibus est monumentum, Heroum virtutem veluti palmam inclinatam resurgere.

EPI-

EPIGRAMMA.

Concide sors inquit Caroli non digna propago,
Gallorum nimia Rex pietate malus;
Heu fata, horrendos ferrum librauit in ictus;
Perderet vt Regem, ceu noua Parca foret.
Obstitit hic contra pedibus, sortemq; minantem
Cum premeret, Virtus sis mihi Præses, ait.
Nec non deluso Virtus mucrone tuetur
Impauidum, & capiti laurea serta parat.
Ne timeat quicumque Pius; Cælo edita Virtus
Despicit instabilis bella cruenta Deæ.

Comes Cæsar Plouenus Nobilis Venetus.

ALIVD.

Proh, regale nefas! Genitori Filius audet
Vi rapere Imperium: carceris esse Reum!
Parce precor Genitis Pater ò, qui Regius extas
Heros, parcendo diceris ipse PIVS.
Esto animo forti, Lodoice, superba triumphat
Cum Fortuna, Tibi digna Trophæa parat.
Persequeris Fortuna Ducem, distringis & ensem;
Rex tamen haud ictus sensit iniqua, tuos.
Virtus hunc retrahit, dextrà complectitur illum,
Quem rota non vertit, sub pede pressit eam.
Victorem Victrix ad Templum ducit Honoris.
Quem sociat Virtus, Hunc comitatur Honos;
Contra Fortunam vicit cum prælia Virtus:
Sors bona tunc Regi reddidit Imperium.

Excell.M.Ant.Moles Neapolit.Sacerdos.

Antiqua Carmina Micylli

Hunc pietas celebrem facit, & clementia morum
Quamuis idem æque fortis ad arma fuit.
A natis capitur regnum affectantibus, at mox
Restituit populus sceptra, fidemque viro.

De Eodem

Ludouico nati sunt reddere sceptra coacti;
Vtque Pater Magnus, sic erat iste Pius.

ELO-



ELOGIVM.

Indignata Fortuna
In tumulo tumeſcere Carolum *Quia ſub pedibus Carolus deſiderium tenebat.*
Reſurgit illa, dum moritur iſte,
In filijs execratura parentem.
Obtinuit,
Impotens in vnum, diſcordià poteſt in quatuor.
Meritis plaudentia vota
(Omini iuncto nomine)
Ducunt ad thronum, vt tranſducant ad trigonem.
Ex imperiali pila
Agnouit luſum in ludo;
Aleatores haud homines, ſed Deos credens, V. *Viuente Carolo Aquitaniam regit. Baron. n. 5 Annal. Franco. in vita Ludou.*
Terrarum in Orbe ludere ſolitos,
Prouida calliditate, decipere aggreditur:
Pietas eſt,
Hac illuduntur, hac iugulantur Numina.
Ann. 806 Appenſus 34. in ſtatera diadematis, *Carolus 23. Monaſteria erexit ſuo vitæ curſu. Ludou. cum 29. annorum eſſet intra annum, 29 fundauit.*
Inuentus eſt habere plus Aquitanico regno.
Carolus Septuagenarius die, quinquagenarius Imperio.
Vix alphabetum ſupputauit clauſtris, *Romani annos numerabant, ſingulis in annis clauum figendo parieti.*
Ludouicus,
Romanorum more, clauſtrorum viginti nouem clauis
Vnico regni anno ſuam numerauit ætatem. VI.
Iuit Rex, & nè remaneret Sacerdos, reuocatus eſt Imperator. *Volebat fieri Monachus in Aquitania.*
Iuſſus imperare, didicit parère. VII.
Oblatus Monaſterio, quia voluit, VIII.
Traditus regno, cum noluit,
Victimæ præferens obedientiam,
Suſtulit in humeris principatum. *Baron. num 14. Theganus apud Duceſne p. 276 tom. 2.*
Ann. 813 Proprijs 35. manibus coronatur ad aras,
Non opus Sacerdote vbi miniſtrat pietas.
In altari Chriſti
Regem Regum coronat dominantium Dominus. *Ex paterna hereditate nihil retinuit, præter tripodem, quam pretio redemit.*
Romanorum Imperator,
Ann. 814 Quiritum iure hæreditatem Cæſaris 3. emens, IX.
Menſulam in tripodem elaboratam pretio redèmit, *Baron. num 64 Theganus n. 8 hæreditatē vendebant Romani*
Theſauros pauperibus terræ largiendo
Theſaurizauit in Cælis. X.
Nouam 38. aquis ponendo legem, *Ligerim traducit in Oceanum.*
Voluit Ligerim terminos egredi,
Si Oceanus, aquarum tranſgreditur terminum.
Princeps ſolutus legibus, XI.
Sed legibus viuens *Theganus n. 10. propria manu ſubſcribit Eccleſiæ priuileg.*
Eccleſiæ labantem titulum *Immunis eſt*, refixit. XII.
Et cum Carolo partitus immortalitatem Ludouicus, *Leo. III. Papa vexatus ab inimicis vindicatur à Ludouico.*
Quirinalis ſedère ianitores Caſtor, & Pollux,
Ann. 815 Vt Eccleſiaſtici hoſtis hoſtiam hoſtiret Pontifici. *Bar. n. 1. Aimoinus lib. 4. cap. 3.*

XIII.
Hispanos cum premerentur à Sarracenis, Ludou. vti proprios ciues recèpit; & prædijs dotauit. Baron.

Sub Africa cecidisset Hispania, nisi accurrisset Gallia
Quæ fugientibus non asilli, sed ciuium lilia porrexit.
O Hispani 39. *Gallus vobis hæc otia fecit,*
Quem toties canentem terque, quaterque negastis?
Ter procidens Ludouicus coram 40. Stephano Quinto, *Ann.*
Instruit coram Petro canere Gallos,
Vendiderat Clerus 41. tunicam, & emerat gladium. *Ann.*
Sed cum Deo deesset, vt adesset, iussit Cæsar
Gladium vendere, & tunicam redimere.
Petri patronus
Constantini 42. donationem digito, in puluere scriptam.
Stylo in silice rescripsit, ferreo,
Et quod in Italia tenebat Gallia,
Ad Petri pedes appendit.
Venite *Laurentij* nec in *vallibus* buccinate
Si Græcis nulla fides, Gallo fidite,
Cuius labor Pontificum detègere labes.
Ab Episcoporum femore abripuit gladium vnum,
Sed in Pontificis manu restituens duos
Spirituale dominium *intonuit*; temporale *donauit*.
Temporibus ponendo terminos;
Oh tempora? oh mores?
Cum resonaret Rex, reboauit grex,
O mores, ò tempora.
Si tyranni exemplo corrumpitur regnum,
Regis ad exemplum totus componitur Orbis.
Quem potius Alcidis capite
Quàm Atlantis sustinens humeris;
Finitimos religione tantùm exterruit,
Et si quid alij iniuria occupassent,
Ipse sola iustitia gubernaret.
Inter *digesta* iura
Authenticum hoc gladij signauit capulo, *Ann. 81*
In *Canones*, si quæ *leges*, dicite *paleas*.
Sic stabat & stetisset,
Nisi inuida Fatorum series
Quæ summis stare diù, negat.
pingi, pandi, pangi.
Inauris Fortuna voluerit,
Vt nobis maligna: æqua sibi
Quod alijs illicet, soli liceret,
Fasque per Nefas ius denegaret.
Idolomani, Romani
Ignoscunt Fato, agnoscunt crucem,
Vterque videt, nemo intelligit:
Superbus vnus, humilis alter
Fide supplet, perfide negat.
Inermia erant arma
Cum Godefridi filij Pannones, Vascones, Britones
Implumant Aquilas, Gallum Mauriq; deplumant

XIV.
Theganus de gestis Ludou. c. 16 17. 18. Baron n. 99.

XV.
Baronius n. 8. In vita & actibus Ludou. apud duchesne p. 298 Aimoinus lib. v. cap. 11.

XVI.
Gratianus in c. 30. Ludou. d. 63. Baron. n. 10. Laurentius à Valle qui contra Constantini donationem scripsit.

XVII.
Baron. num. 7. Tollit leges, quæ contra canones.

XVIII.
Baron. ann. 815. & in tota Ludouici vita Annal. Fuld. n. Aimoin. Non eodem sed diuerso tempore.

Cæsaris

Cæſaris ſceptrum, pedum diſcerpitur Petri,
Canit Gallus, plangit Petrus, Cęſar amatur,
Pauet Luna, ridet Roma, Imperiumque quieſcit.
Semel cæcus cum excæcauit nepotem Bernhardum,
Ann. 818 Credulus vterque non callidus iudex & reus,
Paſtorum ſemitis aberrauit, ille puniendo, iſte peccando.
Quis non delinquet, cum ſub oculis Epiſcoporum
Ius datum ſceleri canitur?
Hoc ſine venia, populo ſubmittere Regem.
Vnum delictum duplici expiauit pœna,
Et quia oculorum peccatum fuit, cępit lacrymari:
Vſque dum ſanguinem impiorum, pietatis aqua deleuit.
Ann. 822 Attiniaci non coram Ambroſio, ſed Concilio;
Vt quorum oculi offenderant in delicto,
Regia ſanarentur ſatisfactione.
Sanauit omnes, filios præter.
Roma tribus tyrannis,
Cęſar tribus ſcinditur furijs, vel filijs? neſcio:
Parricidas inſtetit, cum 43. Regnantes delegit.
Ann. 819 Diuiſo imperio, totondiſſet coronam,
Ni in turbam miſsi feralia fœdera regni
Concordia imperij foret diſcordia fratrum.
Ann. 819 Reginæ tumulus bigamum excitauit thalamum
Deſponſatur Iuditha,
Quæ ſolo pulchritudinis ſcelere,
Sponſum, quem non fecit, dixit adulterum.
Priuigni nè filium nouercæ haberent in fratrem,
Ann. 833 Inter corrucas, & adulteras exſibilant patrem,
Et matrem,
Dantes ergaſtulo, quem ſubditi traxerunt è clauſtro.
Armata pietas ſacro tantum dolo poterat exarmari.
Ad aras vocatur,
Vt quod formidarunt militum caſtra,
Audeant Sacerdotum altaria.
Nunc in Pontifices clament Reges:
Domum Dei, ſpeluncam feciſtis latronum,
Pietatem ſpoliauit Religio.
Nec amplius vox fratris, ſed patris
De *Mentito campo* clamat,
Chriſto teſte, Sacerdote iudice, actore impio filio,
Pius 45. damnatus eſt pater.
Quaterni haud ſatis fuère armorum motus,
Vt genitori reſtituerent liberi libertatem.
Ann. 834 Imperauit, cum diuiſit.
Conſortis impatiens poteſtas,
Tribus preſſa tyrannis, reuocauit Regem,
A filijs, gaudens recognoſci in patrem.
Cum perſonas agnouit, ignouit delictis.
Sed deſcendente, non aſcendente amore,
Expirare, non reſpirare voluère parentem.

Tres Epiſcopi Mediolan. Cremon. Aurelian. ſollicitarunt

XIX.
Bernhardum, vt imperium ſibi vti primogenito repeteret. Baro. n.18. ſic Ludouicus quem capite damnarāt Epiſcopi, lumine tantū priuauit.

XX.
Baron. 1. publice egit pœnitentiam vt ex Paſchaſio apud Surium. die. 2. Ian. t. 1. Aimoinus 5. c. 11.

XXI.
Regna filijs diuidit. Volebat fieri Monachus in vita Ludou.

XXII.
Theganus Bar. n. 12. Vita, & actus Ludouici. Aimoin. 5. c. 12. 14. 17.

XXIII.
Sigonius de regno Italia. Nithardus.

XXIV.

Vbi filij prodière patrem mentitus campus vocatur Vita, & acta Ludouic: Pij Aimoin. 5. c. 14.

XXV.
Sigonius de regno Italia. in vita Ludouici Pij Filij diſcordiâ diuidūtur

XXVI.
Parricidis parcet Pater.

In Basilica S. Arnulphi, Sepultus in vrbe metensi. Vita & acta Ludou. XXVII.

Quieuit Imperij anno 26. Ætatis. 64. Ann. 840 Kal. Iulij. 12.
Quiesco, placidè fando,
Filiorum? non; sed matris in sinu.
Ludouico consepulta pietas
Iubet filios parentare parenti,
Exeat aula, qui vult esse Pius.
Sed resonat aula,
Ludouicus habitauit in aula, & fuit Pius.

XXVIII.

Numisma Ludouici Pij Imp.





Ludouici Pij Vxores II.

Hermingardis Augusta *Ingrami* vel *Nigrani* Saxoniæ ducis filia, ex qua nati sunt Lotharius Imperator, Pipinus Rex Aquitaniæ, Ludouicus Rex Franconiæ, & Bauariæ. Cuius imago.

XXIX.



Hanc Remis coronatam numisma docet.



Secunda vxor nomine Iuditha, filia Guelphi primi Comitis Altorfiensis in Sueuia, Soror Conradi, & Rudolphi Principum, peperit ei Carolum Imperatorem cognomine Caluum. XXX.

Epitaphium Ludouici in Monasterio S. Arnulphi Metensis.

Imperij fulmen, Francorum nobile culmen,
Erutus à seclo conditur hoc tumulo
Rex Lodouicus tantum pietatis amicus
Quod Pius à populo dicitur, & titulo
Hildegard soboles, Karoli Magni pia proles
In pacis metas, colligit hunc pietas
Rumelicum villam, quicquidue refertur ad illam
Arnulfo sancto contulit, huicque loco.
Stirps à quo procerum Regumq; vel Imperatorum XXXI.
Quorùm muneribus sistitur iste locus.



Princi-

Principum Insignia, qui cum Ludouico Pio Bella gessère.



CAPVT II. Adnotat. Historicæ.

XXXIV. A*Ppensus*. Anno 778. natus Ludouicus, pietate imbutus, & multa post bella, patris iussu peracta, petijsset claustrum, ni à Carlo vocatus fuisset ad regnum, vt ex numismate, licet tempora non concordent, nam postea;



Romæ ab Adriano Papa iterum inaugurati. *Annal. Engolismi.*

Proprijs

XXXV. *Proprijs manibus, &c.* Imperij consortem
num.6. Ludouicum sibi delegit Carolus anno 813. vt ex Thegano. Cum intellexisset Carolus iam appropinquare *sibi diem obitus sui (senuerat enim valde) vocauit filium suum Ludouicum ad se cum omni exercitu, Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, loco positis: habuit grande colloquium cum eis Aquisgrani Palatio, pacificè & honestè admonens, vt fidem ergà filium suum ostenderent. Interrogans omnes à maximo vsque ad minimum, si eis placuisset, vt nomen suum, idest Imperatoris, filio suo Ludouico tradidisset. Illi omnes responderunt, Dei esse admonitionem illius rei. Quo facto, in prima die Dominica ornauit se cultu Regis, & coronam capiti suo imposuit; incedebatque clarè vestitus, & ornatus, sicut eum decuerat. Perrexit ad Ecclesiam, quam ipse à fundamentis construxerat, peruenitq; ante Altare, in eminentiori loco constructum cæteris Altaribus, & consecratum, in honorem Domini nostri Iesu Christi: super quod coronam auream aliam, quam ipse gestabat in capite suo, iussit poni. Postquam diu orauerunt ipse, & filius eius, locutus est ad filium suum coram omni multitudine Pontificum, & Optimatum suorum, admonens eum in primis Omnipotentem Deum diligere, & timere, eius præcepta seruare in omnibus, Ecclesias Dei gubernare, & defendere à prauis hominibus. Sororibus suis, & fratribus, qui erant natu iuniores, & nepotibus, & omnibus propinquis suis, indeficientem misericordiam semper ostendere præcepit. Deinde sacerdotes honorare vt patres; populum diligere vt filios, superbos nequissimos homines in viam salutis coactos dirigere, Cænobiorum consolator, & pauperum esse. Fideles ministros, & Deum timentes constitueret, qui munera iniusta odio haberent. Nullum ab honore suo, sine causa discretionis eliceret; semetipsum omni tempore, coram Deo, & omni populo irreprehensibilem demonstraret. Post quam hæc verba, & alia multa coram multitudine filio suo ostenderat, interrogauit, si obediens voluisset esse præceptis suis? At ille respondit: Libenter obedire, & cum Dei adiutorio omnia præcepta, quæ mandauerat ei pater, custodire. Tunc iussit eum pater, vt proprijs manibus coronam, quæ erat super Altare eleuaret, & capiti suo imponeret, ob recordationem omnium præceptorum, quæ mandauerat ei pater. At ille iussionem patris impleuit. Quo facto, audientes missarum solemnia, ibant ad Palatium. Sustinuit enim filius patrem eundo, & redeundo, quamdiù cum eo fuerat filius. Non post multos dies magnificis donis honorauit eum pater suus, & dimisit eum ire in Aquitaniam. Antequàm diuisi essent, amplexantes se, & osculantes propter gaudium amoris, flere cœperunt. Ille perrexit in Aquitaniam, & Dominus Imperator tenuit Regnum, & nomen suum honorificè sicut dignum erat.* De hac coronatione proprijs manibus facta, numisma inspice.



Sublato Carolo, ex Aquitania Ludouicus Aquisgranum petit, anno Incarnationis 814. vbi patris receptos thesauros sororibus distribuit: reliqua pauperibus donans, *thesauri maximam partem misit Romam, temporibus B. Leonis Papæ, & quidquid super hoc remanserat, sacerdotibus, & pauperibus aduenis, viduis, orphanisque omnia distribuit, nihil sibi reseruans, præter vnam mensam argenteam, quæ triformis est, in medio quasi tres clypei in vnum coniuncti: ipsam sibi retinuit ob amorem patris, & tamen eam alio pretio redemit, quod pro patre tradidit.* Hoc eodem anno, cum Leone Orientis Imperatore, fœdus pepigisse creditur, licet non appareat ex numismate tempus. *Thegan. num.8. De Gestis Ludouici Pij.*



Nouam

XXXVIII. *Nouam aquis*. Ligerim à naturali alueo in Oceanum à Ludouico traductum numiſma monſtrat.



XXXIX. *O Hiſpani?* Graſſantibus in Hiſpania Mauris, fugitiuis Hiſpanis, inter indulta, quæ largitus eſt Ludouicus, ſequentia legimus.

Duchesne p.321. Annal. tom.2.

Ex Archiuis Metropolitanæ Narbonenſis Eccleſiæ.

In Nomine Domini Dei, & Saluatoris N. I. C. Ludouicus diuina ordinante prouidentia, Imperator Auguſtus. Omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, ac noſtris, præſentibus ſcilicet, & futuris, in partibus Aquitaniæ, ſeptimaniæ, Prouinciæ, & Hiſpaniæ conſiſtentibus. SICVT nullius veſtrûm notitiam effugiſſe putamus, qualiter aliqui homines propter iniquam oppreſſionem, & Crudeliſsimum iugum, quod eorum ceruicibus inimiciſsima Chriſtianitati gens Saracenorum impoſuit, relictis proprijs habitationibus, & facultatibus, quæ ad eos hæreditario iure pertinebant, de partibus Hiſpaniæ ad nos confugerunt, & in ſeptimania, atque in ea portione Hiſpaniæ, quæ à noſtris Marchionibus in ſolitudinem redacta fuit, ſe ſe ad habitandum contulerunt, & à Saracenorum poteſtate ſe ſubtrahentes, noſtro dominio libera, & prompta voluntate ſe ſubdiderunt: ita ad Omnium hominum notitiam peruenire volumus, quòd eoſdem homines ſub protectione, & defenſione noſtra receptos in Libertate conſeruare decreuimus, eo videlicet modò, vt ſicut cæteri liberi homines eum Comite ſuo in exercitum pergant, & in Marcha noſtra iuxta rationabilem eiuſdem Comitis ordinationem, atque admonitionem, explorationes, & excubias, quod vſitato vocabulo, vuactas, dicunt, facere non negligant, & miſſis noſtris, et filij Noſtri, quos pro rerum opportunitate illas in partes miſerimus, aut Legatis, qui de partibus Hiſpaniæ ad nos tranſmiſsi fuerint, paratas faciant, & ad ſubuectionem eorum veredas donent. Alius verò cenſus ab eis, neque à Comite, neque à Iunioribus, & miniſterialibus eius exigatur. Ipſe verò, qui pro maioribus cauſis, ſicut ſunt homicidia, raptus, incendia, deprædationes, membrorum amputationes, furta, latrocinia, alienarum rerum inuaſiones, & vndecunque à vicino ſuo, aut criminaliter, aut ciuiliter fuit accuſatus, & ad Placitum venire iuſsus, ad Comitis ſui mallum omnimodis venire nō recuſet. Cæteras verò minores cauſas more, ſicut hactenus feciſſe noſcunctur, inter ſe mutuo definire non prohibeantur. Et ſi quiſpiam eorum in partem, quam ille ad habitandum ſibi occupauerat, alios homines vndecunque venientes, attraxerit, & ſecum in portione ſua, quam ad portionem vocant, habitare fecerit, vtatur illorum ſeruitio, abſque alicuius contradictione, vel impedimento, & liceat illi eos diſtringere ad Iuſtitias faciendas, quales ipſi inter ſe definire poſſunt. Cætera verò iudicia; ideſt criminales actiones, ad examen Comitis reſeruentur. Et ſi aliquis ex his hominibus, qui ab eorum aliquo attractus eſt, & in ſua portione collocatus, locum reliquerit: locus tamen, qui relictus eſt, à domino illius, qui eum prius tenebat, non recedat. Quod ſi illi propter lenitatem, & manſuctudinem Comitis ſui, eidem Comiti, honoris, & obſequij gratia, quippiam de rebus ſuis exhibuerunt, non hoc eis pro tributo, vel cenſu aliquo computetur: aut Comes ille, vel ſucceſſores eius hoc in conſuetudinem præſumant, neque eos ſibi vel hominibus ſuis, aut manſionaticos parare, aut veredas dare, aut vllum cenſum, vel tributum, aut obſequium, præter id, quod iam ſuperiùs comprehenſum eſt, præſtare cogant. Sed liceat tam iſtis Hiſpanis, qui præſenti tempore in prædictis locis reſident, quam his qui adhuc ad noſtram fidem, de iniquorum poteſtate fugiendo, confluxerint, & in deſertis, atque incultis locis per noſtram, vel Comitis noſtri licentiam concidentes ædificia fecerint, & agros incoluerint, iuxta ſupradictum modum, ſub noſtra defenſione, atque protectione in libertate reſidère, & nobis ea, quæ ſuperius diximus, tam cum comite ſuo, quàm cum miſsis eius, pro temporum opportunitate alacriter atque fideliter exhibere. Nouerint tamen ijdem Hiſpani, ſibi licentiam à nobis eſſe conceſſam, vt ſe in vaſſaticum Comitibus noſtris more ſolito commendent: Et ſi beneficium aliquod quiſpiam eorum ab eo, cui ſe commen-

dauit, fuerit consequutus, sciat se de illo tale obsequium seniori suo exhibere debere, quale nostrates homines de simili beneficio senioribus suis exhibere solent. Idcirco has nostræ auctoritatis literas eis dare decreuimus, per quas decernimus, atque iubemus, vt hæc, nostræ liberalitatis, & mansuetudinis constitutio, erga illos tenore perpetuo ab omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, & nostris inuiolabiliter conseruetur. Cuius constitutionis in vnaquaque ciuitate, vbi prædicti Hispani habitare noscuntur, tres descriptiones esse volumus. Vnam quam, Episcopus ipsius ciuitatis habeat, & Alteram, quam comes; & tertiam ipsi Hispani, qui in eodem loco conuersantur. Exemplar verò earum in Archiuo Palatij nostri censuimus reponendum, vt ex illius inspectione, si quando, vt fieri solet, aut ipsi se reclamauerint. Aut comes, velquilibet Alter contra eos causam habuerit, definitio litis fieri possit. Hanc quippe constitutionem, vt per diuturna tempora à fidelibus S. Ecclesiæ Dei, & nostris, & verius credatur, & diligentius conseruetur, manu propria subscripsimus, & anuli nostri impressione signari iussimus.

Signum domni Ludouici Serenissimi Imperatoris.

Durandus Diaconus ad vicem Helisachar recognouit.

Datum Kal. Ianuarias, Anno (Christo propitio.) II. Imperij domni Ludouici pijssimi Augusti Indict. VIII.

Actum Aquisgrani Palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

In nomine Domini Dei, & Saluatoris Nostri Iesu Christi, Ludouicus diuina ordinante prouidentia Imp. Aug. Notum sit omnibus fidelibus S. Dei Ecclesiæ, & nostris, tam presentibus, quàm futuris, seu etiam successoribus nostris, quia postquàm Hispani, qui de potestate Saracenorum se subtraxerunt, & ad nostram, seu Genitoris nostri fidem se contulerunt, & præceptum auctoritatis nostræ, qualiter in Regno nostro, cum suis Comitibus conuersari, & nostrum seruitium peragere debent, scribere, & eis dare iussimus: querimoniam aliqui ex his Hispanis nostris auribus retulerunt, duo capita continentem. Quorum vnum est, quòd quando ijdem Hispani in nostrum Regnum venerunt, & locum desertum, quem ad habitandum occupauerunt, per præceptum Domini, & genitoris nostri, ac nostrum sibi, ac successoribus suis, ad possidendum adepti sunt, hi qui inter eos maiores, & potentiores erant, ad Palatium venientes, ipsi præcepta regalia susceperunt. Quibus susceptis, eos qui inter illos, minores & infirmiores erant, loca tamen sua bene excoluisse videbantur, per illorum præceptorum auctoritatem, aut penitus ab eisdem locis depellere, aut sibi ad seruiendum subijcere conati sunt. Alterum est, quòd simili modo de Hispania venientes, se ad Comites, siue vaßos nostros, vel etiam ad Vassos Comitum comendauerunt, & ad habitandum, atque excolendum deserta loca acceperunt. Quæ, vbi ab eis exculta sunt, ex quibuslibet occasionibus, eos inde expellere, & ad opus proprium retinere, aut alijs propter præmium dare voluerunt. Quorum neutrum iussum, aut rationabile nobis eße videtur. Et ideo per hanc nostræ præceptionis auctoritatem, decernimus, atque iubemus, vt hi qui, vel nostrum, Domini, & genitoris nostri præceptum accipere meruerunt, hoc, quod ipsi cum suis hominibus de deserto excoluerunt, per nostram concessionem habeant. Cæteri verò, qui simul cum eis venerunt, & loca deserta occupauerunt, quidquid de incerto excoluerunt, absque vllius inquietudine possideant, tam ipsi quàm illorum posteritas: ita duntaxat, vt seruitiũ nostrum illo, vt qui ipsum præceptum accepit, pro modo possessionis, quam tenet, facere debeat. Hi verò qui postea venerunt, & si aut Comitibus, aut Vassis nostris, aut paribus suis se commendauerunt, & ab eis terras ad inhabitandum acceperunt, sub tali forma eas in futurum, & ipsi possideant, & suæ posteritati derelinquant. Hoc nostræ auctoritatis decretum, non solum erga præteritos, & præsentes, verum etiam erga futuros, qui adhuc ex illis partibus, ad nostram fidem venturi sunt, conseruandum statuimus: ac de constitutione nostra septem præcepta, vno tenore conscribere iussimus. Quorum vnum in Narbonna, alterum in Carcassona, tertium in Rosciliona, quartum in Empurijs, quintum in Barchinona, sextum in Gerunda, septimum in Biterris haberi præcepimus, & exemplar eorum in Archiuo Palatij, vt prædicti Hispani ab illis septem exemplaria accipere, & habere possint: & per exemplar, quod in Palatio retinemus, si rursum querela nobis delata fuerit, facilius possit definiri. Et vt hæc nostræ auctoritatis Constitutio firmiorem obtineat vigorem, et à fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ ple-

ſiæ plenius per tempora conſeruetur, manu propria ſubterfirmauimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus.

Data iv. Id. Februar: Anno Chriſto propitio iij. Imperij Domni Ludouici pijſſimi Aug. Indict. 9.

Actum Aquiſgrani Palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

Arnaldus ad vicem Heliſachar recognouit.

Thegan. num. 16. XL. *Stephano iv.* Leone Papa defuncto, eius ſucceſſor Stephanus *poſtquam Pontificatum ſuſcepit, iuſſit omnem populum Romanum, Fidelitatem cum iuramento promittere Ludouico, & diriges Legatos ſuos ad ſupradictum Principem, nũciauit ei, vt libenter eum videre voluiſſet in loco vbicumq; placuiſſet. Quod audiens magno tripudio repletus, cœpit gaudere, & cõfeſtim iuſſit Miſſos ſuos obuiam ire S. Pontifici, cum ſalutationibus maximis, & ſeruitia præparare. Perrexit poſt Miſſos Dominus Ludouicus obuiam ſupradicto Pontifici, obuiãs ei in campo magno Rhemenſium. Deſcendit vterq; de equo ſuo, & Princeps ſe proſternẽs omni corpore in terram, tribus vicibus ante pedes tanti Pontificis, & tertia vice erectus, ſalutauit Pontificem iſtis verbis, dicens:* Benedictus, qui venit in nomine Domini, & illuxit nobis. *Et reſpondit Pontifex:* Benedictus ſit Dominus Deus noſter, qui tribuit oculis noſtris ſecundum Dauid, Regem videre. *Amplexantes enim ſe, & oſculantes pacifice perrexerunt ad Eccleſiam; qui cum diù orauerunt, erexit ſe Pontifex, et excelſa voce, cum Clero ſuo, fecit ei laudes regales.* Numiſma videas.



XLI. *Clerus.* Ludouici ſancta cũ eſſet exercitatio Chriſtum humilitate ſequi: *Tunc cœperunt deponi ab Epiſcopis, & Clericis cingula balteis aureis, et gemmis cultris onerata, exquiſitæq; veſtes, ſed & calcaria talos onerantia relinqui. Monſtro enim ſimile ducebatur, ſi Eccleſiaſticæ familiæ deputatus, conaretur aſpirare ad ſecularis gloriæ ornamenta.* Vita & actus Ludouici Pij. Ann. 817

Conſtantini. Cuius vndiq; agitatam donationem Ludouicus firmauit, vt ex Gratiano. XLII.
Ego Ludouicus Imp. Aug. ſtatuo, & concedo per hoc pactum confirmationis noſtræ tibi beato Petro Principi Apoſtolorum, et per te vicario tuo Domino Paſchali ſummo Pontifici, & vniuerſali Papæ, & ſucceſſoribus eius in perpetuum, ſicut à prædeceſſoribus noſtris, vſq; nunc in veſtra poteſtate, & ditione tenuiſtis, & diſpoſuiſtis Romanam ciuitatem cum ducatu ſuo, & ſuburbanis, atq; viculis omnibus, & territorijs eius montanis, & maritimis, littoribus, & portubus, ſeù cunctis ciuitatibus, caſtellis, oppidis, ac villis in Thuſciæ partibus. Item infra. *Quando diuina vocatione huius ſacratiſſimæ ſedis Pontifex de hoc mundo migrauerit; nullus ex regno noſtro, aut Francus, aut Longobardus, aut de qualibet gente, homo ſub noſtra poteſtate conſtitutus, licentiam habeat contra Romanos, aut publice, aut priuatim veniendi, aut electionem faciendi, nulluſq; in ciuitatibus, aut in territorijs ad Eccleſiæ B. Petri Apoſtoli poteſtatem pertinentibus aliquod malum facere propter hoc præſumat. Sed liceat Romanis cum omni veneratione, & ſine qualibet perturbatione, honorificam ſuo Pontifici exhibere ſepulturam, & eum quem diuina inſpiratione, & B. Petri interceſſione, omnes Romani vno conſilio, atq; concordia, ſine qualibet promiſſione, ad Pontificatus ordinem, ſine aliqua ambiguitate, vel contradictione more Canonico conſecrare, & dum conſecratus fuerit, legati ad nos, vel ad noſtros ſucceſſores Reges Frãcorum dirigantur, qui inter nos, et illum amicitiã, et pacem, ac charitatem ſocient. Regnantes.* Cap. 3. Ludouicus, d. 63

Præceptum Domini Ludouici Imp. de diuiſione Regni ſui inter filios. XLIII.

In nomine D. Dei Sal. N. I. C. Ludouicus diuina ordinante prouidentià, Imperator Auguſtus. Omnibus fidelibus, ſanctæ Dei Eccleſiæ, & cuncto Catholico populo, præſenti ſcilicet, & futuro, gentium, ac nationum, quæ ſub Imperio, ac regimine noſtro conſtitutæ ſunt. Notum fieri volumus omnium veſtrum ſolertiæ, quòd inter dilectos filios noſtros, Pipinum, Ludouicum, Karolum, Regni nobis à Deo Commiſſi talem diuiſionem facere decreuimus, vt poſt noſtrum ab hac mortalitate diſceſſum, vnus quiſq; illorum ſcire valeat, ſi eos diuina pietas nobis ſuperſtites eſſe voluerit, quæ portio ſibi ad tenen-

tenendum atque gubernandum à nobis assignata sit. Quam diuisionem eo modo describere, ac designare volumus, vt singuli iuxta ordinationem nostram, & fines Regni sui, qui in alienigenas extenduntur, cum Dei Adiutorio defendere studeant, & pacem, ac fraternam caritatem inter se custodire valeant. Cuius diuisionis modum, atque ordinationem talem nobis facere placuit.

Hæc autem tali ordinatione disposuimus, vt si post nostrum de hac luce discessum, aliquis eorum priusquam fratres sui, diem obierit, & talem filium reliquerit, quem populus ipsius eligere velit, vt patri suo succedat in Regni hæreditate: volumus vt hoc consentiant patrui ipsius pueri, & regnare permittant filium fratris sui in eo Regno, quod pater eius, frater eorum habuit. Quod si talem filium non habuerit, tunc volumus, vt illa pars Regni, quam idem habebat, diuidatur æqualiter inter illos fratres, qui superstites remanserunt.

Placuit etiam inter prædictos filios statuere, atque præcipere propter pacem, & concordiam, quam inter eos perpetuò permanere desideramus, vt nullus eorum fratris sui terminos, vel regni limites inuadere præsumat, neque fraudolenter ingredi ad conturbandum Regnum eius, vel marcas minuendas: sed potius adiuuet vnusquisque illorum fratrem suum, prout temporis opportunitas permiserit, & auxilium ei ferat contra inimicos eius iuxta rationem, & possibilitatem.

Nec aliquis vllum hominum fratris sui pro quibuslibet causis, vel culpis ad se confugientem suscipiat, ad intercessionem pro eo faciendam, quia volumus, vt quilibet homo peccans, & intercessione indigens, intra Regnum Domini sui, vel ad loca sancta, vel ad honoratos homines confugiat, & inde iustam intercessionem mereatur.

4 *Similiter præcipimus, vt quemlibet liberum hominem, qui Dominum suum contra voluntatem eius dimiserit, & de vno Regno in aliud profectus fuerit, neque ipse Rex suscipiat, neque hominibus suis consentiat, vt talem hominem recipiant, vel iniuste retinere præsumant.*

Nec solum de illis, sed etiam de seruis fugitiuis statuimus obseruandum, vt nulla discordijs relinquatur occasio. Sed, & hoc præcipimus, vt nullus ex his tribus fratribus nobis in corpore consistentibus, vel nostrum, vel cuiuslibet, vel alterius hominem, Sacramentum fidelitatis sibi promittere faciat, & per hoc eum, vel à nobis, vel ab altero Domino suo per huiusmodi Sacramentum auertat, & ad se attrahat.

5 *Quin etiam præcipiendum nobis videtur, vt post nostrum ex hac mortalitate discessum, homines vniuscuiusque eorum accipiant beneficia, vnusquisque in Regno Domini sui, & non alterius: ne quando per hoc, si aliter fuerit, scandalum aliquod possit accidere. Hæreditatem autem suam habeat vnusquisque hominum illorum, absque contradictione in quocumque Regno, hoc cum legitimè habere cognouerit.*

6 *Et vnusquisque liber homo post mortem Domini sui, licentiam habeat se commendandi inter hæc tria regna, ad quemcumque voluerit, similiter qui nondum alicui commendatus est.*

7 *De traditionibus autem, atque venditionibus, quæ inter partes fieri solent, præcipimus vt nullus ex his tribus fratribus suscipiat de Regno alterius, à quolibet homine traditionem, vel venditionem rei immobilis, hoc est terrarum, vinearum, atque syluarum, seruorumque, qui iam casati sunt, siue cæterarum rerum, quæ hæreditatis nomine censentur: excepto auro, argento, & gemmis, armis, ac vestibus, nec non & mancipijs non casatis, & ijs speciebus, quæ proprie ad negotiatores pertinere noscuntur. Cæteris verò illis hominibus hoc minime interdicendum iudicamus.*

8 *Si autem fœminæ, sicut fieri solet, inter partes, & regna legitime fuerint ad coniugium postulatæ, non denegentur iustè poscentibus: sed liceat eas vicissim dare, & accipere, & affinitatibus populos inter se sociare. Ipsæ vero fœminæ potestatem habeant rerum suarum in Regno, vnde exierint, quamquam in alio propter mariti societatem habitare debeant.*

9 *De Obsidibus autem, qui propter credentias dati sunt, & à nobis per diuersa loca, ad custodiendum destinati sunt, volumus vt ille Rex in cuius Regno sunt, absque voluntate fratris sui, de cuius Regno sublati sunt, ad patriam eos redire permittat. Sed potius in futuro in suscipiendis obsidibus alter alteri mutuum ferat auxilium, si frater fratrem rationabiliter postulauerit. Idem iubemus, & de ijs, qui ob sua facinora in exilium missi, vel mitendi sunt.*

10 *Si*

10 *Si causa, vel intentio, & controuersia talis inter partes, propter terminos, aut confinia regnorum orta fuerit, quæ hominum testimonio declarari, vel definiri non possit, tunc volumus vt ad declarationem rei dubiæ, vexillo crucis, Dei voluntas, & rerum veritas inquiratur: nè vmquam pro tali causa cuiuslibet generis pugna, vel campus, ad exterminationem iudicetur. Si vero quislibet homo de vno regno, hominem de altero regno, de infidelitate, contra fratrem Domini sui, apud Dominum suum accusauerit, mittat eum Dominus eius ad fratrem suum, vt ibi comprobet, quod de homine illius dixit.*

11 *Super omnia autem iubemus, atque præcipimus, vt ipsi tres fratres curam, & defensionem Ecclesiæ S. Petri simul suscipiant, sicut quondam à proauo nostro Carolo, & auo nostro Pipino, & beatæ memoriæ genitore nostro Carolo Imperatore, & à nobis postea suscepta: vt etiam cum Dei adiutorio, ab hostibus defendere nitantur, & iustitiam suam quantum ad ipsos pertinet, & ratio postulauerit, habere faciant. Similiter de cæteris Ecclesijs, quæ sub illorum fuerant potestate, præcipimus, vt iustitiam suam, & honorem habeant, & Pastores atquem rectores venerabilium locorum habeant potestatem rerum, quæ ad ipsa pia loca pertinent, in quocumque de his tribus illarum Ecclesiarum possessiones fuerint.*

12 *Quòd si de his statutis, atque consentijs, aliquid casu quolibet, vel ignorantia, quod non optamus, irrutum fuerit, præcipimus, vtquàm citissimè secundum iustitiam emendare studeant, nè quando propter dilationem, maius damnum possit accrescere.*

13 *Hæc autem omnia ita disposuimus, atque eo ordine affirmare decreuimus, vt quandiu diuinæ Maiestati placuerit hanc corporalem nos agere vitam, potestas nostra sit super à Deo conseruatum regnum, atque Imperium istud, sicut hàctenus fuit, in regimine, atque ordinatione, & omni dominatione regali, atque Imperiali: & vt obedientes habeamus prædictos filios nostros, atq; Deo amabilem populum nostrum, cum omni subiectione, quæ patri à filio, & Imperatori, ac Regi à suis populis exhibetur. Et si aliquis ex his tribus filijs nostris per maiorem obedientiam, ac bonam voluntatem in primis, Deo Omnipotenti, ac postea nobis placere cupiens, morum probitatate promeruerit, vt ei maiorem honorem ac potestatem conferre delectet: & hoc volumus vt in nostra maneat potestate, vt illi de portione fratris sui, qui non placere curauerit, & regnum, & honorem, ac potestatem augeamus, & illum talem efficiamus, qualiter ille proprijs meritis dignus ostenderit.*

14 *Hoc postremò statuendam nobis videtur, vt quidquid adhuc de rebus, & conuentionibus, quæ ad profectum, & vtilitatem eorum pertineant, his nostris decretis, atque præceptis addiderimus, volumus sic à prædictis filijs nostris obseruetur, atqne custodiatur, sicut ea quæ in his iam statuta, & descripta sunt, custodire, & conseruare præcipimus.*

Ad Aquitaniam totam inter Ligerim, & Sequanam, & vltra Sequanam pagis 28. idest Catalonis, Meltianum, Ambiensis, & Pontium vsque in Mare.

Ad Baiuuariam totam Toringiam, Ribuarias, Aroarias, Saxoniæ, Frisiæ, Ardenna, Asbania, Bragbento, Franderes, Menpiscon, Medenenti, Amau, Austerban, Adertensis, Feruuanensis, Bolensis, Quentouico, Camalecensis, Virdomanensis.

Ad Alamaniam, totam Burgundiam, excepto quod Pipino datum est, totam Prouinciam, & totam Gothiam; & de ista media Francia VVarensis, Vngensis, Castrensis, Portiano, Regemensis, Laudunensis, Mosellis, Treueris. ***

Hìc vetustissima membrana deficit. Consortem etiam Imperij à Ludouico Lotharium filium fuisse creatum, numisma testatur XLIV.



licèt patrem postea pœnituit, vt innuere videtur Agobardus Lugdunensis Episcopus. *Duchesne p.329.*

De Diuisione Imperij Francorum inter hæredes Ludouici Imper.

Epistola.

D*Omino Ludouico gloriosissimo Imperatori. Cum vnusquisque fidelis omni fideli fidei since-*

ſinceritatem debeat, dubium non eſt, quòd præcipuè fideli Prælato, cui Reſpublica ad gubernandum commiſſa eſt, fides ſeruanda ſit ab omnibus, qui diuinæ diſpoſitioni fideliter ſubiecti ſunt, ſicut Apoſtolus docet: omnis, *inquiens*, anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. *Quanquàm circa nullum infideliter agendum ſit. Propter quod, et alius Apoſtolus dicit*, ſubditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum. *Et docemur*, orare pro omnibus hominibus, prò Regibus, & his qui in ſublimitate ſunt: vt quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate. *Et in alio loco dicitur*, Ideò neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolùm propter iram, ſed propter conſcientiam. *Cum autem hæc ita ſint, et omnes vobis fideles eſſe debeant; quomodo quiſquam fidelis vobis eſſe poterit, ſi videns, aut intelligens veſtrum periculum, non ſe ingerit, quantum poteſt, vt vobis indicet, et cognitum faciat: ſi tamen locus, aut facultas penitus illi non denegatur? Teſtor Omnipotentem Deum, qui ſcrutator eſt cordium, et renum, quia nulla alia extat cauſa, pro qua hæc ſcribere præſumo, niſi quia doleo, quantum dicere non poſſum, de periculis, quæ vobis imminere videntur, et maximè animæ. Nam quantò excellentior ſubſtantia eſt anima corpore, tantò excellentiori ſolicitudine curam animæ gerere debemus, quàm corporis, ita Domino docente in Euangelijs, ſicut ipſe optimè noſtis. Anno itaque præſenti, in attritione, et commotione, agitatione, et afflictione Terre, et habitantium in ea, quanta mala increbruerint, nemo hominum eſt, qui enumerare poſſit: nulla exigente cauſa, nulla compellente neceſſitate, vt ita fieri oporteret certamina, quæ tenemus, quia ſi voluiſſetis, tranquillam, et quietam vitam ageretis cum filijs veſtris, non minus quàm pater, et auus. Adſit omnipotens, et miſericors Deus, qui habitator eſt pectoris veſtri, adſit etiam patientia veſtra, qua cæteros homines præcellitis: vt hæc, quæ ſuggero, tranquille audire, & perpendere dignemini. In illo tempore, quando filium veſtrum participem nominis veſtri facere curaſtis, ita in publicum veſtros interrogando hoc inchoaſtis, dicentes: Quod ad ſtabilimentum Regni pertinet, & ad robur regiminis, debet homo differe, an non? Cumque omnes reſpondiſſent, quod vtile, & neceſſarium eſt, non eſſe differendum, ſed potiùs accelerandum: ſtatim vos, quod cum pauciſſimis tractaueratis, omnibus aperuiſtis, & dixiſtis vos velle propter fragilitatem vitæ, cui inſerta eſt mors, vt dum valeretis nomen Imperatoris vni ex tribus filijs veſtris imponeretis, in quò voluntatem Dei quoquomodo cognoſcere potuiſſetis. Propter quam cognoſcendam iniunxiſtis, vt facerent omnes ieiunium triduanum, offerrent ſacerdotes ſacrificia omnipotenti Deo, qui ſuauis, & mitis, & multæ miſericordiæ eſt omnibus inuocantibus ſe: exiret quoque ab omnibus eleemoſyna per illud triduum ſolito largior, vt Omnipotens Deus, qui ſumma benignitate regit corda in ſe ſperantium, infunderet in corde veſtro voluntatem ſuam, & non ſineret ſuper alium inclinari voluntatem veſtram, niſi ſuper eum, qui ſibi placuiſſet. Itaque perfeciſtis omnia quæ in tali re facienda erant, tali fide, & ſpe, vt hoc à Deo vobis infuſum, & inſpiratum nemo dubitaret. Cæteris filijs veſtris deſignaſtis partes Regni veſtri, ſed vt vnum Regnum eſſet, non tria, prætuliſtis illis, quem participem nominis feciſtis. Ac deinde geſta ſcribere mandaſtis, ſcripta ſignare, & roborare, & conſortem nominis veſtri factum Romam miſiſtis, à ſummo Pontifice geſta veſtra probanda, & firmanda. Ac deinde iurare omnes iuſiſtis, vt talem electionem, & diuiſionem cuncti ſequerentur, ac ſeruarent. Quod iuramentum nemini viſum eſt ſpernendum, aut ſuperfluum, ſed potiùs opportunum atque legitimum: eò quòd ad pacem, & concordiam pertinere videretur. In proceſſu quoque temporis, quotieſcumque, aut quocumque Imperiales litteræ mitterentur, amborum Imperatorum nomina continebant. Poſtea verò mutata voluntate, conuulſa ſunt ſtatuta, & de Litteris nomen omiſſum eſt, & in omnibus contraria attentata ſunt: cùm neque per ſeipſum Deus, neque per Angelum, neque per Prophetam vobis dixerit:* Pœnitet me ita conſtituiſſe. *Sicut de Saule dixit Samueli*. Adhuc quoque neſcitis qualiter in ſecretis Dei conſilijs definitum eſt. *Et ecce, ſine vlla ratione, & conſilio, quem cum Deo elegiſtis, ſine Deo repudiatis: et cuius voluntatem in eligendo quæſiſtis, non expectato exitu voluntatis eius, rem probatam reprobatis. Non ignorat prudentia veſtra, quòd ſequendus eſt Deus, non præcedendus. Nam qui præcedere vult, tentat. quod non eſt ex fide,*

fide, dicente ipso Domino, Non tentabis Dominum Deum tuum. *Oro Domine mi, adsit benignissima pietas vestra, nè aspernanter ista accipiatis, sed potiùs ingredimini sacrarium mentis vestræ, cum Deo, & loquimini cum eo mediante fidei pietate, & inuenietis vos dixisse Deo, non verbis, sed rebus: Domine rogauimus, & deprecati sumus faciem respectus tui suppliciter, ita vt illuminatione, & gubernatione eligeremus participem Imperij: sed quia tecum benè non fecimus, sine te meliùs consilium inuenimus. Absit, Absit. Auertat Deus à vobis, vt inspirationem Dei repudietis, & voluntates hominum, carnalia tantum sapientium statuatis, vt in errorem inducamini, & deducamini. Obsecro clementiam vestram, vt secundum à Deo vobis collatam prudentiam, perpendatis quomodo beatus Iacobus Apostolus reprehendat eos, qui proprijs animorum motibus, proponunt aliquas effecturas sine prospectu diuinæ permissionis, dicens:* Ecce nunc, qui dicitis Hodie, aut cras ibimus in illam ciuitatem, & faciemus quidem ibi annum, & mercabimur, & lucrum faciemus: qui ignoratis, quid erit crastinum: Quæ enim est vita vestra? Vapor est ad modicum parẽs, deinceps exterminabitur. *Pro eo, vt dicatis, Si Dominus voluerit, & si vixerimus, faciemus hoc, aut illud. &, cauete ab hominibus, qui sequuntur spiritum suum: quia non omnium est fides. Cognouit Dominus, qui sunt eius, & quicunque eius sumus, quantulacunque veritatis luce fruimur, & veritate illuminante, sinceriter vos amamus, fideliter vestram sempiternam felicitatem exoptamus. Et idcirco tanta mala, tanta scelera, isto anno ex hac occasione perpetrata dolemus, & timemus valdè, nè in vos furor Dei concitetur. Recordamur namque ardentissimæ religionis vestræ, quam cognouimus semper in assiduitate orationum, in Psalmis, & Hymnis, & Canticis spiritualibus cantantem, & psallentem Deo in corde puro, in contritione cordis, in compunctione placidæ mentis, in solicitudine misericordiarum, & omnium bonorum strenuitate. Et ideò, vt dictum est, timendum nobis videtur, nè tepescat, nè frigescat: optandam, verò vt feruescat, perseuerando vsque in finem, vt salus sempiterna sequatur. Et quià superiùs de legitimo, & opportuno iuramento, facta est, videtur mihi non celandum Excellentiæ vestræ, quòd murmuratio est nunc inter homines propter contraria, & diuersa iuramenta: & non sola murmuratio ad illud pertinere eis videtur, quod beatus Hieronymus in expositione Hieremiæ dicit in illo loco, vbi Propheta ait:* Et iurabis; viuit Dominus, in veritate, & in iudicio, & iustitia. *Ait ergo prædictus Doctor, simùlque animaduertendum, quòd iusiurandum hos habeat comites, veritatem, iudicium, atque iustitiam. Si ista defuerint, nequaquam erit iuramentum, sed periurium.*

Pius damnatus est Pater. Qui in Domino confidens, cum



exautoraretur, *Hic nos in sceptro reponet,* numisma protulisse testatur. Acta verò Impiæ, ac nefandæ exautorationis Ludouici Pij Imperat. sunt. XLV

Omnibus in Christiana Religione constitutis scire conuenit, quale sit ministerium Episcoporum, qualisque vigilantia, atque solicitudo eis circa salutem cunctorum adhibenda sit, quos constat esse vicarios Christi, & clauigeros regni Cælorum: quibus à Christo tanta collata est potestas, vt quodcunque ligauerint super terram, sit ligatum, & in Cælo, & quodcunque soluerint super terram sit solutum, & in Cælo. Et in quanto sint ipsi periculo constituti, si ouibus Christi pabulum vitæ ministrare neglexerint, & errantes ad viam veritatis arguendo, obsecrando reducere pro viribus, non studuerint, iuxta illud Propheticum, Si non annunciaueris, *inquit,* iniquo iniquitatem suam, & ipse in impietate sua mortuus fuerit, sanguinem eius de manu tua requiram. *Et multa scis similia, ad magisterium pastorale pertinentia, quæ in diuinis sparsim continentur. Quapropter eisdem Pastoribus Christi summoperè studendum est, vt erga errata delinquentium moderationem discretissimam teneant, vt sint iuxta beati Gregorij doctrinam, documentum benè agentibus per humilitatem socij, contra delinquentium verò vitia*

apud Duchesne Annal. Franc. tom. II. p. 331.

vitia per zelum iustitiæ erecti: quatenus posthabito torpore, aut segnitie, vel humano fauore, aut mundiali timore, sic exerceant ministerium suum, vt & præsentibus salubriter consulant, & futuris sint exemplum salutis. Verum quia in agro Dei, qui est Ecclesia Christi, noxia quæque instinctu hostis antiqui pupullare non cessant, quæ necesse est, vt adhibito surculo pastorali, radicitus extirpentur, & propter maleuolos quosque, qui benè acta, aut intelligere nolunt, aut maleuola intentione potius intelligere, quàm ipsam veritatem delectantur amplecti, oportet eosdem Pastores, vt qnandocunque de generali vtilitate, vel publica coercitione quippian in Conuentibus suis decreuerint, id iuxta morem Ecclesiasticum scriptis committant. videlicet, vt posteris omnem ambiguitatem, & occasionem iustè detrahendi, vel reprehendendi penitus amputent. Proindè notum esse necessarium duximus omnibus filijs sanctæ Dei Ecclesiæ, præsentibus scilicet, & futuris, qualiter nos Episcopi super Imperio Domini, & gloriosissimi Lotharij Imperatoris constituti, anno Incarnationis Domini Iesu Christi DCCCXXXIII. Indictione XII. Anno siquidem eiusdem Principis, primo, in mense videlicet Octobri, apud Compendium Palatium generaliter conuenimus, & memoratum Principem similiter audiuimus, & hoc quidem illi siue optimatibus illius, seu omni generalitati populi, quæ vndique illuc confluxerat, manifestare iuxta iniunctum nobis ministerium curauimus: qualis sit vigor, & potestas siue ministerium Sacerdotale, & quali meretur damnari sententiâ, qui monitis sacerdotalibus obedire noluerit. Deinde tam memorato Principi, quàm cuncto eius populo denuntiare studuimus, vt Domino deuotissimè placere studerent, & in quibus eum offenderant, placare non differrent. Examinata quippe sunt multa, quæ per negligentiam in hoc Imperio contigerunt, quæ ad scandalum Ecclesiæ, & ruinam populi, vel Regni interitum manifestis iudicijs pertinebant: quæ necesse erat, vt citò corrigerentur, & in futuro omnibus modis vitarentur. Inter cætera etiam commemoratum est à nobis, & omnibus ad memoriam reductum, qualiter Deus Regnum istud per administrationem bonæ memoriæ Karoli præstantissimi Imperatoris, & per prædecessorum suorum laborem, pacificum, & vnitum, atque nobiliter dilatatum fuerit; & Domino Ludouico Imperatori à Deo ad regendum sub magna pace commissum, Dominòque protegente, sub eadem pace, quandiu idem Princeps Deo studuit, & paternis exemplis vti, ac bonorum hominum consilijs acquiescere curauit, conseruatum manserit. Et quomodo in processu temporis, sicut omnibus manifestum erat, per eius improuidentiam, vel negligentiam, in tantam venerit ignominiam, & vilitatem, vt non solum amicis in mæstitiam, sed etiam inimicis venerit in derisionem. Sed quia idem Princeps ministerium sibi commissum negligenter tractauerit, & multa quæ Deo, & hominibus displicebant, & fecerit, & facere compulerit, vel fieri permiserit, & in multis nefandis consilijs Deum irritauerit, & sanctam Ecclesiam scandalizauerit: & vt cætera, quæ innumera sunt, omittamus, nouissimè omnem populum sibi subiectum, ad generalem interitum contraxerit, & ab eo diuino, iustòque indicio subitò Imperialis sit subtracta potestas. Nos tamen memores præceptorum Dei, ministerijque nostri, atque beneficiorum eius, dignum duximus, vt per licentiam memorati Principis Lotharij Legationem ad illum, ex auctoritate sacri Conuentus mitteremus, quæ eum de suis reatibus admoneat: quatenus certum consilium suæ salutis caperet, vt quia potestate priuatus erat terrena, iuxta diuinum consilium, et Ecclesiasticam auctoritatem, ne suam animam perderet, elaborare in extremis positus totis viribus studeret Quorum Legatorum consilijs, et saluberrimis admonitionibus libenter assensum præbuit, spacium poposcit, diémque constituit qua, de salubribus eorum monitis certum eis responsum redderet. Cùm autem suprascriptus instaret dies, sacer idem Conuentus vnanimiter ad eumdem venerabilem virum perrexit, eùmque diligenter de quibus Deum offenderat, et sanctam Ecclesiam scandalizauerat, ac populum sibi commissum perturbauerat, admonere, et cuncta illi ad memoriam reducere curauit. Ille vero eorum salutiferam admonitionem, et dignam, congruamque exaggerationem libenter amplectens, promisit se in omnibus illis acquieturum salutari consilio, et subiturum remediale iudicium. Porro de tanta salubri admonitione hilaris, illicò dilectum filium suum Lotharium Augustum sibi festinatò affuturum supplicauit, vt ille ruptis quibuslibet morulis, cum suis Primatibus veniret: quatenus primùm inter eos mutua

tua reconciliatio ſecundum Chriſtianam doctrinam fieret, vt ſi quod in cordibus eorum næui aut diſcordiæ inerat, pura humiliſque poſtulatio veniæ expiaret, ac deinde coram omni multitudine iudicium ſacerdotale more pœnitentis ſuſciperet, quod, & non multò pòſt factum eſt. Veniens igitur idem Dominus Lodouicus in Baſilicam ſanctæ Dei genitricis Mariæ, vbi Sanctorum Corpora requieſcunt, Medardi videlicet Confeſſoris Chriſti, atque Pontificis, necnon Sebaſtiani præſtantiſſimi Martyris, aſtantibus Presbyteris, Diaconibus, & non parua multitudine Clericorum præſenti etiam præfato domino Lothario filio eius, eiuſque Proceſſoribus, atque totius populi generalitate, quotquot videlicet intra ſui ſeptum eadem continere potuit Eccleſia: & proſtratus in terram ſuper cilicium ante ſacroſanctum altare, confeſſus eſt coram omnibus miniſterium ſibi commiſſum ſatis indignè tractaſſe, & in eo multis modis Deum offendiſſe, & Eccleſiam Chriſti ſcandalizaſſe, populumque per ſuam negligentiam multifarie in perturbationem induxiſſe. Et ideo ob tantorum reatuum expiationem publicam, & Eccleſiaſticam ſe expetere velle dixit pœnitentiam, qua miſerante Domino per eorum miniſterium, & adiutorium percipere mereretur abſolutionem tantorum criminum, quibus Deus ligandi, ac ſoluendi intulerat poteſtatem. Quem etiam ijdem Pontifices, vtpote medici ſpirituales, ſalubriter admonuerunt, aſſerentes ei quòd puram, & ſimplicem ſequeretur vera remiſſio peccatorum, vt apertè confiteretur errata ſua in quibus maximè ſe Deum offendiſſe profitebatur, ne fortè interius aliquid tegeret, aut in conſpectu Dei quippiam dolosè ageret, ſicut iampridem in Compendio Palatio ab alio ſacro Conuentu correptus coram omni Eccleſia eum feciſſe omnibus notum erat, ne ſicut tunc, ita & nunc per ſimulationem, & calliditatem duplici ad Deum corde accedendo, ad iram potiùs quàm ad veniam ſuorum peccatorum prouocaret quoniam ſcriptura teſtante, ſimulatores, & callidi prouocant iram Dei. Verùm poſt huiuſmodi admonitionem profeſſus eſt ſe in omnibus ijs præcipuè deliquiſſe, vnde à memoratis Sacerdotibus fuerat familiariter ſiue verbis ſiue ſcriptis admonitus, vt digna increpatione correptus, ſuper quibus cartulam ſummam reatuum ſuorum vnde illud ſpecialiter redarguerent continentem ei dederunt, quam ille in manibus geſtabat.

Cap. 1. Videlicet ſicut in eodem cartula plenius continetur, reatum ſacrilegij incurrendo, & homicidij, eò quod paternam admonitionem, & terribilem conteſtationem ſub diuina inuocatione ante ſacrum altare in præſcntia Sacerdotum, & maxima populi multitudine ſibi factam ſecundum ſuam promiſſionem non conſeruauerit, eò quòd fratribus, & propinquis violentiam intulerit, & nepotem ſuum quem ipſe liberare potuerat, interficere permiſerit, & quòd immemor voti ſui ſignum ſanctæ Religionis propter vindictam ſuæ indignationis fieri poſtea iuſſerit.

2 Quòd auctor ſcandali, & perturbator pacis, ac violator ſacramentorum exiſtendo, pactum quod propter pacem, & vnanimitatem Imperij Eccleſiæ, quæ tranquillitatem communi conſilio, & conſenſu cunctorum fidelium ſuorum fuerat inter filios ſuos factum, & per Sacramentum confirmatum, ſuper illicita poteſtate, & in eo quod fideles ſuos in contrarietatem eiuſdem primi pacti, & iuramenti aliud Sacramentum iurare compulerit, in periurij reatum præſtatorum violatione Sacramentorum inciderit; & quantum hoc Deo diſplicuerit, liquidò claret, quia poſtea nec ipſe nec populus ſibi ſubiectus pacem habere meruit, ſed omnes in perturbationem, pœnam peccati ſuſtinendo, iuſto Dei iudicio poſtea inducti ſunt.

3 Quia contra Chriſtianam Religionem, & contra votum ſuum ſine vlla vtilitate publica, aut certa neceſſitate prauorum conſilio deluſus in diebus Quadrageſimæ expeditionem generalem fieri iuſſit, & in extremis Imperij ſui finibus in Cœna Domini, quando Paſchalia Sacramenta ab omnibus Chriſtianis rite ſunt celebranda, Placitum generale ſe habiturum conſtituit: in qua expeditione quantùm in ipſo fuit, & populum in magnam murmurationem protraxit, & ſacerdotes Domini à ſuis Officijs contra fas amouit, & pauperibus grauiſſimam oppreſſionem irrogauit.

4 Quòd nonnullis ex ſuis fidelibus, qui pro eius ſuorumque filiorum fidelitate, & ſaluatione, Regnique nutantis recuperatione, humiliter eum adierant, & de inſidijs inimicorum ſibi præparatis certum reddiderant, violentiam intulerit, & quòd contra omnem legem, diuinam videlicet, & humanam, eos, & rebus proprijs priuaue-

uauerit, & in exilio tradi iusserit, atque absentes morti adiudicari fecerit, & iudicantes proculdubio ad falsum iudicium induxerit, & Sacerdotibus Domini, ac Monachis contra diuinam, & canonicam auctoritatem praeiudicium irrogauit, & absentes damnauit, & in hoc reatum homicidij incurrendo, diuinarum seu humanarum legum violator extitisset.

5 De diuersis Sacramentis sibique contrarijs atque perniciosis à filijs, siue à populo eo praecipiente, & compellente, irrationabiliter saepè factis, pro quibus non modicam in populo sibi commisso peccati maculam induxit, reatum periurij nihilominus incurrisse, quoniam haec proculdubiò in auctorem, per quem fieri compulsa sunt, iure retorquentur. Sed in mulierum purgatione, in iniustis iudicijs, in falsis testimonijs, atque periurijs, quae eo permittente coram se perpetrarunt quantum Deum offenderit ipse nouit.

6 De diuersis expeditionibus, quas in Regno sibi commisso non solum inutiliter, sed etiam noxiè sine consilio, & vtilitate fecit, in quibus nimirum multa, & innumerabilia sunt in populo Christiano flagitia perpetrata, in homicidijs, & periurijs, in sacrilegijs, in adulterijs, in rapinis, in incendijs siue in Ecclesijs Dei siue in alijs diuersis locis factis, in direptionibus, & oppressionibus pauperum miserabili, & penè apud Christianos inaudito patratu: quae omnia ad auctorem, sicut praemissum est, reflectuntur.

7 In diuisionibus Imperij ab eo contra communem pacem, & totius Imperij salutem ad libitum suum temerè factis, & in Sacramento etiam quod iurare compulit omnem populum, vt contra filios suos sicut contra inimicos suos agerent, cùm ipse eos paterna auctoritate consultuque filiorum suorum pacificare potuisset.

8 Quòd non suffecerint ei tot mala, & flagitia per suam negligentiam, & improuidentiam in Regno sibi commisso perpetrata, quae enumerari non possent, quo quibus, & Regni periclitatio, & Regis dehonestatio euidenter prouenerat: Sed insuper ad cumulum miseriarum nouissimè omnem populum suae potestatis ad communem interitum traxerit, cum debuisset esse eidem populo dux salutis, & pacis, cum diuina pietas inaudito, et inuisibili modo, ac nostris seculis praedicando, populo suo misereri decreuisset.

Igitur pro his vel in his omnibus, quae supra memorata sunt, reum se coram Deo, et coram Sacerdotibus, vel omni populo cum lachrymis confessus, et in cunctis se deliquisse protestatus est, et poenitentiam publicam expetijt, quatenus Ecclesiae, quam peccando scandalizauerat, poenitendo satisfaceret, et sicut fuerat scandalum multa negligendo, ita nimirum se velle professus est esse exemplum dignam poenitentiam subeundo. Post hanc verò confessionem, cartulam suorum reatuum, et confessionis ob futuram memoriam Sacerdotibus tradidit, quam ipsi super altare posuerunt, ac deinde cingulum militiae deposuit, et super altare collocauit, et habitu seculi se exuens habitum poenitentis per impositionem manuum Episcoporum suscepit: vt post tantam talèmque poenitentiam nemo vltra ad militiam secularem redeat. His itaque gestis, placuit vt vnusquisque Episcoporum, qualiter haec res acta fuerit, in proprijs cartulis insereret, eàmque sua scriptione roboraret, & roboratam memorato Principi Lothario ob memoriam huius facti offerret. Ad extremum omnibus nobis, qui interfuimus, visum est, omnium cartularum, immò tanti negotij summam in vnum breuiter strictimque congerere, & congesta proprijs manum nostrarum subscriptionibus roborare, sicut sequentia factum esse demonstrant.







LIBER TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

LOTHARIVS

Occidentis Imper. III.

1 *Lotharij hieroglyphicum, in quo se deformem inspiciens, claustrum ingreditur.*
2 *Labrum æneum de speculis mulierum, in quo labes videbantur mortalium.*
3 *M. Antonij Molles Carmina sup. Hieroglyphico Lotharij.*
4 *Comitis Cæsaris Ploueni Nob. Veneti carmina sup. eod.*
5 *Micylli antiqua carmina de Lothario Imp.*
6 *Hieroglyphicum Lotharij Imper.*
7 *Ludouici testamentum accusat Lotharius.*
8 *Ludouicus cum fratribus digladiatur pro Regno paterno in campo Fontaneo, vt ex numismate. 19.*
9 *Die Ascensionis vincitur, & Imperio priuatus fugit in Alpes.*
10 *Episcopi Gallici Lotharium cum fratribus componunt.*
11 *Austrasiam Lotharingiæ nomine appellat: Regnum Italiæ in diuisione sortitur.*
12 *Ecclesiæ hostis Lotharius, quia Roma non potiebatur.*
13 *Seuitia Lotharij in Cabillonenses.*
14 *Monasterium ingreditur.*
15 *Regna diuidit hæredibus.*
16 *Moritur eius epitaphium. 17.*
18 *Irmingardis Lotharij vxor.*
20 *Moneta aurea Lotharij Imper.*

I. *Exod. 38. cap. 8.* N labro æneo de speculis mulierum (quo introspicientes Hebræi non solum corporis, sed & animæ intuebantur sordes) sui deformatam parricidio, & dæmoni similem intuens animam, pęnitentia ductus Lotharius, purpuram scindit, sceptrum calcat, & Monachatus persona, Personam laruat, vt Cęlorum ianuas furtim saltem ingredi quiret, Regibus sit documentum, Regem regum, & dominantium timère Dominum.

EPIGRAMMA.

II. *Tu, Tu nè paueas, es Tu Lotharius ille;*
Dæmonis effigiem, quam geris ore, vides.
Fallitur haud speculum; speculis hic indè repostis,
Aeneo in hoc Labro Multus es ore Satan.
Enumera scelerum species, Regemque Parentem
Regno depositum, vincla, vel arma, neces.

At quæ monstra foues rigido sub pectore, lædunt
Plus animum, Turpis quàm sit Immago notis.
Horruit effigiem! Cordis sunt signa dolentis,
Purpura scissa manu, fracta corona solo.
Cessit, & Imperium, longè sed sponte recessit;
Efficitur Regis Regia, Cœnobium.
Mundum destituit, sed vt hic potiatur Olympo,
Rex sacer in sacra Relligione manet.

S. Theol. D. M. Anton. Molles Neapol.

A L I V D.

III. *In templi labro, quod pectoris intima reddit.*
Princeps Tænarium se videt esse Iouem;
Despectoque throno, cellam petit eminus aula,
Vt tergat lachrymis crimina mille suis.
Turpem animum in pulchra qui maiestate tenebit
Descendat solio, nam secus inde ruet.

Comes Cæsar Plouenus Nobilis Venetus.

Antiqua Micylli Carmina.

IV. *Diuiso in fratres regno, Lotharius arma*
Cæsaris, & titulos accipit Imperij.
Sed mox siue hominum, seu rerum fata perosus.
Imperium nato, quod gerit, ipse dedit.

De eodem.

Imperium nato Lotharius arrogat vltro,
Ipse inter monachos religiosus obit.



E L O-



ELOGIVM.

Nithardus Hist. I.

Thronum occupat parricida ;
Fugite fratres
Patris insidiatus Imperio, vestris inhiabit regnis
Seuientem in mortuos, viuentes timete.

VII.
Lotharius testamento patris nõ contentus, quo diuisa filijs regna erãt; omnia sibi solus vindicauit: ex quo atrox bellũ natum est. Respub. & Stat. Imperio Roman. Germ: sub anno 840.

Inurbanus filius *Pietatis* dedignatus trientem
Innofficiosum clamat Patris testamentum
Vt impietatis consequatur assem.
Nec illius seculi vitia,
Hominum sunt ista, non temporum
Apud quos *rara concordia fratrum*.
Non amantur, sed armantur,
Illi paternis literis, Iste paterno gladio

VIII.
Omnia occupabat Lotharius prætextu, quod pater ei gladiũ, & coronam misisset in articulo mortis; hoc tamẽ miserat voto, vt ipsum excitaret ad defẽsionem testamẽti paterni. Aimoinus lib. 5 cap. 19. In Burgundia factũ est præliũ Aimoninus de Gestis Francorum. lib. 5. c. 19 Annal. Francorum Fuld. sub anno 841. Septimo Kalen. Iulij. primò pugnatũ est: 2. sub anno 842. die 16. Martij. ad Argentoratũ. Matthias Christian. de 4. Monar in vita Lothar. Nithardus lib. 2. & 3.

Ampliare suum, aliena vsurpare certantes,
Inter leges, & arma
Consuluère Palladem sed armatam
O Ludouice immeritò piaris *Pie ?*
Quatuor monstra seminauit Pietas tua.
Bello plusquam ciuili
In campo *Fontaneo* 17 Francica marcescunt lilia
Cæcisque centennis mille virorum,
Mentiti campi metiuntur pacta,
Lotharium obiurgante natura,
Haud fontium aquis parricidium lustrari
Sed sanguine militum desciscentium in Regem,
Iure filij desciscentis in patrem.
Regis ad exemplum totus corrumpitur Orbis.
Hic
Imperiales Aquilæ Ludouici vmbra perterritæ,
(*Datum est Manibus manus parricidas percutere*)
Alarum remigio Letho eripientes filium,
In filium dederunt fulmina patri.
Dies Ascensionis erat, cum descendit Cæsar.
Ducem Hostium Carolum habens, vidit:

IX.
Carolus iste est Iuditha filius, quem vti adulterinum accusauerat Lothar.

Lapidem quem reprobrauerant ædifficantes,
Caput Anguli.
Classico exutus vestibus Lotharius,
(Quibus in choro spoliauerat Ludouicum)
Aquisgranum, inde Lugdunum, Alpes tandem aufugit;

Sigonius.

Aliò non poterat se recipere fera.
Omnia cum perdidisset, clamabat adhuc;
Omnia bona mea mecum porto,
Ostendens liberos, & vxorem.
Quam si Satan Iobo dedit in vindictam
Lothario Deus donauerat in pænitentiam.
Inter tot fluctus plenos luctu, enatauit cum sarcinis
Sed quia amoris erant, pressum non oppresère.

Hinc

X. *Nithardus. l.4. Viginti quatuor Episcopi electi fuere, vt iurgia componerent, quorum vnus Nithardus fuit.*

Hinc Galliæ Paſtores
Videntes lupum in veſtimentis ouium,
Vt oues congregent, feram percutiunt.
Regnum filiorum gladio diuiſum, Ann. 843
Pontificum
(Quorum eſt, non ſoluere ſed adimplere)
Vnitur calamo.
(Tantum poterat Petri nauicula,
Cum in animarum capturam rete laxaret)
Regum iudex factus Sacerdos
Super aſpidem, et baſiliſcum ambulauit,
Conculcauit Leonem, et Draconem.

XI. *Salfeldiæ oppido Coloniã Agrippinam propè diuiſio facta eſt. Matth. Chriſt.*

Pipino exhæredato per Auum Aquitaniam
Donarunt Patres:
Ludouico vltra Rhennanam prouinciam;
Carolo à Britannico mari Moſam vſquè,
Lothario vti cani infideli cecidere micæ.
Auſtraſiæ partem nactus, ſuo inſigniuit nomine,
A Lothario *Lotharingiam* appellauit.
Vel vt hoc nomine quamuis breuem, longiorem faceret;
Vel nouo lauacro nouum daret nomen.
Aut quod alieno nomine nollet ſuas ſeruare prouincias;
Vel vere pęnitens nec aliena vſurparet nomina.
Italiæ etiam coronam dedere ferream
Vt eius verticem ſi non aurum, firmaret ferrum
Alexandri nouum cum auſpicaretur Orbem
Orbatus cum Antiocho Fortunæ irridet orbitam
Quæ inclinans, Imperij leuigat pondus.
Arridèrem
Ni in alienam meſſem falcem ponens,
Eccleſiæ vberibus
Impinguatus, incraſſatus; recalcitrando,
Quod in Petrum haud poſſunt Angeli, tentaſſet homo.
Sacerdotum ſi eſt.

XII. *Eccleſiæ inimicus, quia Romæ non potiebatur. Baronius. Anno 836. n.4.*

Domini ferre crucem, nec tradere regna:
Regum ſit;
Sanctorum non ingredi *Sancta.*

XIII.

Cabillonenſis ciuitas
Quia Regi fidelis, quid poſſet experta Tyrannus, Ann. 834
Vidit aquas dolo captari
Et ſi non flamine flumine

Vide Theganũ. n.52. Baronium ſub anno. 834. num.4.

Dolio incluſam Sanctimonialem mergi;
Criminibus fatigatus faſtidiens Imperium: Ann. 854
Ablatum *Ludouico Primo*,

XIV.

Reſtituit *Ludouico Secundo*.
Hoc ſolum laudandus, quod naturæ hoſtis
Arbor mala bonos fecerit fructus.
Neſciens hominibus imperare, Deo aggreditur ſeruire.
In tunicam mutatur purpura,
Vt laruatus incedens Diuis innoteſceret.

Baccha-

Bacchantur, & Cæli,
Perſonam perſona pœnitentiæ vertit.
Vetus Athlas iuueni Alcidi onus impoſuit;
Adiunctis hic inde fulcris ne caderet.
Carolo Prouinciam, & Burgundiam
Lothario Burgundiæ partem, & Lotharingiam tradit XV.
Non Geometrica ſed Arithmetica æqualitate,
Ne perſonarum diſtinctio redargueret diuidentis affectum.
Apud Treuiros in Prumienſi Cænobio
Angulum petijt
Vt qui regeret, regeretur
Et Orbi inuiſus, Cęlo pateret, XVI.
Vel quem ſuperbum depoſuerat, humilem exaltaret.
Ann. 855 Obijt tertio Kalend. Octob.
Tranquillè claudens vitam turbulentam
Imperij anno decimo quinto: Ætatis Sexageſimo.
Fortunam nouo ſubijciens Fato.
Pari ludo Dij Homineſque contendunt;
Orbis coniectam pilam Lotharius reijciens,
Luſit Fatis, illudendo Faſtis.
Pia Ambitio
In cinere ſui poſuit memoriam,
Vt poſteritati imponeret impunè, *memento*;
Sibi primum, alijs exinde imperare.

Sigonius de regno Italiæ. lib. 5. annis quindecim regnauit poſt patris obitũ. Sexagenariũ, & vltra credo mortuum, quia ſi ann. 817. creatus eſt Imperator à patre, & Roma à Paſchali Papa. 823. annorum viginti ſaltem eſſe debebat, cum crearetur.

XVII.

Epitaphium Lotharij ex Rhabano Mauro.

Continet hic tumulus memorandi Cæſaris oſſa
Lotharij magni Principis, atque pij.
Qui Francis, Italis, Romanis præfuit ipſis,
Omnia ſed ſpreuit, pauper, & hinc abijt.
Nam bis tricenos Monachus ſic attigit annos,
Et ſe mutauit, ac bene poſt obijt.

Lotharij Vxor.

XVIII. Irmingardis *Hugonis* Comitis filia, ex qua Ludouicum nomine ſecundum Imperatorem; Lotharium; & Carolum ſuſcepit.

Adnotationes Hiſtoricæ. XIX.

Fontaneo. Locus eſt, vbi contra Lothariũ reliqui fratres vnà pugnarunt, vt ex numiſmatis



aduerſo vides.

Moneta Aurea Lothar. Imper. XX.





CAPVT SECVNDVM.

De Patria Poteſtate.

1 *Lotharij impietas.*
2 *Parer idem ac vigilans*
3 *Pater à patrocinio.*
4 *Centum Patres à Romulo cur delecti?*
5 *Filij apud Troglodítas Brutorum ſortiebantur nomina.*
6 *Pater cum nomen eſſet amoris, inuidiæ factũ eſt. Feminæ* Pater Patriæ *appellatæ.*
7 *Cicero primus omnium,* Patriæ Pater *ſalutatus.*
8 *Non omnes Imper. dicebantur* Pater Patriæ.
9 *Omnis pater Princeps eſt, non è contra.*
10 *Magis eſt Pater quàm Dominus in diuinis.*
11 *Gentiles patris titulo inuocabant Idola.*
12 *Pater nomen eſt dignitatis, diuinitatis, & cogationis.*
13 *Chriſtus quando patris nomine diuinitatem inuocaret?*
14 *Solus Deus debet vocari Pater.*
15 *Patrem vti Deum veneramur.*
16 *Poſt Deos, & Angelos veniunt parentes.*
17 *Piſidæ parentibus primitias libabant.*
18 *Parentum perſona ſancta eſt.*
19 *Præceptum honorandi parentes primum eſt: & diuino cultui ſimile.*
21 *Obedientia parentibus cur ſub titulo proponatur honoris?*
22 *Inhonorandi parentem pæna.*
23 *Filius patrem honorare quomodo cognoſcatur?*



I. LVdouici pietas, eiuſdemq; filiorum impietas præcipuè illus Lotharij anteſignana, qui ante aram crucis, Epiſcoporum miniſterio, criminum prætextu, exauthorauit patrẽ; profundum excitat tractatũ patriæ ſcilicet poteſtatis; vt quantũ poſſit pater, quantumq; debeant filij, edocta poſteritas, priſcorũ abhorrẽdo crimina, illibatam ſui ſeruet innocentiam.

Quid Patris nomen ſibi velit?

prima eſt quæſtio? cui ſatisfacies ſi prò vi-
II. gilantia recipias. Nam פָּטַר (Patar) hebraico idiomate dimiſſum ad cæterorum vigilantiam ſignificat: vnde cantores capita Leuitarum Patrum in cubiculis dimiſſi, vt die noctuque cantico operam darent, פְּטוּרִים (Peturim) vocabantur. Filius verò primogenitus à patre ſumens denominationem פֶּטֶר
III. (*Peter*) appellabatur, Patrem etiam à patrocinio dicas, ideſt inopum vindicem, & defenſorem: quemadmodum centum illi Patres à Romulo, Vrbis ab initio, delecti vt infirmiores à validioribus tuerentur: vtilia atque inu-
IV. *Plut. in Romulo.* tilia monſtrarent. Horum prudentia ne quid deeſſet ſuis prouidebat; fortitudo arcebat pericula; beneficentia augebat, ornabatque ſubiectos. Eorum Imperare officium erat non regnum. Patris nomen cum non tantum honoris ſed & oneris Troglodytę vellent ma- *Diod. Sicul. l. 3. c. 3. Rerum Antiqu.* iorum haud filios nominibus appellabant: ſed tauri, arietis, ouis; Et hos quidem patres, has matres, quoniam ab his, non à parentibus quotidianus præbeatur cibus. Subdi- V. tos etiam hoc nomine patris, edoctos voluit, vt præſtantiorum non inuiderent honoribus, ſed cum beneuolentia ducerent, hoc enim voto, patris nomen dederat illis licet poſtea ab alijs vſurpatum nationibus, vt quod tunc amoris erat, & minimè inuidioſum, digni-tatis eueniret, & ſuperbiæ; vnde & feminæ VI. patriæ matres ſint appellatæ, vt de Agrippina matre Neronis legitur. Sicque venerandum illud vocabulum, quo Romulus populum à Senatu diſtinxerat, populum in tumultum excitaret. Primus omnium, qui à Romanis *Patriæ Pater* ſalutaretur, Cicero fuit. *Appian. 2. de Bello Ciuili.* Quapropter Plinius eum ita ſalutat. *Salue primus omnium Parens Patriæ appellate.* Cu- VII. *l. 7. c. 30.* ius appellationis honor, vt tum ante omnes, ſuo merito ei contigit, ita nunc (ſubiungit Appianus) Imperatoribus duntaxat dignis tribui ſolet. Nam ne his quidem quamquàm VIII. regiam poteſtatem adeptis ſtatim cum cæteris cognominibus hoc quoque additur, ſed vix tandem vt abſolutæ virtutis teſtimonium publico decreto conceditur. Eminentiori digni-

dignitate in Patris quàm in Principis consti-
IX. tuta, nomine. Omnis enim Pater Princeps:
sed non omnis Princeps Pater est. Omnis
Pater Princeps, cum in familia sua quilibet
Princeps; nec familia aliud, quàm paruum
regnum: & regnum magna familia, ita quod
Aristoteles liberorum, & parentum societa-
1. Pol. 8. tem, regiam vocauit amicitiam. Non qui-
libet Princeps Pater est; nam postquàm in
tyrannidem versa sunt regna, opus esse cæpit
legibus, quas & ipsas inter initia tulère Sa-
pientes, vt iam parère edoctis hominibus,
modò iubère Principes erudirentur ab ijs,
qui inter gentes potentiores fuère, quia me-
liores. Tantum enim quantum vult potest,
Seneca ep. 90. qui se nisi quod debet, non putat posse. Inde
Cyrillus notat in diuinis etiam, maius esse
X. *Patrem esse, quàm Dominum, cum sit plus in*
Deo filium generare, quàm mundum creare.
Huc faciunt Gentiles, qui Idola cum cole-
XI. Lactant. Firmian. 4. Instit. diuin. rent, & inuocarent, sub *Patris* agerent titu-
lo. *Itaque Iuppiter à præcantibus vocatur Pa-*
ter, & Saturnus, & Liber, & cæteri dein-
ceps Dij: quod his Lucili versibus confir-
matur.

Vt nemo sit nostrum, quin aut Pater *Optimus*
diuum,
Aut Neptunus Pater *Liber*, *Saturnus* Pater
Mars
Ianus Quirinus Pater *nomen dicatur ad*
vnum.

2. Fastor. Augustum ita consalutabat Ouidius.

Sancte Pater Patriæ: tibi plebs, tibi Curia nomen
Hoc dedit: hoc dedimus nos, tibi nomen, Eques,
Res tamen ante dedit: sero quoq; vera tulisti
Nomina: iam pridem tu Pater Orbis eras:
Hoc tu per terras, quod in æthere Iuppiter alto
nomen habes Hominum tu Pater, ille Deum.

Exinde habes non tam dignitatis, quàm
XII. Diuinitatis, & Rogationis esse Patris nomen.
Diues ille in inferno sepultus, Abrahamum
Luca. 16. Patris titulo inuocabat, vt Lazarum mit-
teret. Christus Dominus toties Patris no-
XIII. mine diuinitatem inuocabat, quoties vellet
misericordem: nobis imponendo à Deo sub
Patris titulo quotidianum petere panem: so-
li Deo, Patris reseruando titulum, vt quem-
admodum vnus est Deus, vnus sit Pater. *Et*
patrem nolite vocare vobis super terram: vnus XIV.
enim est Pater vester, qui in Cælis est. Quo- Matt. 23.
modo ergò genitoribus *Patris* datur nomen
quod Dei est? Genitoribus datum, vt tam-
quam Deos veneremur, quorum in manu XV.
mors, & vita filiorum. Genitoribus datum
vti Dei vicem gerentibus quemadmodum
enim de Regibus intonuit Sapientia. *Per me*
Reges regnant, & Principes dominantur; ità
Ecclesi. de patribus: *Filij Sapientiæ, Ecclesia* cap. 3.
iustorum: & natio illorum, obedientia, & dile-
ctio. Iudicium patris audite filij, & sic facite,
vt salui sitis. Post Deos, & dæmones, idest
Angelos, primum locum date parentibus, XVI.
cum omnia quæ possidetis, eorum sint, qui
genuerunt, & educarunt. Pietas fundamen- Aristoxenes Pythagoricus apud Stobæum serm. 77.
tum est omnium virtutum: hæc iubet filio,
vti Deum vereri parentem, neque enim
multo secus o liberis parens. Pisidæ p con-
uiuantes, Parentibus primitias vti Dijs, Mer- p Cicero pro Cn. Plancio.
curio putà, & Genio libantes, vulgarunt XVII.
quàm sancta debeat esse filijs Parentum r per- p Stobæus ser. 42.
sona. Sancta idest sanctificata, vt delùbra, ac XVIII.
reliqua extra hominum comertium, quorum r l. 9. ff. de obseq. à lib.
nobis sola restat veneratio. Vel sancta, idest
sanctione munita, vt muri, & portæ ciuitatis,
cum pæna capitis sit sancita in eos qui deli-
querint in muros, & portas ciuitatis; ita cum
grauior sit in parricidas sancità pæna, à san-
ctiendo parentum personam sanctam dicas:
vt videre est in dæcalogo, cuius secunda ta-
bula habet in fronte: Honora Parentes. Quod XIX.
est mandatum primum in promissione, notat
Apostolus, quia diuino cultui, qui in pri- Ephes. 6.
ma exaratur tabula, honor immediate succe-
dit parentum, qui tantum à diuino distat cul- XX.
tu, quantum à prima, secunda elongatur ta-
bula. Sub titulo honoris, obedientia propo- XXI.
nitur, quia magis diligi quàm timeri à filijs
cupit parentes. Pænam adiungit, *si vis lon-* XXII.
gæuus esse super terram, vt amoris defectum
suppleret timor. Honor, & dilectio obedien-
tiam pariunt inde vti dilectionis, & honoris
partus imponitur obedire. Cognoscetur fi-
lius honorare, & diligere patrem, cum pa- XXIII.
ruerit. Hisce igitur tribus accomodabitur
sermo: quorum primus amor erit tamquàm
vinculum cæterorum.

CAPVT TERTIVM.

De Parentum, & Filiorum Amore.

1 *Amor ex sympathia venit.*
2 *Amor ex beneficijs.*
3 *Filius amat patrem ex sympathia.*
4 *Patrem cogitur amare filius.* 34.
5 *Patrem non amare insania est.*
6 *Filij an possint maiora parentibus dare quã acceperint?* 9. 10.
7 *Filij qui maiora parentibus retulere.*
8 *Pater generat, vt libidini satisfaciat.*
11 *Auis, Proauis, plus debet filius, quàm Patri.*
12 *Pater dat viuere, sed non bene, laute, & decorose viuere.*
13 *Differentia inter nutricem, & patrem, quibus tenetur filius.*
14 *Pater exactor creditorum, quæ tenebant maiores in descendentes.*
Filius tantum debet, quantum potest. ib.
15 *Filius tenetur mori prò patre.*
16 *Aruntij Romani eiusque filij mutuus amor.*
17 *Creusa Regina abhominatur vitam absque liberis.*
18 *Seleucus vel Zaleucus ne filius vtroque oculo priuaretur, vnum sibi iussit effodi.*
19 *Cur natura dederit patri amare filium?*
20 *Palumbes se deplumat, vt filium cooperiat. Vultur sanguinem haurit, vt partum alat.*
21 *Patris amor non habet terminum.*
22 *Ius naturale quid sit?*
23 *Patris Quinti, eiusdemque filij mutuus amor.*
24 *Cadauera mutuo se complectentia.*
25 *Post Deum diligendos parentes ante Patriam quis dixerit?*
26 *Ciconiarum pietas in parentes.*
27 *Filia lacte matrem alit in carcere.*
28 *Persona patrem in carceribus lactat.*
29 *Cimon Athæniensis vinculis redimit patrem.*
30 *Eneas Deos, & patrem solùm ab incendio sustulit Troiæ.*
31 *Si pro eodem delicto torquendi sint pater, & filius: cur filius primò torquendus?*
32 *Filius prò debitis patris ponitur in vinculis.*
33 *Carolus Magnus suspectos criminis patrem, & filium cur vtrumque damnauerit?*
34 *Amor descendit non ascendit.*
Patris, & filij inæqualis est amor. ib.
35 *Patris amor non potest abscondi. Vide historiam Alphonsi Regis Arragoniæ.*
36 *Salomon vnde cognouerit vnius, & non alterius feminæ filium esse, quem iusserat occidi?*
37 *Naturæ est, parentum amori consulere.*
38 *Abrahæ cur iusserit Dominus filium occidere submissa voce; retractauerit verò exclamando?*



I. Moris duplicẽ credo causam. Sanguinis sympathiam; & beneficiorum munera: quæ sæpè sæpiùs, & antipathia obstante sanguinem mutãt, & tamquam colorati perspicilli rem representant aliter, ac est in se.
II. Homo alioquin vitiosus, virtuosus creditur superpeliceo coopertus beneficiorum. Et si non ametur, repugnante sanguine nec odio habetur, gratiarum fauente cumulo. Cæsar postquàm militem donis, populum annona, cunctos dulcedine otij pellexit, potuit munia Senatus, Magistratuum, legum in se trahere nullo aduersante: cum ferocissimi per aciem aut proscriptione cecidissent, ceteri nobiliũ, quanto quis seruitio promptior, opibus, & honoribus extollerentur: ac nouis ex rebus aucti tuta, & præsentia, quàm vetera, & periculosa mallent. *Tacit. An. 1.* Vndequaque sit amor, nisi filij nequam oculus lucem reformidet Patrem amabit. III. Amabit ex sympathia, & plusquam sympathia propter sanguinis non similitudinem sed identitatem, ex patre excurrentis in filium qui cum per alium non excurrerit alueum nec mutatus nec alteratus, sed ex paterno vase in filij transfusus viscera, eundem

retinet

retineat colorem, & qualitatem; vnde proloquium: talis filius, qualis pater. Huic naturali sympathiæ si beneficiorum ciuilem adiū-
IV. gas catenam vndique circundati filij, velint, nolint, diligent genitorem; quod si non diligant, hæc sola ratio prò non diligente clamet, insanum esse. Parentes suos non amare
V. impietas est, non agnoscere insania. Quis tam ingratus est? (queritur Seneca) quàm
e benef. .c.1. qui quod in prima parte animi positum esse debuit, & semper occurrere, ita seposuit, & abiecit, vt in ignorantiam verteretur? apparet illum non sæpè de reddendo cogitasse, cui obrepsit obliuio. Ad rem facit quæstio quam
e benef. .c.29. mouet Seneca. An aliquando liberi maiora beneficia dare parentibus suis possint, quàm acceperint? quod concedendum videtur, cū
VI. parentibus, & potentiores, & meliores filij fuerint, meliora etiam tribuere potuerunt, cum fortuna illis maior esset, & voluntas. Ioseph, Salomon patri, & matri maiora quàm acceperint, rependère. Sileant regna atque imperia parentibus liberorum donata gladio; & sola parentum vita, filiorum vindicata morte loquatur. Quidam faber aurarius To-
VII. letanus à Petro primo Rege Castulonis, iniustè cum damnaretur ad mortem, petijt filius
ulgos. mori prò patre, & impetrauit. Hic maiora
5 c.4. non retulit? Filio iam Pater vitam donauerat, vt voluptatibus, & libidini satisfaceret
VIII. potiùs quàm liberos procrearet; at filius non potuit patri dare, quin sibi adimeret. Moritur filius, vt Pater viuat. Pater generat, quia carnis stimulus eum colaphizat. Maiora er-
IX. go filius patri rependit, quàm acceperat? Minora tamen constanter dicas, quia hanc ipsam dandi facultatem filius patri debet. Fabri filius patri restituit, quod mutuo acceperat. Quamuis primis maiora sequentia, haud negare queant Fortunæ initium aliunde venisse. Sola natura, quæ Deus est, sui est ipsius origo. In ratione descensus, semper eo minor à quo descendit: non enim potuisset in tā-
p.7. tum procedere, nisi cæpisset. Inde *Ecclesiastes*, honora parentes, quia nō esses nisi ipsi essent. Tolle radicē (clamat Seneca) nemora non sur-
.loco. gent; nec tāti montes vestientur. Aspice Rhenum, aspice Euphratē, omnes deniq; inclytos amnes: quid sunt, si illos illic, vnde effluunt, æstimes? processu diuitias aquarum, & impetus fortitudinem parauerunt. Idem in cæteris euenit: principia sua semper sequens magnitudo obruit. Non potuisset quidquam consequi filius, nisi parentum beneficium antecessisset.

Nec obstat similitudo, quam adducit Seneca de infanti, quem si nutrix non aluisset, X.
consilium, & manum gerere haud potuisset: neque gloriæ culmen siue in castris, siue in toga fuisset adeptus. Patris, & Nutricis beneficium equa lance pensatur, quia nec sine patre, nec sine nutrice potuissem ad vlteriora procedere. Quis tamen bellicis operibus nutricis præferet beneficium? Vltra quod si initio suo filius, quidquid potest, debet; Filij initium non est pater, nec auus: semper XI.
enim vlterius aliquid, vnde familiæ descendat origo. Quibus maioribus etsi ignotis plus debeo, quàm patri, cum patris successor, quæ debet pater, soluere tenear. Si quæ patri rependi quamuis magna, infra æstimationem paterni muneris sunt: quia non essem, nisi genuisset; deberem etiam diuitijs, & dignitatibus voluptari, quia genuisset. Genuit, & XII.
pauper sum. Genuit, & vilis sum. Igitur exiguum, & incertum, & boni malique communis, & indiferens materia id in quo genitus. Poteram facerem; nec feci quia genitus, sed quia volui. Patre me nudum genuit, & bisso, & purpura egomet indui, ipsumque humilem, & egenum ad summam prouexi dignitatem. Primum ergo ad omnia gradus: sed non ideo omnium est maius, quia primum, nisi dicamus ad apicem ascendere fortunæ satis esse, nasci. Et tamen scimus ad bene viuendum minimam portionem esse, viuere? XIII.
Bene viuis, respondebit Pater, quia viuere dedi tibi. Primum donaui, & memetipsum donaui. Sine illa nutrice alieno te aluissem lacte, etsi alieno quàm meo haud potuissem generare sanguine. Quod auis, proauisque tenearis, & plus illis quàm mihi debeas, quia hæres meus onera mea haud ferre recuses; vnà idem sentimus, ascendentes omnes loco stare parentum, nec minus eorum deberi cineribus, quàm vitæ meæ. Quia hæres meus alieno obstrictus es ære, ego creditor. Maio- XIV.
rum ego successor. In vultu meo antiquos inspice. Quidquid illis debes, mihi debes. Igitur solue, si soluere vnus valet prò tantis.

At

At quomodo solues, si creditores numerare
non potes? Solue quod potes, si non quod
debes. Numquam enim poteris, quantum
debes. Tantum debes, quantum potes. Si
nihil debes, cum nihil potes: omnia debes,
quum omnia potes. Maiores tui dederũt tan-
tum, quantum potuerunt. Tu ergo restitue,
XV. quantum potes, etsi prò me mori, si res postu-
Cicero pro Sex. Roscio. laret, Humana atque diuina cogerent iura;
Fortunas restituas, nisi ipsas maiori ducas quã
XVI. vitam. Par referas pari. Recordare Arun-
Appian. Alexan. 4. de Bello ciuili. tium Romanum, quando filio non sustinenti
absque patre efugere Antonij tyrannidem,
persuadebat, vt homo iuuenis vellet esse su-
XXVII. perstes. Carentem liberis abhominor vitam:
& cui probatur vitupero. Cum facultate me-
diocri vitam cum procreatione liberorum cõ-
sequar: Creusa (aiebat) Regina cum Apolli-
nem Delphicum supplicaret liberorum cau-
sa. Seleucus vel Zaleucus Locrensis Legisla-
Euripid. tor, cum filius eius vtroque oculo priuandus
esset in pænam adulterij, ne ius violaret, &
XVIII. filio consuleret, rogante populo absolui, vnũ
Heracl. in Pol. Val. Max. sibi, alterum filio iussit effodi. Diuisit lumi-
na pater, & opes diuidere negabit filius? vna
est oppositorum ratio. Parentum cordibus
XIX. natura dedit suos diligere partus, ne rueret
machina orbis. Palumbem videmus seipsam
deplumare, vt hyemalem in glaciem partum
XX. cooperiat: Vulturem è fæmoribus haurire
sanguinem, vt filios alat. Qualis progenies?
Pierius Valerian. qualem laborem impenderet parens, nisi illi
amata posteritas? Nulla penè cultura foret,
si familiæ non impelleret amor; hæc cupidos,
& auaros genitores facit; & cruciamur in tor-
mentis, vt vos in diuitijs, & voluptatibus lu-
xuriemini. Rationis iners iste amor, & inter
XXI. naturales affectiones, quarum cętera anima-
lia censentur expertia, natura reposuit, quià
intrà terminos non includitur. Ius naturale
XXII. est quod natura omnia animalia docuit: vt
maris, & fæminæ coniunctio: liberorum pro-
creatio: & educatio: videmus enim cętera
quoque animantia istius iuris peritia censeri,
a Instit. 1. tit. 2. aiebat. *Imper.* [a] *Iustin.* feras etiam. *Vlpia-*
b l. 1 ff. de Iustit. & Iure *nus.* [b] Si igitur amamus, cur non amamur?
amari scio. Quintus Ciceronis frater com-
XXIII. prehensus vnà cum filio suo, armatos orabat,
vt se prius occiderent quam filium: at filius
supplex aduersum rogabat; quibus vt satis
facerent percussores eodem momento neca-
uerunt vtrumque. Itidem Egnatij pater, fi- XXIV.
liusque in complexu hærentes, vno ictu ceci-
derunt, precisis amborum simul ceruicibus:
& ademptis quoque capitibus trunci se com-
plectebantur mutuò. Ex cineribus ipsis pa- *Appian. Alexan. 4. de Bello Ciuili.*
rentum filiorumq; mutuum discite amorem.
Naturalem etiam ex parte liberorum vult
Pomponius [o] post Deum immediatè ante XXV.
ipsam patriam diligendos docens parentes, *o l. 2. de Iustitia, & Iure.*
quamuis priuatis publica alibi anteponenda
dabo. Coriolanus iniuriam à patria sibi illa-
tam armis ferociter vindicasset, nisi quod iam
inferentem signa filium, mater Veturia lacry-
mis suis exarmasset. Hic mater plus potuit, *Florus 1. c. 22.*
quàm patria. Genitricum senectam inuicem
educantes Ciconiæ, monstrant parentem XXVI.
non alere, nepharium, & inhumanum esse. *Plinio 10. c. 23.*
Ingenui sanguinis mulier in carcere necanda *Cicero ep. 109. l. 9. ad Atticum.*
stabat: misericordia motus ipse custos aditum
filiæ dedit, diligenter tamen excussæ, ne quid
cibi inferet, vt fame periret, sed longius di- XXVII.
stracta morte, curiosius obseruabat causam,
quam tandem inuenit in filia, exerto vbero
famem matris, lactis sui leniente subsidio:
spectaculi nouitas ad Magistratum perlata,
pęnæ remissionem mulieri impetrauit. Quid
non excogitat filialis amor? sub sole nouum: *Valer. Max. l. 5. c. 4.*
natæ vberibus alita mater. Contra naturam
dicerem, nisi parentes diligere prima naturæ
lex esset. Duæ aliæ picturæ exponuntur Perso- XXVIII.
næ, patrem suum vltima senectute confectum,
parique custodiæ traditum nutrientis prima
est: videte senem quasi infantem filiali pecto-
ri admotum, manibus tractare mammillas, la-
bijs lac sugere, & in sinu filiæ patrem renoua-
ri. Huc filios voco, vt lactem restituant prò
sanguine, quem receperunt, Cimonis Athæ-
niensis altera est effigies, qui vt Miltiadem XXIX.
patrem publice damnatum vinculis exime-
ret, vltrò se se carceribus obtulit. Captum
cum esset Ilium, Achiui miserati captiuo-
rum ærumnas, liberis dedère ciuibus, vt vnũ
quod vellent secum asportarent. Statim XXX.
Æneas neglectis ceteris, Deos tulit pænates.
Tunc Græci viri religione commoti donarũt
iterum, vt quod post Deos charissimum duce-
ret, sumeret. At ille parentẽ extulit Anchisem.

Per medios hostes patriæ cum ferret ab igne *Alciatus in embl.*
Eneas humeris dulce parentis onus.

Parcite

Parcite (aiebat) vobis ſine adorea rapto
Nulla erit: erepto ſed patre ſumma mihi.

Tunc maiori adhuc pietate victi Achiui
chariſſima quæque, & antiqua dedere. Ita
tractātur hoſtes, quùm pij erga Deos atq; pa-
XI. rentes. Sed cur proniores erga liberos vide-
mus parentes, quàm liberos erga parentes? ſi
prò eodem enim delicto torquendi veniant
pater, & filius; non pater ad præſentiam fi-
lij, ſed filius ad præſentiam patris ſi torquea-
tur, ſtatim elucebit, veritas. Criminalis ex-
perientia docuit lenius eſſe patri ſuæ mortis
patibulum, quàm filij periculum: è contra tor-
queatur, vel capite etiam plectatur pater, à
filio non ſubleuabitur, ſi ſibi mors immineat.
XII. Athænienſium lex erat, quòd ſi pater in iudi-
cio ſuccumberet, nec litem ſolueret, filius eius
ex. 6. o. carceri donaretur, vt quod non facit ſenten-
tia iudicis, cogeret filij amor. Filius in car-
cere, pater in fletu: & qui tumidus haud Ma-
giſtratus parebat Imperio, nunc humilis ro-
gat. Ne miræris, prius homo erat, modò
XIII. pater eſt. Peragrabat Italiam Carolus Ma-
gnus, cum patrem, & filium de homicidio ſu-
ſpectos, & confiteri negantes, vtrumque ad
ſuſpendium damnauit: tunc genitor, geniti
amore commotus ſtatim inſontem filium, ſe
culpæ reum proclamauit. Sed vnde diſpari-
tas? Viuit pater ſi viuat filius; moritur pater,
vt proprio ſanguine filiorum vitæ proſpiciat:
& filius quamuis optimus non rependit? Nec
ſupracitatas retorqueas hiſtorias: hirundo
XIV. enim non facit ver? Quid igitur, Parentum,
& liberorum inæqualis eſt amor? nullum la-
tet. Deſcendit amor, non aſcendit. Pater
in filio amat quod ſuum eſt. Filius diligit
in patre quod ſuum non eſt. Ille dedit,
iſte recepit. Propter hoc haud poteſt mater
obliuiſci infantem ſuum, vt non miſereatur
i.49. 15. filio vteri ſui, & ſi illa oblita fuerit, ego tamen
(natura loquitur) non obliuiſcar. Velit no- XXXV.
lit intra viſcera aſſumere cogitur quod dimi-
ſit. Ad libertatem ſub Alphonſo Arragoniæ
Rege ancilla quædam proclamabat, quia ex
libero homine filium ſuſcepiſſet, iuxta patrias
leges. Negabat Dòminus ne filium amitte-
ret, & ancillam. Iuſſit Rex filium ſub haſta
venire, & plus offerenti dari. Tum pater pro-
fundens in lacrymas, diſcooperuit amorem
vel potius lacrymæ diſcooperuère patrem.
Naturæ intereſt patrum amorem, vnde vbi
deficit pater, natura ſuplet. Cum inter alter- *Panorm. 2. de reb. geſtis. Alphon. Fulgoſ. 7. c. 3.*
cantes mulieres iuſſiſſet Salomon infantem
diuidi: dixit mulier, cuius filius viuebat, ad
Regem (*commota ſunt quippe viſcera eius ſu-* XXXVI
per filio ſuo) Obſecro Domine, date illi in-
fantem viuum, & nolite interficere eum. Ex
aduerſo dicebat altera: Nec mihi, nec tibi, ſed
diuidatur. Reſpondit Rex: date illi infan-
tem viuum, non occidatur: hæc eſt enim
mater eius. Vnde cognoſcis Rex? *commota*
ſunt quippe viſcera eius ſuper filio ſuo, quod *3. Reg. c. 3 n. 26.*
enim celat mater, natura prodit: cuius offi- XXXVII
cium eſt geniti, & genitoris dilectioni conſu-
lere. Filium occidere Deus mandat Abraha- XXXVIII.
mo, ſed ſubmiſſa voce, & quaſi ſuſurrat ad au-
res; dum verò reuocat fortiter clamat. *Et*
ecce Angelus Domini de Cœlo clamauit, dicens:
Abraham, Abraham: non extendas manum tuam *Geneſ. 22*
ſuper puerum, vigilabat Deus ne ſiniſtra opi-
nione apud filium pater Abraham laboraret.
Amate matrem ò liberi, non enim eſt amor
vllus huiuſmodi, & qui ſuauius ametur. XXXIX *Xuripid. in Erectheo apud Scobæum, ſerm. 77.*
Nihil eſt tam honorificum liberis, quàm
bono, & honeſto genitore eſſa natos, & debi-
tum honorem parentibus offerre. En ab
amore deſcendimus in honorem. Hono-
rat qui diligit, & diligit, qui honorat.
Parentes amamus, cum veneramur. Vene-
ramur quomodo? in ſequenti.

CAPVT QVARTVM.

De Reuerentia Parentibus præſtanda.

1 *Parentibus nihil præſtantius,*
2 *Filius Deo charus, qui parentibus obedit.*
4 *Cur Decalogus duabus tabulis exaratus.*
5 *Parentum reuerentia, & cultus Dei iuxta ſe ſtant.*
6 *Pater eſt quoddam Numen.*
7 *Parentum honor prohæmium eſt ad cultum Dei.*

8 *Dijs*

8 *Dijs quasi honorabiliores Parentes.*
9 *Parentes quasi Dij Lares.*
10 *Filij sunt veluti Sacerdotes æditui.*
11 *Cultus parentum duplex: corporis, & animi.*
12 *Pater si peccauerit, quomodo corrigendus.*
13 *Noe filij irridentes patrem.*
14 *Populi maledicti in maledictione Noe contra Cham.*
15 *Cham magis ebrius quàm Noe.*
16 *Filij cur cum patre lauacrum ingredi non possent?*
17 *Filius nec in somnijs debet inhonorare patrem.*
18 *Cur Decius renueret diadema suscipere viuente patre?*
19 *Laurentius Celsus Venetorum Dux ergà patrem quomodò se gereret.*
20 *Venetorum Duces cur crucem ferant in cornu regali.*
21 *Q. Fabius Romanorum Consul patrem proconsulem equitem accedere non permittit.*
22 *Q. Fabio laudabilior Laurentius Celsus.*
23 *Q. Fabius an laudatus à patre?*
24 *Pater, & Patria quantum possint, cognoscentur, si opponantur.*
25 *Coriolanus matri non Patriæ cedit.*
Salomonis mater sedet ad dexteram filij.
26 *Galliarum Rex in cubiculo matris non cooperit caput.*
27 *Aloysius de Arros Hyspanicus coram Ludoco Galliarum Regi cur prætenderet cooperire caput?* 14.
28 *Dercyllidæ Imperatori cur iuniorum nemo cederet in theatro?*
29 *Apud Romanos soli patres famil. Magistratum gerebant.*
30 *Romani cur adoptionem fingerent?*
31 *Inter priuatos lares quis præcedat, an filius quia Magistratus! vel pater.*
32 *Taurus Philosophus in priuatis filio Magistratui patrem anteposuit.*
33 *Dauid etiam Rex factus patri obediebat.*
34 *Siciliæ P. Regis lepida obiurgatio in filium ingratum.*
35 *Patrem vincere dedecus est.*



I. Ihil inter homines patre, & matre præstantius habetur illis ò Cyrne, qui sanctam curant iustitiam.
II. *Theognides apud Stob. ser. 27* Quisquis in vita sua parentes colit, Hic, & viuus, & defunctus Dijs
III. charus est. Sicuti qui quod fieri in patrem conuenit, non facit, hic omnes Deos contem-
Antiphanes ib. ptui habet. Cum dæcalogum vno posset Dominus exarare lapide, in duas diuisit tabulas. Cur? vt honorandi parentes præceptum pari
IV. in gradu sederet cum præcepto colendi Deū. Hoc in dextris, illud in sinixtris: sed vtrumque, & vtrobique primum. Non poterat Dominus primum facere parentum honorem, nisi diuideret. Diuisit, vt in capite tamquàm legum summam agnoscerent filij reuerentiam
V. præstare parentibus: quæ Dei supra nec infra honorem est, sed iuxta: & ita Dei, & parentum iungitur cultus, vt prima cum secunda
Alexides ib. iungitur tabula. Recte enim intelligentibus
VI. ne diuina quidem matri præferenda sunt. Pa-
Menāder ib. rentes magnum sunt Numen prudentibus:
Plato 2. de legib. Et parentes honorare prohæmiū est ad Deos
VII. venerari. Dij dicuntur terrestres, cum nobis propter vicinitatem, si dicere fas est, vel ipsis Dijs honorabiliores sint. Deorum dici- VIII.
te immagines, vel Deos Lares, atque domesticos, beneficiorum auctores, rerum nostra- IX.
rum creditores, & dominos, ex quibus ea solùm repetunt, quorum ipsa redditio iterum nobis est beneficium. Sed quoniam venerabile parentis est nomen, cuius gratia ipsos appellamus Deos, sequitur quod in patria domo veluti Fano quodam æditui, & Sacerdo- X.
tes dicantur à natura consecrati filij, vt parentum cultui operam darent. Sed cum duplex sit cultus, alter corporis, alter animi, XI.
vterque alacriter exequendum. Exigit corpus vt liberali victu, suaui lecto, placido somno, prætiosa vnctione, ac reliquis corporis curæ necessarijs, eis prospiciamus: ipsorum diligentiam imitati quas suos infantes educauerunt: diuinantes etiam quæ ipsi aperte non flagitant. Nam & illi per coniecturam circa puerulos multa diuinarunt, cum ex inarticulato, & flebili vagitu aliquid peterent, sed quid & quale peterent, monstrare non possent. Sit igitur nobis exemplum quid rependamus vicissim. Animi tandem exigit cura vt eorum mandatis nostra faueat voluntas. Quod si ali-

quando

XII. quando peccauerit, ex pœna seruis infligen-
da, reducantur in viam veritatis; vt quod in
alijs abhorrent, & ipsi fugiant. Filij ergo
ad seruos, & ancillas se conuertant, vt pa-
trem erudiant. *Hierocles ex libro quomodo er-*
ga Parentes agendum sit, apud Stobæum loc. cit.
Turpitudinem *patris tui, & turpitudinem ma-*
tris tuæ non discooperies: mater tua est, non reue-
labis turpitudinem eius. Vineam cum plantas-
uit.18. set Noe, nec vinea suo pepercisset auctori, bi-
bens vinum, inebriatus est, & nudatus in ta-
bernaculo suo. Quod cum vidisset Cham,
verenda scilicet nudata patris, irrisit, & pro-
XIII. palauit fratribus. Sem vero, & Iaphet coope-
rientes pallio, patris virilia non viderunt.
nef.9. Irrisit vnus, miserti sunt alij. Habuit ille ma-
ledictionem; isti benedictionem, maledictus
Cham totam maculauit progeniem: & ob
paternam execrationem sub seruitutis iugo,
sub laboribus, & tributis, oppressi fuere
Amorrhæi, Chananæi, Heuæi, Iebusæi de-
XIV. scendentes omnes à Chanaan: Boni verò fi-
ulensis 3. lij nudatum amictu patrem vidère cauerunt;
nè paterna reuerentia, vel ipso minueretur
aspectu. Si quidem etiam tacito vultu, pie-
brof. tas frequenter offenditur. Magis ebrius quam
de ... & parens extitit filius, cum patrem videret.
c.a.c.31 Nam si non vidisset patrem, haud vtique ri-
sisset. Nequè enim ridendus, sed reuerendus
XV. est pater. Romæ (subiungit Ambrosius) ve-
tus fuisse dicitur vsus, nè filij cum parentibus,
XVI. & maxime puberes intrarent lauacrum: nè
forsan parentes suos agnoscerent homines,
sed Deos crederent. Somniauerat Ioseph fra-
trum manipulos, cultum, & reuerentiam ex-
hibere manipulo suo, qui cum patri Iacobo
retulisset somnium, nihil ei durum respondit.
Somniauit insuper Solem, & Lunam, & Stel-
las vndecim sibi genuflectere; quod cum pa-
tri narrasset, restitit iste, & increpauit dicens:
Num ego, & mater tua, & fratres tui adorabi-
.37. *mus te super terram?* Sed cur duplicati som-
XVII. nij primum tantum increpat Iacob? vtrumq;
Imperium futurum præfigurat: & tamen in
secundum, & non in primum succenset pater:
sed quare? in fratres tantum ex primo somnio
præfigurabatur Imperium: in patrem etiam
ex secundo. De secundo ergo arguitur, quia
cum debeant filij honorare parentem, nec in
somnijs violare debent reuerentiã. *Grauiter*

obiurgauit filium timens, nè quid ille peccaret. Philo lib. de Ioseph.
Potest ne, inquit, vt pater, materque, & fratres
adoremus te? Nam per Solem patrem, per Lunam
matrem, per vndecim stellas fratres significare
videris. Quod caue, nè vmquam in mentem tibi,
me puer, veniat, trade potius obliuioni visiones XVIII.
istas. Decius Imperator, cum Decium filiũ suũ
Imperiali diademate proponeret insigniri, re-
nuit filius dicẽs: Vereor nè si fiam Imperator,
dediscam esse filius. Malo non esse Imperator,
sed humilis filius, quã Imperator, & filius in-
deuotus. Imperet pater meus, meum Imperiũ
sit parère humiliter imperanti. Nam paren-
tũ exuit affectum, qui mole superposita filium Valer.
extinguit. Laudatur in hoc Laurentij Celsi Max. l.4.
Venetorum Ducis pietas, quem cum aperto
capite pro Ducali dignitate salutare teneretur XIX.
pater, quod ægro ferens animo parens, num-
quam filio gratulatus obiuerat, regali cornu
auream affixit crucem, vt crucis vexillum,
non filij dignitatem reuereri videretur. Quod
& reliqui Duces in hunc vsque seruant diem.
Ita filij prudentia patrio consuluit honori, & XX.
patriæ seruauit decorem. Non sic Romanus Io: Bapt.
ille Consul. Q. Fabius Maximus: obuiam Ægnatius 5. c. 7.
cum haberet patrem proconsulem in equo XXI.
vehentem, descendere iussit, cum iuxta pa-
trias leges Consulem non nisi pedes adiret
Proconsul. Paruit Imperio Fabius, & filium XXII.
collaudauit: vel finxit laudare, vt vim quam
patiebatur, occultaret, quum Imperium quod
populi esset, retineret. Laudauit ille filium, Aulus Gellius
non ego laudabo patrem, à quo tentatus fi- Noct. Attic. lib. 2.
lius non potuit Patriam exaltare, nisi patrem c. 2.
deprimeret. Laudabilior Celsus, quum in ca-
pite erexit crucem, nè vmquam vnà venirent XXIII.
pater, & Patria: & vnius impotentia claram
faceret alterius Omnipotentiam. Opposita
cum iuxta se posita magis elucescant, quan-
tum possit patria haud cognosces, nisi patriæ
opponas patrem. Coriolanus plus matris XXIV.
Veturiæ precibus flectitur, quàm multis lega-
torum, & Sacerdotum cum insulis supplica-
tionibus, ipsum cum exarmarent lacrymæ ma- Valer. Max. 5.
tris, non Patriæ gladius, vel amor in dubium c. 4.
trahit, cui plus debere profiteretur. Salomo-
nis sapientia, cum ad ipsum veniret Bethsabee
mater eius, *surrexit in occursum eius, adorauit-* XXV.
que eam, & sedit super thronum suum: posi-
tusque est thronus matri Regis. Regnum non c. 2. v. 19.

Bethsabee, sed Salomonis erat, & tamen in dextris sedet mater? Francorum similis mos,
XXVI. in Reginæ Matris cubiculo, nudato capite stare Regem: vnde, cum ex Hispaniarum Magnatibus (qui coram Hispanico Regi cooperto loquuntur capite) Aloysius de Arros
XXVII. eodem priuilegio, etiam corã Ludouico XIV. viuente Galliarum Rege, gaudere peteret, res ita composita, quod intra Reginæ matris cubiculum Regem adiret, vbi cum Rex caput nudatum teneat, nec ipse cooperiret. Regis non vnius familiæ, sed totius regni parentis exemplo componantur filij quomodò coram
XXVIII. patribus stare debeant. Licurgi legibus cum cælibes à ludorum spectaculis prohiberentur, Dercillide Imperatori, in theatrum descendenti, iuniorum nemo cessit, cum prò se quisque diceret, *Ne tu quidem, qui mihi cessurus sit, genuisti*. Inde Romani solis parentibus deferebant Magistratus, vt tolleretur contentio Parentum, & Filiorum, quis eorum esset maior, cum filius prò tribunali sedèret. Quare sæpe numero alicuius honoris candidati, cum in comitia descendendum erat, fictis adoptionibus liberos mentiebantur. *Plerique* (Tacitus) *nitebantur, vt numerus liberorum in candidatis præpolleret, quod lex iubebat*.

Plutar. in apopht. Lycurgi. XXIX. *Mendoca ae Florib. var. l.5. Probl.1.* XXX. *Histor. 15 Annal.2.*

XXXI. Quis autem intra priuatos lares præcedere debeat vel candidatus filius, vel priuatus parens? quæstionem soluit Taurus Athæniensis phylosophus, ad quem cum, visendi gratia venisset Clarissimus vir, Cretæ Prouinciæ Præses, & cum eo simul eiusdem Præsides pater, post mutuam salutationem, allata mox est
XXXII. vna sella, quæ in promptu erat; interim dum aliæ parabantur, inuitauit Taurus patrẽ Præsidis, vt sedèret. Renuit iste, inquiens, sedeat hic potiùs, qui Populi Romani Magistratus est. Absque præiudicio, replicauit Taurus, tu interea sede, vsque dum quærimus vtrum conueniat te nè potius sedère, quia pater es: an filium, quia Magistratus est. Et cum pater accedisset, appositumque esset aliud quoque filio eius sedile, Taurus ità disseruit: In publicis locis, atque muneribus, atque actionibus, cum filiorum, qui in Magistratu sunt potestatibus collata interquiescere paululum, & conniuère patria iura, sententia est. Sed quùm extra Rempublicam in domestica re, atque vita sedeatur, ambuletur, vel in familiari conuiuio discumbatur, tunc inter filium Magistratum, & patrem priuatum publicos honores cessare; naturales, & genuinos exoriri. Et quia sessio nostra priuata actio est, vtere tu pater apud me ijs honoribus prior, quibus domi quoque vestræ te vti priorem decet. Fauet Dauid, à Samuele sacratus in XXXIII
Regem, adhuc subditus patri vel ferebat cibum fratribus quasi famulus, dum bellarent aduersus Phylistæos, vel in Bethelem sui *1.Reg.17 n.17.*
patris gregem pascebat. Ad rem facit lepida illa obiurgatio Siciliæ pro Regis in filium, *n.15.ib.* XXXIV
qui patrem suum quia senio confectum prò nihilo habebat. Bistega erat paterna Domus: superiori parte oblectabatur pater, & hac sola contentus, reliquum patrimonij filio dederat. Ingratus filius quotidie patris inquirens in annos, tædioque habens superstitem genitorem, in infimam ædis detrusit. Cum quereretur parens, sed in cassum, Pro Regi delata querela, filium protinùs vocauit, interrogans, an sciret se sacro signo signare Crucis? tremebundus respondit: scio. Signa te ergo? *In nomine Patris*, dum proferret, eleuauit manum ad frontem, vt de more, *& filij*, dimisit ad pectus: *siste* P. Rex intonuit. Pater non nè in altis habitat? & filius subtùs quiescit? Vade ergo reconciliari patri tuo, nec dediscas te Crucis signo signare, nisi frustibus signari XXXV
velis. Lætare fili, Patris iustitia est, sed tua victoria. Patrem enim vincere dedecus est: *Antiphanes apud Stobaeum serm. 77*
Victo autem gloria paratur victorialis.

Cadmum aßumens Agaue misera exibat
Patrem suum trementem: gestabat autem ipsum humeris
Confectum senio, & onere premebatur honesto.
Nisi pater esses, dicerem te non rectè sapere.
Parentes honora, & qui genere tibi proximi sunt
Quàm iucunda res est parenti liberos obedire. *Sophocles Pithagor Agathon apud Stobaeum, il*

Et ecce obedientia, quæ parentum gratia quarto capite examinanda venit.

C A-

CAPVT QVINTVM.

De Obedientia Parentibus præstanda.

1 *Rex populi pastor.*
2 *Pater natura imperat filijs.*
3 *Mater non gaudet potestate in filios.*
4 *Filij filiæ nostræ in cuius sint potestate?*
5 *Quæ differentia inter subiectionem, & reuerentiam.*
6 *Parentũ duos honoramus, sed vni obedimus.*
7 *Fœminæ incapaces potestatis.*
8 *Fœminarum honor à marito pendet.*
9 *Fœminæ antiquitùs in perpetua tutela.*
10 *Ius patrium Romanorum proprium.*
11 *Dominium consistit etiam in abusu.*
12 *Pater potest vendere filium.*
13 *Mater non potest vendere filium.*
14 *Maria Iudæa, quæ coxit, & comedit filium.* 18.
15 *Cur mater filium distrahere non possit?*
16 *Nil potest præiudicare libertati, seruitutem præter.*
17 *Ius distrahendi liberos odiosum.*
18 *Odia sunt restringenda.*
Nigrum interpretatur per rubrum.
19 *In necessitate omnia iura silent.*
20 *Duarum matrum contentio de comedendo filium.*
21 *Omnium durissimum fame mori.*
22 *Fames etiam, sacra prophanat.*
23 *Megarẽsis offerens filiabus vel vendi, vel fame mori.*
24 *Hæbræi præfame vendentes filium.*
25 *Fame aliquem necare, impium est.*
26 *Filia non potest vendi à patre.*
27 *Pater etiam necessitate filium vendens, sanguinolentus est.*
28 *Pater si solummodo pauper filium vendere potest.*
29 *Pater redimere filium: quali prætio possit?*
30 *Quando pater vendit filium; contractus est innominatus.*
31 *Filius non vocat patrem in ius etiam emancipatus.*
32 *Iam Consul cur non possit torqueri?*
33 *Patrem vincere dedecus est.* 34.
35 *Filius nullum actum ciuilem potest exercere.*
36 *Peculia castrẽse vel quasi politico iure inuẽta.*
37 *Filius tenetur sacra paterna colere.*
38 *Filius impubes inuito patre non cogitur religionem suscipere.*
39 *Plus valet Ecclesiæ vsus, quàm Augustini auctoritas.*
40 *Ius vitæ habet pater in filium.*
41 *Ius patrium non est proprium Romanorum; sed & Gallorum.*
42 *Aegyptij non puniebantur, occidentes filium.*
43 *Deus titulo creationis qua Dominus, omnia potest anichilare.*
44 *Abraham centum annis præcedebat filium tempore sacrificij.*
45 *Isaac quando ad sacrificium pergebat, nesciebat duci Domino iubente.*
46 *Filij sub patre veluti Leones sub curru.*
47 *Filij sapientia est patri obedire.*
48 *Dominica, & patria potestas antiquitus quomodo discreparent.*
49 *Serui solo miraculo resurgunt.*
50 *Filij patre moriente nouum dominium non acquirunt.*
51 *Emancipatio, & manumissio confunduntur.*
52 *Ius patronatus quod dabatur patrono, dabatur, & patri.*
53 *An pater posset filium sine causa occidere?*
54 *Fœminæ exclusæ ab hæreditate apud Romanos.*
55 *Penès Gallos, & Britannos maior natu solus hæres est.*
56 *Apud Lijcios fœminæ solæ sunt hæredes.*
57 *Idem Cantabri: & cur?*
Isaac nulla perquisita causa patri se subiecit ad mortem.
58 *Legis. 2. ff. ad l. Cor. de Siccar, explicatio.*
59 *Pater qui filium in venatione occiderat, cur damnetur?*
60 *Patria potestas quomodo regiam antecellat?*
61 *Pater prior est quam Rex.*
62 *Pater soli Deo tenetur si filium occidat.*
63 *Patris potestas an correcta?*
64 *Correcta Pa. po. politico potius quàm ciuili iure.*

iure.
65 *Regia lex quid contineret: inducta ad occultandam tyrannidem.*
66 *Dominica, & Pa. po. effigies libertatis Romanæ.*
67 *Paulatim Romani abſtulere libertatem.*
68 *Antoninus Pius cur Dominicam poteſtatem tolleret?*
69 *Iniuſte tollitur Dominica poteſtas.*
70 *Dominus poteſt abuti re ſua.*
71 *Maledicta pietas quæ deſtruit iuſtitiam.*
72 *Dominica, & pa. po. Monarchiæ contrariantur.*
73 *Filium tenetur iudex punire ad libitum patris.*
74 *Imperator patri promittit animo non ſeruandi promiſſa.*
75 *Priuatum carcerem nemo habeat.*
76 *Ergaſteria in multis vrbibus, vbi filij immorigeri includuntur.*
77 *Amſtelodami Domus, vbi clauduntur mulieres inhoneſtæ.*
78 *Amſtelodami aurum facit honeſtum inhoneſtum.*



N vnaquaque ciuilitate
ius eſſe, & amicitiam docuit Phyloſophus. Regi
ſane erga ſubditos in beneſitij ſupereminentia.
Benefacit enim ijs qui ſub
regno ſunt: & bonus cum
ſit, ipſorum curam habet, non ſecus atque
ouium paſtor. Vnde Homerus Agamemno-
I. nem paſtorem populorum dixit. Talis eſt
& paterna: tametſi magnitudine beneficiorum præſtet. Auctor enim eius eſt, quod videtur eſſe maximum, vt videlicet ſint filij, eorumque educationis, & inſtitutionis; id quod
maioribus quoque attribuitur. Nam & pa-
II. ter filiorum, & maiores nepotum, & Rex à ſe
Ariſt. loco cit. rectorum natura Imperium obtinet. Imperium obtinebit pater non mater, ſi enim pa-
III. trium eſt, ſoli adhærebit patri cum de poteſtate loquimur, quæ cum iure agnationis, & fa-
IV. miliæ coincidit, cuius caput, fons, origo, maſculus, & non fæmina. Propterea filij filiarum noſtrarum non in noſtra ſunt poteſtate,
l. 105. fam. ... de V. S. ſed in patris eorum. Nec dicas in quarto Decalogi præcepto vnà cum patre inclu-
V. di matrem: *Honora parentes* nam obſequium longe diſtat à ſubiectione: naturæ iure, debetur illud; ciuili iure debetur iſta.
Vnde notanter dixit Dominus: *Honora*
VI. *parentes* non *ſubditus eris parentibus.* Vtrumque honoramus, vtrumque diligimus, & vtriq; obedimus, cum ſoli obedimus parenti, ſi verum, quod duo ſint in carne vna. Patri obedimus, quia cum duobus Dominis haud ſeruire poſſimus, propter patrem relinquo matrem, quæ ad obſequium non ad Imperium nata eſt. Fæminas ab omnibus officijs
publicis, & ciuilibus ſi excluſas voluit Politi- VII.
cũ regimen; à domeſticis ſecluſit Æconomi- *l. feminæ de R. I.*
cum: *Mulier eſto ſubdita viro cum dignitatem* VIII.
neque familiam habeas. Mulieres honore maritorum erigimus genere nobilitamus, forum ex eorum perſona ſtatuimus, & domicilia mutamus. Quod ſi poſtea deterioris conditionis virum fuerint ſortitæ, priori dignitate priuatæ, poſterioris mariti ſequentur conditionem. Imo ſi *§ Feminæ Inſtit. ... de Adoption. l. mulieres 10. C. de dign.*
priora reſpiciamus tempora, non ſolum ſub IX.
poteſtate mariti, ſed propter ſexus imbecillitatem, & rerum forenſium ignorantiam in *In fragm. tit. 2.*
perpetua fuiſſe tutela, auctor eſt Vlpianus.
Inde Iuſtinianus Imperator. *Ius autem pote-*
ſtatis quod in liberos habemus, proprium eſt ci- X.
uium Romanorum: nullæ enim ſunt gentes in Mundo, quæ talem in liberos habeant poteſtatem, qualem nos habemus. Eſt autem Patria pote- *de Patria pot. §. 2. hoc ius. Inſtit. ...*
ſtas *Dominium quod habet Genitor in vitam ge-* XI.
nitorumque bona, ſed reuocabile. Dominium dicitur quod non in rei ſuæ tantum vſu, ſed & abuſu conſiſtit. Vſum igitur, & liberorum abuſum patri des, vt ex dicendis patebit. *l. in re mandata C. Mandati l. ſed etſi §. ... ff. de petit. hæred.*

In Filiorum perſonam primus patriæ poteſtatis effectus eſt quod pater fame laborans poſſit filium oppignorare, vendere, redimen-
di reſeruata cautione, oblato iuſto prætio, XII.
vel æquè bono mancipio. Imperator Conſtantinus A. Prouincialibus ita reſcribit. *Si quis propter nimiam paupertatem, ægeſtatemque victus cauſa filium filiamue ſanguinolentus vendiderit, venditione in hoc tantummodo caſu valente, emptor obtinendi eius ſeruitij habeat facultatem: liceat autem ipſi, qui vendidit, vel qui alienatus eſt, aut cuilibet alij ad ingenuitatem eum propriam repetere: modo ſi aut prætium offerat, quod poteſt valere, aut mancipium prò huiuſmodi* *l. 2. C. de Patrib. qui fil. diſtrax.*

iusmodi præstet. Libet huius edicti ponderare
XIII. verba. *Si quis*. Pater ergo vel mater? nam
L. 1. ff. de V. S. verbum *si quis* tam masculos, quàm fœminas complectitur. Egestatis ratio, quæ Imperatorem & nolentem coegit, vt filios distrahere patri daret; non minus vrget in matre; vt no-
XIV. tum fecit Maria illa Eleazari filia de vico Vetezobra, quum vi animi ac necessitate impulsa, contra naturam est excitata: *Raptoque filio, quem lactentem habebat, miserum te, ait, infans in Bello, & fame, & seditione cui te seruauero? apud Romanos etiam si vixeris, seruiturus es: fames autem præuenit seruitutem his verò seditiosis sæuiores sunt. Esto igitur mihi cibus, & seditiosis furia, & humanæ vitæ fabula, quæ sola deest calamitatibus Iudæorum. Et hoc simul dicens, occidit filium, coctumque medium comedit: adopertum verò reliquum seruauit. Ecce autem aderant seditiosi, & contaminatissimi nidoris odore capti,* (Flau. Ioseph. de Bello Iud. 7. c. 8.) *mortem ei statim, nisi quod parasset ostenderet, minabantur. Illa verò bonam partem se reseruasse respondens, aperit filij reliquias. Illos autem confestim horror cæpit, atque dementia, visuque ipso diriguerunt. At mulier: & hic, inquit, est verè filius, & facinus meum: comedite: nam & ego comedi. Nolo vt sitis, aut fœmina molliores, aut matre misericordiores. Quod si vos pietatem colitis, & mea sacrificia repudiatis, ego quidem comedi, reliquum eius me manebit*. Cæ-
XV. terùm matri fame laborante distrahendi filios ius non competere probabilius est. A-
De Patria Pot. §. 2. n. 23. cuta ratio videtur Harprectho quia cum matris transactione nullum præiudicium, filiorum inferatur libertati; signum, nullo iu-
XVI. re gaudere matrem: cui non subscribo, quia
L. transactione 26. C. de trãsact. nec pater filium posset distrahere, cum nec ipse per transactionem, liberorum possit præiu-
L. Libertas de R. I. dicare libertati. Libertas rerum omnium fauorabilior, sola seruitutis veritate concuti-
XVII. tur. Ius liberos distrahendi ciuile est, & si non pænale, odiosum certe: vnde restringendùm
C. odia de R. I. in 6. non ampliandum. Lex citata sub titulo. *De Patribus* qui filios suos distraxerunt, concipi-
XVIII. tur; non ergo ad matres extendenda. Ni-
L. 16. Imper. ff. de in diem addict. grum interpretamur per rubrum. Patrem vocat rubrum, igitur in nigro haud possumus inferere matrem, quæ potestatis incapax [a] cuius
a §. fem. de adopt. intuitu, datur ius liberos distrahendi. Mulieris factum coquentis filium iniuriam potius quàm ius existimo, vt potè cum in illa *plus iracundia quàm fames* succenderet, testatur Flauius: Quapropter vel nimis, vel nihil probat historia. Reaccedamus ad verba legis. *Propter nimiam paupertatem, egestatemque victus causa*. Huius iuris non est obscura ratio: si XIX.
enim inter arma iura silent ciuilia, ita in horribili egestate, qua aduersus naturam natura pugnat, naturalia quiescunt iura. Quod si Claudianus de paupere amante canendo lusit

Paupertas me sæua domat, dirusque Cupido (Epigram. de paupere amante.)
Sed toleranda fames, non tolerandus amor.

Seriò vertam

Non toleranda fames, sed tolerandus amor.

Rege Syriæ obsidente Samariam, extrema fa- XX.
me laborabat ciuitas. Duæ conuenere matres. Da filium tuum dixit vna, vt comedamus eum hodie, & filium meum comedamus cras. Coxerunt filium, & comederunt, licet (Reg 4. c. 16 n. 28.) crastina die filium absconderet altera. Huic teterrimæ, & miserrimæ morti quis resistet?

Dura quidem miseris mors est mortalibus omnis. XXI. (Homer. Odyss.)
At perijsse fame, res vna miserrima longe est.
Triste genus lethi miseris mortalibus omne est.
Tristius esurie extingui, atque occumbere fato. (Pet. Roi: Maur. decis. Lituan. 5. n. 263.)

Nimis acerbum famis est Bellum, quod sacra etiam iura prophanat. Patrimonium Dei extra hominum commertium, in sanctuario XXII.
ipso tutum non est, & iure subripitur. Iure (§. Sacra. de Rerum Diu. Tit. 1. Instit. 2 L. Sanctimus, §. predia, C. de SS. Eccles.) igitur vendet filium parens, quem si non vendat, vtrumque interire, necesse. Megarensis quidam legitur, filiabus suis optionem obtulit: Vellent ne vendi, an domi fame perire?

Verum ò improbæ puellæ miseri patris. XXIII. (apud Aristoph. in Acharne. Megar.)
Ascendite ad cibum, si quid inueneritis alicubi,
Audite sane, conuertite ad nos ventrem,
Vtrum vendi mauultis, an esurire male.

Puel. *Vendi, vendi.*

Quis non responderet vendi, ne fame periret? Vendiderant Iudæi liberos suos, ne famis caderent clade, iterumque vendere consulebant Nehemiæ temporibus: *Et erant qui dicerent:* XXIV.
Filij nostri, & filiæ nostræ multæ sunt nimis. Accipiamus pro pretio eorum frumentum, & comedamus, & viuamus. Fame coacti filios suos (Nehem. c. 5. n. 2.) ditioribus vendere volebant: subiungit. Fames quantum possit, ex eo videas quod & pro

XXV. prò capitali crimine reos fame necare impium Antiquitas duceret: quo nomine in vinculis coniectis, vt morerentur, cibi aliquantulum apponebatur, vt sic aliquo modo expiarentur. *Filium Filiamue.* Filium concederē, Filiā non darem. (*Cælius Rhodig. lib. 26. c. 1*) Filiam enim haud crederem venditam, XXVI. sed pudicitiam filiæ. Infęlix filiæ libertas, quæ ancilla cadit, ne fame pereat; prostituitur vt surgat libera. O quàm merito indignum vocauit parentem, qui liberam vendiderat inops.

Ouidius lib. 8. Metam. circa finem.

Iamque fame patrias altique voragine ventris
Attenuarat opes: sed inattenuata manebat
Tum quoque dira fames, implicatæque vigebat
Flamma gulæ. Tandemdemisso in viscera censu,
Filia restabat non illo digna parente,
Hanc quoque vendit inops.

Nouum forsam? filiarum lenones parentes, famis prætextu lupanario pudicitiam exponere, quæ iure libari creditur, vt pote à Domino vendita.

Sanguinolentus vendiderit. Si fame vrgen-XXVII. te, iure vendit, cur vt sanguinolentus diffamatur parens? qualicumque vendat titulo sanguinolentus est, qui liberum hominem mutat in pecudem: talis est seruus. (*Instit. 4. tit. de l. Aquil.*)

Venditione in hoc tantummodo casu valente. XXVIII Potius enim paupertas quam pater filium vendere creditur. *Emptor obtinendi eius seruitij habeat facultatem.* Nota verba, *obtinendi, facultatem*, quæ Dominica potestate longe sunt inferiora: vt ex sequentibus patet. *Licet* enim *ipsi, qui vendidit, vel qui alienatus est, aut cuilibet alij* (& tamen rei vindicatio soli Domino competit) (*l. in rem actio C. de rei vindic.*) *ad ingenuitatem eum propriam repetere; modo si aut prætium offerat, aut æquale mancipium*, ita exigeret æquitas, etsi absolute, non maius, non minus, nec æquale nominet lex: *aut mancipium prò* XXIX. *eiusmodi præstet*, etiam si deterius, satis honoris tantum habuisse, quod liberum hominem, filium familias, à patre venditum possederit. Non ergo venditus sed oppignoratus? Non venditus, quia non vindicaretur à patre, nam vindicatio dominium arguit, quod tamen venditione extinguitur. Sed vindicatur *More Quiritum*. Igitur oppignoratus? non. Quia eo nequiret vti possessor, sed vtendo furtum faceret. (*l. 1. ff. de rei vind.*) Quid ergo si non venditio, non pignus? ignorare fateor: Contractum dicas innominatum. (*C. de Pignor.*) XXX.

Secundus paternæ potestatis effectus est: filio familias patrem in ius vocare, nisi impetrata venia non licere. XXXI. Quod & in emancipatum vrget, quia licet patria sit soluta potestas, adhuc tamen præcedentis potestatis durant reliquiæ. (*l. 4. quiq. ff. de in ius vocando l. final. C. eod.*) Sic decurio eo quia priùs vel consul alicuius fuerit ciuitatis, ob vestigia dignitatis præcedentis torqueri nequit. Verius ta- XXXII. men huiusmodi priuilegium paternę reuerentiæ, & non potestati tribuerem, cum & matri in filios non habenti potestatem competat. (*ib.*)

3 Effectus affinis primo inter filium, & parentem quamlibet litē prohibet. XXXIII. Sed superuacaneus mihi videtur: (*l. lis nulla ff. de iud.*) qualis enim lis, vbi quęlibet denegatur actio? iam interdictum filio patrē in ius vocare, ad quid inter illos litem prohibere? XXXIV. Pittacus filium admonens cum patre in iudicio nō contendere, tali vtebatur dilemate. Si de patre iniquiora dixeris, damnaberis: sin æquiora vel ob istud damnari dignus es. (*Stobæus ser. 77.*) Patrem vincere dedecus est: cuius gloria plus in Imperio, quàm in victoria.

4 Effectus paternæ potestatis omnem ciuilem actum exercere sine patris consensu filio negat: XXXV. putà in iudicio stare: contrahere: testari: exceptis peculijs Castrensi vel quasi; XXXVI politico potius quàm ciuili iure permissis: vt eorum illecebris alliciantur homines ad leges, & arma, quæ vti duo fulcra, ne ruat, sustinent Orbem.

5 Effectus inter reliquos qui penès Ro- XXXVII manos erant, est Paterna retinere sacra, quæ Ouidius iura sacrata vocat.

Dij præcor, & pietas, sacrataque iura parentum, (*lib. 10. Metam.*)
Hæc prohibere nefas, scelerique resistite nostro.

Quam loquendi formulā ex 12. *Tab. leg.* promanasse, eruditè probat Harprecthus, verba hæc erant. (*tit. de patria pot.*) *Sacra priuata perpetua manento.* Quod explicat Cicero *de Sacris autem, hæc sit vna sententia, vt conseruentur, & deinceps familijs prodantur: & vt in lege posui, perpetua sint sacra.* (*lib. 2. de legib.*) *Hoc posito, hæc iura, Pontificum auctoritate, consecuta sunt, vt, ne morte patris familias*

milias sacrorum memoria occideret, ijs eßent ea adiuncta, ad quos eiusdem morte pecunia venerint. Hoc ius quod in sacrorum religione,
XXXVIII. & cineribus teneantur filij obedire paternis, adhuc perseuerare creditur vsque dum saltem ad pubertatem filij peruenerint; cum intra decimum quartum annum masculi, decimum secundum feminæ parentibus inuitis, catholicos etiam penès, Iudæorum liberi, baptismi
XXXIX. vnda renasci haud possint. Ita Romanæ Ecclesiæ consuetudo, quæ plus valet, quàm Hieronymi, vel Augustini auctoritas; Principumque vsus, qui peritissimus iuris est censor, sub quorum protectione viuit Iudaismus.

6 Patriæ potestatis effectus est ius vitæ, &
XL. necis, quo in filium gaudet parens. Nec Ciuium Romanorum proprium, vt docuit Iu-
XLI. stinianus Imperator. Nam & Galli in liberos, & vxores æquè vt in seruos ius vitæ, & necis habuère. Parentes in Ægypto, qui filios neci dedissent, morte non mulctabantur, (*...it. de patria post. Cæsar. l. ... de Bello Gall.*)
XLII. sed triduum integrum, ac trinoctium se se aflictare cogebantur ad defuncti cadauer. Quando iniunctum crederetur, eum vita exui, qui vitæ fuisset auctor. Sic reliqua Latinorum, Iudæorum, Græcorum monumenta testantur Hebræos, Celtas, Persas, aliasque barbaras etiam nationes, vitæ & necis vsas esse potestate: vt post Aristotelem docuit Bodinus. (*...e Repub.*) Abrahami historia vnigenitum immolari volentis, arguit filium vsque ad necis, & vitæ potestatem lege naturæ subiectum. Quod totius Orbis conditor vnigeniti victimam ab Abrahamo peteret, non considero; quia Deus non vti legislator, sed cteationis iure
XLIII. quà Dominus, quo titulo, vt cuncta ex nihilo condidit, ad nihilum etiam reducere iure potest, vniuersalis est Dominus bonorum, corporum, animarumque nostrarum, & quas vult vocat, quas non vult indurat. Quod difficilè video, est: Abrahamo centenario maiori, filium Isaacum, humilem paruisse. Cum venissent *ad locum, quem ostenderat ei Deus, in quo ædificauit altare, & desuper ligna composuit: cumque alligaßet Isaac filium suum, posuit eum in altari super struem lignorum*. (*Genes. 22*)
XLIV. Quis posuit? Abraham centum, & triginta annis maior, Quem posuit? robustum iuuenem, qui humeris ipse suis, & per arduum excelsi montis ascensum ad vsum holocausti ligna portauit, quibus antea onerauerat pater iumentum, victimam crematurus. Isaac triginta annorum validissimus iuuenis, qui nō Poetarum fabulis, sed veritatis camænis, vera Iphigenia cecinit.

Et hocce corpus prò salute Patriæ
Proque vniuersa Græcia trado volens
Vt immolatum hinc addicatas Numinis
Ducatis aras; quando diuum Oracula
Ita canunt.

Sed vnde sciebat Isaac tentatum à Domino in montem pergere patrem? Isaaco nulla legitur facta reuelatio. Imo in itinere suspicatus forsam, vel mirabundus quod absque victima ad sacrificium pergerent: dixit Patri suo: *Pater mi. At ille respondit: Quid fili? ecce, inquit, ignis, & ligna, vbi est victima holocausti? dixit autem Abraham: Deus prouidebit sibi victimam holocausti, fili mi. Pergebant ergo pariter, & venerunt ad locum*. Vbi, quis alligauit? Pater. Nec restitit Filius? *O religiosam animam* (inquit Chrysostom) *fortem mentem, ò ingens robur animi, ò rationem, omnem humanæ naturæ affectum vincentem. Vtrũ admirer iustius, fortem ne Spiritum Patriarchæ, an tàm constantem pueri obedientiam: quod neq; reluctatus est, nec factum ægre tulit, sed cessit, & obtemperauit ijs; quæ à patre fiebant; & sicut agnus, cum silentio super altare decubuit, expectans Patris dexteram*. Quæ à patre fiebant, obseruabat, Domini ignorans decretum. Patris expectabat dexteram, non Angeli vocem, cum sola obedientia illum alligasset. In altari obedientia certabat, & parentum obsequiũ obedientiam Deo vincere conabatur. Et forsam vicit. Deo Abraham, cui resistere nequibat: Homini obediuit Isaac, cui poterat nō obedire: si tamen violentia illa, quæ in omnia potest in omnibus, in filio valet in patrem. Sub hoc enim iugo, quod tamen læue, & suaue, pecudes, & agni fiunt ferocissimi ipsi Leones, qui Iunonis in templo humiles Dianæ currum trahebant.

(LXV. — *Genes. 22 n. 7.* — *Hom. 48.* — XLVI *Laurent. apud Pierium Valerian. lib. 1.*)

Adiunxere feras, quod quamuis effera proles
Officijs debet molliri victa parentum.

Zenonis scholam longo iam tempore frequentauerat Adolescens Eretricus. Domum reuersus, interrogatusque à patre quid didicisset, XLVII.

set, *dicam postea* respondit. Iniuriosum cum
Aelianus de Var. hist. lib. 9. crederetur responsum, & vapularet à patre;
patienter, & modeste ferens, inter verbera re-
plicauit. *Hoc ipsum didici, iram patris mode-
rate ferre.*

Dices: si sic est, coincidet cum Dominica,
XLVIII. patria potestas? antiquitus solum discrepasse
credo, quia seruus iure ciuili mortuus non
l. quod attinet. de R. I. potest ad libertatem proclamare: cum à pri-
uatione ad habitum non detur regressus. Et
XLIX. quemadmodum mortui solo resurgunt mira-
culo; ita serui sola manumissione, quæ iuris
est miraculum, ad vitam libertatis resurgere
possunt. Filius verò cum libertate sit tantum
priuatus, & non negatus, ad seruorum diffe-
rentiam, qui non solum priuationem, quæ in
subiecto (dicunt Philosophi) potentiam præ-
supponit, sed negationem, non indiget iuris
L. miraculo, sed sola emancipatione, eorum
dominium, quod etiam viuo patre, habebat,
sed obtenebratum, detegitur. Inde morien-
Instit. 2. tit. de hared. qualit. & differ. te patre, non dicuntur nouum ius acquirere,
sed vetus continuare. Non excipio hic pecu-
lium castrense, vel quasi; cum in istis habea-
tur, vt familiarum princeps. In reliquis
idem ius erat patris in filium: ac Domini in
LI. *tit. Quib. mod. ius pa. po. soluitur Instit. 1.* seruum. Signum *Emancipationis*, & *Manu-
missionis* vocabula à Triboniano confundi.
Manumisso, siue Emancipato filio, idem Pa-
tronatus ius, quod in libertum competebat
LII. *Instit. 1. tit. de legit. Par. tutela.* Patrono, in filium dabatur, & Patri. Quapro-
pter nulla alia superest differētia inter patrem,
& Dominum, præter supracitatam, licet Io:
tit. de patria po. §. ius autē 1. n. 4. Harprecthus velit à Domino distinctum pa-
trem, quia serui à Dominis quandocunque,
& quacunque de causa possent interfici: libe-
ri autem à patribus non nisi causa, aut cum
LIII. propinquorum consilio, aut per se cognita.
Forsan vt quemadmodum haud patri liceret
sine causa filium exhæredare, nec liceat sine
causa occidere. Hoc non obstat, si patri de-
mus facultatem etiam sine causa liberos occi-
dendi. Nam in patre ab hereditate ad vitam
LIV. fallit argumentum. Penes Romanos duode-
cim etiam tabularum legibus, fęminæ non in-
cludebantur in hæreditate; ergo liceret (ita
concluderent aduersarij) sine causa, patri fi-
liam occidere. Fallit illatio ex eorum senten-
tia; non igitur arguamus ab hæreditate ad vi-
LV. tam. Penes Gallos, penès Britannicos solus
natu maior est hæres; reliqui exhæredan-
tur; ergò occiduntur. Per vos non currit,
ad rem igitur minime est hæreditatis paritas.
Lycij filias non filios hæredes nuncupant. LVI.
Cantabri maribus omissis, filias ex asse insti- *Alex. lib. 6. cap. 10.*
tuunt. Forsam vt securiorem facerent pudi- *Stobæus serm. 42.*
citiam, vt alibi dicemus. Erat ergo patribus *Herod. l. 4*
potestas etiam sine causa interficiendi libe- LVII.
ros, vt in Isaaco, qui nulla perquisita causa,
patris se submisit Imperio. Nec obstat Vl- *l. 2. ff. l. Cornel. de Sicar. & venef.*
pianus dum scribit *inauditum* filium à patre
occidi non posse, sed accusandum apud pro- LVIII.
uinciæ præsidem To inauditum, idem est ac
suppositum filium vt glossat Bartolus, quem *loc. cit.*
occidere minime potest, cum vti filium non
agnoscat.

Cæterum an adhuc duret tanta potestas;
dubia est quæstio. Imperator Hadrianus pa- LIX.
trem damnat, *qui filium suum in venatione ne-* *l. diuus 5. ff. ad l. Pomp. de Parricid.*
*cauerat, quia nouercam adulterabat: quod latronis
magis, quàm patris iure eum interfecit. Nam
patria potestas in pietate debet, non atrocitate con-
sistere.* Aurea sunt illa verba: *quod latronis ma-
gis, quàm patris iure eum interfecit.* Cur in ve-
natione clam occidisti, quem in paternæ do-
mus aula, in tuo tribunali, Principe coram, iu-
re patrio necare poteras? Clā occidisti, vt te-
nebræ patrocinarentur timorem tuum: bene
agens non odit lucem: tu latebras quæsisti
quia rapinam arbitratus es Principi esse æqua-
lem. Patria potestas, quæ in pietate non in
atrocitate consistere debet, Regiæ similis est, LX.
& plusquàm Regia; gradus enim ita natura
paulatim monstrauit. Homo erat, nec erat
Pater, vel Princeps, deficientibus, quibus im-
peraret. Homo fuit, venit Pater, subleuatus LXI.
tandem in regem, dominatus est piscibus ma-
ris, & volatilibus Cæli, & vniuersis animan-
tibus, quę mouentur super terram. Nec Æter-
na intonuit Sapientia *Dominamini piscibus ma-
ris, &c.* quod regium est: nisi post primum
decretum: *crescite, & multiplicamini*, quod
patrium est. Et quemadmodum Regi in ty- *Genes. 1. n. 2.*
rannum etiam vertenti, nemo resistere iure
potest; cum causa regiæ potestatis è Cęlo pe-
tita sit, & soli Deo debeat innocentiam; ita
pater etiam absque causa filium suum interfi-
ciens, soli Deo debet innocentiam, nec aliter LXII.
quàm pastor si propriam occidat pecudem,
villicationis suæ rationem reddere tenetur.

Hoc

Hoc ſenſu credo in parentum manu antiqui-
tùs fuiſſe vitæ vtriuſque poteſtatem. Quam
XIII. correctam à Romanis Cæſaribus volunt: reli-
'lum. cta tantumodo patri decenti poteſtate immo-
de rigeros,aleatores, ſcortatores coercēdi filios.
nd. pm. At ſi legitima,cur correcta? tot ſeculis incon-
cuſſa permanſit, modo Romani illi, qui à reli-
quis nationibus Iudæorum, Ægyptiorum,
Græcorum, Perſarum, iura ſunt mutuati, re-
calcitrantes in primos, alios ſollicitant,vt pa-
XIV. trum ſacrata iura profanent? Dicite vos po-
litico potius quàm ciuili iure facultatem vitæ
necis languere antiquatam, pietatis prætex-
tu. Exemplo poteſtatis Dominicæ, quæ re-
ligionis prætextu ab Imperatoribus ſublata,
cum præ oculis haberent antiquæ libertatis
ſpem eradicare. Romani enim poſtquam ex-
tincto Pompeio, ſolus Cæſar victor ſuperui-
xit in Vrbe; populo iam oppreſſo, omnique
libertatis recuperandæ ſpe ſublata, cum *mili-*
tem donis, populum annona, cunctos dulcedine
otij pellexit: inſurgere paulatim munia Senatus,
Magiſtratuum, legum in ſe trahere, nullo aduer-
ſante cum ferociſſimi per acies, aut proſcriptione
cecidiſſent; cæteri nobilium, quanto quis ſeruitio
promptior, opibus, & honoribus extollerentur: ac
nouis ex rebus aucti tuta, & præſentia, quam
vetera, & periculoſa mallent; ab Ariſtocratia
cit. al.1. ad Monarchiam fecere tranſitum, legem fe-
XV. rendo, *Regiam* dictam; quia in ipſa de tranſ-
ferendo omne populicū ius ageretur in vnum
tamquam in Regem, vt vim quam patieban-
tur, occultarent: & quod retinere nequiue-
rant, donarent. Duo reſtabant, quæ antiquę
Reipublicæ adhuc tenebant effigiem: Domi-
XVI. nica, & Patria poteſtas, quarum titulo Domi-
nus, & Pater, ius ſibi dicentes de ſeruo, & fi-
Tit.2. de his lio nulli rationem reddebant.Diſplicebat Im-
i ſunt vel peratoribus, qui paulatim libertatem era-
en. dicauerant cum populus enim vnà con-
.2. de r. nat. ueniret à Patritijs minime ſecluſa plebe,
nt. & ad legem condendam; poſtea plebs ſeiun-
ili. In- .1. ctis patritijs, duæ factæ ſunt iuris ſcripti ſpe-
XVII. ties, Lex, & Plebiſcitum. Segregatis poſtea
Senatoribus, & paulatim reſtringendo regi-
men, nata eſt tertia iuris ſpeties, Senatus Cō-
ſultum;quod tandem in Monarchiam cecidit,
penès vnum repoſita Imperij mole: *Quod*
Principi placet, legis habet vigorē, ſed cū adhuc
in patre, & Domino radices ageret Reſpubli-
ca, Antoninus Pius Imperator Dominicam LXVIII.
poteſtatem antiquare cogitauit. *Dominorum*
quidem poteſtatem in ſeruos ſuos illibatam eſſe §. 2. ſed hoc tēpore tit. de his qui ſunt ſui vel alien. iur Inſt. 1
oportet, nec cuiquam hominum ius ſuum detrahi,
ſed Dominorum intereſt, nè auxilium contra ſæ-
uitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam
denegetur ijs, qui iuſte deprecantur. Ideoque co-
gnoſce de querelis eorum, qui ex familia Iulij Sa-
bini ad ſtatuam confugerunt. Etſi vel durius ha-
bitos quàm æquum, vel infami iniuria affectos
eſſe cognoueris: venire iubes, ita vt in poteſtatem
Domini non reuertantur. Correctionis ratio LXIX.
modo Pietas, modo ipſorum Dominorum
vtilitas ab Antonino innuitur: vtraque tamen
facile corruit. Si dominorum poteſtatem in
ſeruos ſuos illibatam eſſe oportet, nec cuiquā
hominum ius ſuum detrahi, cur Dominis po-
teſtas, quæ tot ſeculis, & nationibus illibata
permanſit, detrahitur? Quia dominorum in-
tereſt (reſpondet Antoninus Pius) nè auxiliū Arbon. lib.6.
implorantibus denegetur contra dominorum
ſæuitiam: intereſt enim nè quis re ſua male
vtatur, adiungit Iuſtinianus Imperator. Sed
cuius eſt intereſſe? Imperatoris, vel Domini? LXX.
ſi Domini, vult abuti tamquam re ſua, cuius l. in re mandata C. mādati. l. ſed etſi. §. cōſuluit. ff. de petit. hæred.
vſus, & abuſus nemini denegatur. Quando
Dominus bonis ſuis abutitur, aleis ludendo,
luxurioſè viuendo,reſiſtit Imperator? non.
Quare ergo reſiſtere prætendit in caſu ſerui
prætextu quod Domini interſit? Quod ſi ad LXXI.
pietatem recurras; maledicta pietas eſt, quæ
iuſtitiā deſtruit. Fateare veritatem Iuſtinia-
ne, cuius interſit? *Reipublicæ intereſt*, iam LXXII.
expirauit Reſpublica, quæ fuit, non eſt: *Impe-*
ratoris dicas. Imperatoris intereſt,talem Do-
minorum ſupprimere poteſtatem, nè priſtinæ
libertatis refricetur memoria. Idem dicas de
patria poteſtate,quæ vim faciens Monarchię,
pietatis tollitur prætextu ab Hadriano Impe-
ratore. Poterit Pater (clamat Alexander Im- l. 5. ff ad l. Pomp. de Parr.
perator)inobedientem filium publico carceri
tradere, & iudici puniendum offerre, qui pœ- LXXIII.
nam imponet, quam pater perſcribet. Oh l. ſi filius C. de pa. po.
Alexander? grandem poteſtatem patri tri-
buis. vide quæſo quid agas? ſuperiorem iudi-
ci conſtituis patrem; ſi patri obtemperàuerit
iudex, erit error peior priori? Et ſi iudex ad
patris libitum tenetur pœnam imponere, ad
quid grauare iudicem, & patrem,vt ad illum
aſcendat iſte? Quieſce (reſpondet Imperato-

LXXIV. res Diuus Seuerus, & Antoninus) promitti-
l. 13. milites §. vlt. ff. de re milit. mus patri facturos ità, sed obseruaturos nequaquam: defectionis semper erit prætextus. Sic Diuus Pius desertorem, qui à patre suo fuerat oblatus, in deteriorem militiam dari iussit. *Ne videatur* (inquit) *pater ad supplicium obtulisse*: Priuatum carcerem habere nul-
ibid.
LXXV. li concedimus, & læsæ maiestatis reos volumus etiam parentes, qui intra priuatos lares, suos incluserint filios. Vnum regnum, vnus
l. 1. C. de priuat. carcer. Rex, vnum tribunal reliquos declarat hostes, qui vt imperent, diuidunt. Vnde quibusdam in locis extructa ergastula quædam, quæ non carcer, non domus, sed quid medium, captos pueros vsque dum cor-
LXXVI. rigantur: ieiunijs, laboribus, vigilijs, verberibus ad meliorem instruunt frugem: vt in omnibus fere Hollandiæ, & Germaniæ vrbibus, Bremæ, Lubecæ, Hamburgi, Amstelodami, vbi & netoriam Domum ego vidi, intra quam inclusæ mulieres illæ,
LXXVII quæ vel meretriciatum, vel lænocinium exercere inuentæ sunt. Ibi tamquam puellæ sub magistra, quæ ex Cathedra docet, sub incumbentes oneri, proprijs manibus cibum lucrãtur. Alta voce aliquando insonat Magistra, idiomate suo: *qui non laborat, non manducat*. LXX[...] VIII Debiles tamen, & pauperes tantùm inclusas vidi: auri sacra fame, & ibi vti honestas matronas, pellices, & scorta decorante. Filij obedite præpositis vestris etiam discolis. Quicumque patrem timet, ac reueretur (aiebat Timocles apud Stobæum) Hic in bonum ciuem euadet proculdubio, & hostibus incomodàre poterit. Parentum iura non negligatis: si enim patris non tamen Dei est abbreuiata manus. Prosequitur Deus piacula parentum. Iuppiter inspicit illos (Orphæus) qui colunt iura parentum; & qui negligunt præ animi impudentia. Ac illis quidem benignus, & mitis bona largitur: His verò infensus indignatur per furias. Sunt enim in terra vehementes parentum furiæ. Furiarum nomine vel animi agitationem dicas, vt in Lothario, qui cruciatus synderesi purpuram mutauit in tunicam, pauore potiùs quàm pietate. Vel pænas intelligas, quæ atrocissimæ, nequaquam tamèn parricidarum condignæ sceleri. En quomodo gradatim in scæna est parricidium. Cuius quid nominis in sequenti percurram capite.

Serm. [...] LXXI[...] Eurip. Alema[...] none ib[...]

CAPVT SEXTVM.

De Nomine Parricidij.

1 *Parricidij nomine omne homicidium intelligitur.*
2 *Parricidium à cæde patris dicitur.* 7.
3 *Homo sacer quis esset apud Rom.*
4 *Occisores Cæsaris parricidæ dicuntur.*
5 *Curia clausa vbi occisus est Cæsar.*
6 *Idus Martias cur parricidium dicatur?*
8 *Parricida, i. parenticida.*
9 *Parricidium à cæde patris.*
10 *Neronis impietas cum matris cadauer inspiceret.*
11 *Artaxerses centum, & quindecim filios habuit.*
12 *Quinquaginta filij conspirant in patrem.*
13 *Darius cum nouerca frui non posset, tentat occidere patrem.*
14 *Parricida non est credendus filius.*
15 *Parricidæ qui dicantur?*
16 *Pæna est mensura delicti.*
17 *Qui debeant puniri parricidij pæna?*
18 *Occidens matrem punitur pæna parricidij.*
Parentum nomine significatur pater, & mater.
19 *Selimus Turcarum Imper. patrem cur occiderit?*
20 *Amurathes occidit fratrem: & cur?*

PLures esse res, quàm vocabula studiosos non latet. Parricidij nomen, quod omne homicidium complectebatur antiquitùs, restringitur modo in eos, qui nepharias parenti intulère manus. Romulus cum in parricidas nullam excogitasset pænam homicidium

tit. ff. ad l. Pomp. de Parric.

dium omne vocauit parricidium: illud quia credderet nefarium, & impium, hoc impossibile. *Si quis liberum hominem morti sciens, luit: parricida esto.* Singulare est (subiungit Plut.) quod qui pœnam in eos, qui parentes necauerunt, nullam sanxierit, *quoduis homicidium, parricidij designauerit nomine.* Etymologia deducta non tam à patre, quàm à pari quasi cædisset parem.

II.

Lex Romanis erat, Festo teste, & inter Tribunitias prima erat, quod si quis *sacrum hominem* (idest capitali damnatum supplicio) occideret, parricida non esset. Hic parricidæ nomen, *non vtique is, qui parentem occidisset, dicebatur; sed qui qualemcumque hominem. Id autem fuisse indicat lex Numæ Pompilij Regis his composita verbis, si quis hominem dolo sciens morti luit, parricida esto.* Quapropter Parricidij Quæstores appellabantur, qui solebant creari causa rerum capitalium quærendarum.

III.

IV. Cæsar cum patriæ pater appellaretur, eius occisores vti parentis patriæ percussores, parricidæ sunt appellati, illaque nex parricidium, alias publicum parricidium. *Erupit deinde eorum* (Iulio Cæsari alloquitur Valer. Max.) *parricidium, qui dum te hominum numero subtrahere volunt, Deorum consilio adiecerunt.* Sic cum Caium Cassium obiurgat. *Diuus Iulius sancta proles eius se nobis offert: quem C. Cassius (numquam sine præfatione publici parricidy nominandus, cum &c.* Idem de Marco Bruto *M. Brutus suarum prius virtutum, quàm patriæ parentis parricida &c.* Curiam ipsam in qua Cesar vulneratus occubuit, obstrui placuit:

V. Idusque Martias parricidium nominari; ac nè

VI. vmquam eo die Senatus haberetur. Apud igitur priscos parricidium dicebatur, quoties

VII. homo hominem occidisset, hoc est par parem; eo videlicet seculo, quo crudelitas erat occidisse bouem, aut gallum gallinaceum. Sed postquam hominum crescente malitia tanti faciebant hominem, ac brutum occidere, parricidij vox ad summæ impietatis significationem deflexa est: & parricidij restricto vocabulo ad patris interfectorem, multi volunt

VIII. parricidam per syncopem dici, quasi *parenticidam.* Vel Parricidium, *Patricidium* dicas, à

IX. patre, & cæde. Inter exempla, absque lacrymis legere haud possum, Neronis illud, qui

X. matre perempta, procurrens nudam est contemplatus, nec verbo temperauit flagitiosore. *Nesciui* (inquit) *mihi esse matrem adeo venustam.* Inter maiora etiam illud Artaxersis Persarum Regis credo maximum. Ex pellicibus XI. centum, & quindecim illi erant filij, tres tantum legitimi Ariarates, Ochus, Darius, quem non Persarum more, sed paterna indulgentia adhuc viuens Regem fecit. Nouæ pietati noua se obiecit impietas. Patrem filius occidere cogitat. Quinquaginta fratribus cōmunicato consilio, nullus resistit. Fratres verò concordes, in patris nece haud sunt discordes. Amor nequit duos colligare in carnem vnā: modo odium quinquaginta facit vnum. Causa parricidij, parricidio fuit ipso scelestior. In Aspasiam nouercam Darius ab Artaxerse XIII. cucurbitare non datus, adulterium sibi nouercæ negatum, petit morte compensari parentis. Sed vnde ortum trahebat iste tyrannus? Artaxersis filius erat, natu maior. Necesse est vt crederetur, non esse. Cum Ouidio canat. XIV.

Ex illo natum mater me dicit, & ipsa
Nescio nam certe quis possit ferre parentem.

Animal quod natura fecit ferum, patris reuerentia reddit mansuetum. In Artaxersem molitur Darius: Artaxesis Darius filius non est; ineuitabilis illatio est. Parricidij vocabulum ad necem fratris, sororis, aui, auiæ, patruelis, matruelis, patrui, auunculi, amitæ, cōsobrini, consobrinæ, vxoris, viri, Sponsi, Spōsæ, generi, nurus, soceri, socri, vitrici, nouercæ, priuigni, priuignæ, patroni, patronæ, significandam vsurpari, semper displicuit. Cum ex paritate vocabuli, identitateque pœnæ, identitas arguatur delicti; si verum quod pœna sit mensura delicti. Quis tamen dicet par esse patrem, & nouercam occidere? patrem, & fratrem necare? & tamen sub eadem lege Pompeia de Parricidijs includitur homicida patris, & fratris. Marcianus ipse I. C. fatetur sola pæna legis Corneliæ de Sicarijs teneri, scilicet capitis pœna, non culei qui vnū ex supracitatis occiderit. Parricidis dictis solumodo, qui in Patrem, vel matrem impij surrexerint. Patrem, vel matrem dico, quia patria hic non curatur potestas, quæ iuris ciuilis est, sed sanguinis spectatur vinculum naturale in vtroque vigens, parentumque nomine

Margin notes (left): Plutar. Rom. — Festus. — Val. Max. lib. 1. c. 6. — cap. 8. & lib. 2. c. 1. 3. — lib. 6. c. 4. 5. & 8. n. 4. — Sueton. in Iulio. 78.
Margin notes (right, beside lines above): Cælius Rhodig. lib. 11. c. 17. — XII. — Cælius ib. — XV. — l. 1. 3. 4 ff. ad l. Pomp. de parricid. — XVI. — l. 1. cit. XVII. — XVIII.

tàm patre quàm matre in decalogo appellatis. Parricidam igitur dices Selimum, quùm regnandi cupiditate Baiazetem patrem suum,
XIX. postquam pater ad Imperium destinauerat filium, veneno sustulit, capite plectens Hamonem Iudæum medicum qui spe futuræ pensionis mille Asprorum annuæ (talis erat conuentio) Regi suo potionem dederat. Parricidam non dicas Amurathem, cuius primum facinus occupato Imperio, quinque fratrum cędes fuit. Numquam enim patrem, & fratrem dixeris esse pares.

Petrus Bertellus in vita Baiazet. XX. *Idem in vita Amurathis 3. Imp. 14*

CAPVT SEPTIMVM.

De Scelere Parricidij.

1 *Ante hominum malitiam vna lex, & qualis?*
2 *Circumcisionis præceptum primum est, inter scripta iura.*
3 *Peccatum ex prohibitione vt peccatum agnoscitur.*
4 *Ante scriptam legem, qua lege viuerent?*
5 *Lex in cordibus hominum exarata.*
6 *Lex introducta, quia homo spreuit naturam.*
7 *Deus cur legem scriptam ante Abrahamum non daret?*
8 *Moyses voluisset antiquorum silere crimina.*
9 *Prudentũ Prudẽtiũ est crimina maiora silere.*
10 *Cur Parricidij nõ meminerint Moyses Lycurgus 14.15. & Romulus. 16.19.22.*
11 *Vibius Seuerus patris delator, & aduocatus contra paterna crimina.*
12 *Pater fugiens iram Principis à cliente absconditus, à filio proditur.*
13 *Filius à Principe hæreditatem, vt lucretur, patris postulat mortem.*
17 *Spurium dixère Persæ parricidam.*
18 *Parricida filius non est.*
20 *Parricidium omnia complectitur scelera.*
21 *Vtile aliquando magna præterire scelera.*
22 *Parricidarum primus apud Romanos. Primus parricida L. Ossius licet non sit, cur dicatur?*
23 *Parricidij lex à Romanis cur CC. tãtum post annos à commisso parricidio vulgata?*
24 *Plures parricidæ intra annum latæ legis, quàm omnibus antè seculis.*
25 *Pompeius patriæ parricida legem parricidij tulit.*
26 *Ante Pompeium duo tantùm parricidæ apud Romanos leguntur.*
27 *Lex parricidij cur præuia Neronis matricidio?*
28 *Matricidium Neronis quali dicterio carperent Romani?*
29 *Agentes, & consentientes pari pœna puniuntur.*
30 *Romani iniusti quia Neronis matricidium non punirent.*
31 *Agrippinæ verba morientis ad carnificem.*
32 *Scorpiones deuorans mater ab eorum vno tandem deuoratur, & à quali? 35. Scorpio cur filios deuoret? ib.*
33 *Parentibus vsque ad mortem obediendum bruta docent.*
34 *Verberantem patrem non licet repercutere.*
36 *Parricidæ cur pater non parcat?*
37 *Cum parricidæ parcit pater, calumniator præsumitur. 39.*
38 *Cæsar ipse paternum petit tribunal, cum causa patriæ po. agitur.*
40 *Non eadem iustitia patri, & iudici.*
41 *Patria potestas non in atrocitate sed in pietate consistit.*
42 *Filij paternam mortem sollicitantes viperæ, & vulturi assimilantur.*
43 *Vultures à sacrificio exclusæ.*



IN tyrannidem postquam versa sunt regna, opus fuit legibus, quas & ipsas inter initia tulère Sapientes. Antequam hominum creuisset malitia, nullam ipsis legimus legem datam; vna toti Orbi lex erat: Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris. Inter homines ille potentior erat, I.
qui melior. Sed quum crimina Dominum ad iracundiam prouocarunt, purgatoque per cataclysmum orbe, Abrahamò datam inuenimus legem, quæ inter scripta iura intonat prima;

ma; *anima cuius caro præputij circumcisa non*
II. *Genes. 17* *fuerit, peribit de populo suo*. Abrahamum an-
te, humano generi latam legem non inuenies:
etsi sub diluuio videas naufragũ Orbem adeo
humana natura ad malum prona, vt Deum
Genes. 6. pænituisset hominem in terra fecisse. Sic post
naufragium cum terra esset labij vnius, & ser-
monum eorundem, superbos gigantes, qui
Cælum ascendere cogitauerãt, linguarum cõ-
fusione dispersit. Siste lector. Si peccatum
per legem agnosco: *concupiscentiam nesciebã,*
III. *Ad Rom. n.7. & 3.n.20. Ioan.15. n.22.* *nisi lex diceret non concupisces. Per legem enim*
cognitio peccati, vt iam Christus docuerat. *Si*
non venissem, & loquutus fuissem eis, peccatum
non haberent. Quomodo de non vetitis crimi-
nibus primi puniuntur homines? Nulla lex
ante Abrahamum intonat, & tot diluuij, &
dispersionis resonant pœnæ? Innocentiam lex
facit nocentem: & omnes ibi innocentes, vbi
non vrget mandatum.

IV. Vel legem non vulgauit Æterna Sapientia
(*Responde*) quia vni naturali mandato subie-
ctum desiderabat hominem. Vnus domina-
tur omnibus, & vna instruit cunctos. Non
erat opus exarare legem, quæ in cordibus ho-
V. minum sculpta erat. Ad quid iubère Caino,
non occides; non mœchaberis; si etiam antequã
Mundi staret compago, verum erat, occidere
hominem, & similia patrare, nephas est. Le-
VI. gibus non subijceretur homo, si naturæ pa-
ruisset. Spretis, quæ in se bona, eaquè am-
plexus, quæ de se mala, coactus est obedire
mandatis, quæ mala quia prohibita; cum pro-
phanasset ea, quæ prohibita, quia mala. Vel
ante Abrahamum non dedit legem; ipsique
VII. Abrahamo verbotenus vnam imposuit legẽ,
ne crimina lege monstraret, & scelera replica-
tæ leges multiplicarent. Multum debeo Moy-
sis hystoriæ, quæ Æternæ Sapientiæ vulgat
arcana, & vbi deficit natura, supplet gratia, vt
quid voluerit, quid potuerit Dei Omnipotẽ-
VIII. tia, haùd nos lateat. Inculpabilis tamen illa
historia, voluisset culpari si potuisset, fratri-
cidium, aliaque tacendo crimina, quæ nota
quia scripta, nisi veritas obstitisset; sed quia
diuina dictante Sapientia, historiarum mo-
numẽta erigebat Moyses, in testimoniũ Dei,
& Gentium, qui distulit prohibère, vsq; dum
replicata scelera petière prohibitionem, inuo-
luit potiùs, quàm explanauit, quæ homines
palam fecère factis, vt Legislator postea oc-
cultaret verbis. Summa enim prudentia al-
tissimi viri, & rerum naturæ peritissimi malue- IX.
runt, velut incredibilia scelera, & vltra auda- *S. n. A. d. Cl... c.23.*
ciam posita præterire, quàm dum vindicant,
ostendere posse fieri: Tale fuit parricidium,
in quod scriptura dirigitur. Multa iudicia,
Domino iubente, Hebræis Moyses dedit, & X.
de Parentum iniuria hoc vnum tulit. *Qui per-* *Exod. 21. n.15.*
cusserit patrem suum, aut matrem morte moria-
tur. Qui percusserit? & qui occiderit, qua pe-
na parricida punietur? Haud forsam præui- XI.
debat Diuina Sapientia inter futuros parrici-
das sæuum illum Romanum, qui patriæ ho- *Tacit. An. 4 §. 28.*
stem accusauit patrem? nomen vtrique Vibius
Serenus. Reus pater, accusator filius in Sena-
tum adducti sunt. Ab exsilio retractus, illu-
uieque, ac squalore obsitus, & tum catena
vinctus perorante filio. Preparatur è contra
adolescens multis munditijs alacri vultu, *stru-*
ctas Principi insidias, missos in Galliam concito-
res Belli, iudex idem, & testis dicebat. At con-
tra reus nihil infracto animo, obuersus in fi-
lium, quatere vincula, vocare vltores Deos,
vt sibi quidem redderent exsilium, vbi procul
tali more ageret; filium autem quandoq; sup-
plicia sequerentur. Non prçuidebat forsan
Æterna Sapientia filium prætoris Annalis li- XII.
ctoribus proditurum, quem cliens abscонde-
rat in latibulo? *Is ad quendam suum clientem* *Appian Alex 4 de Bell. Ciuil.*
fuga delatus, cui paruum, ac vile tectum erat in
suburbio contemnendum modis omnibus, latebat
in tuto: donec ipsius filius rem suspicatus, percus-
sores sub id tectum duxit, & à Triumuiris pa-
terna bona ædilitatemque accepit. Sic Toranius XIII.
vir prætorius, pater adolescentis alioquin
perditi, qui tamen multum posset apud Anto-
nium, tunc rerum summa potitum, à centu-
rione cædendus, centuriones rogabat, tan-
tisper cædem differrent, vsque dum Antoniũ
filius supplicaret. Ridentes illi, supplicauit,
inquiunt, sed mortem. Id quum intellexit
Senex, iterum breuissimum petijt spatium, do-
nec vidèret filiam: quam visam iussit non adi-
re paternorum bonorum hæreditatem, ne &
illius mortem frater ab Antonio impetraret.
Pertranseant cum Nerone innumera alia, quæ *ibid.*
cùm Deum minime laterent futura, cur in fi-
lium solùmodo percussorem non occisorem XIV
pœnam imponit? Silentio parricida donatur,

quia Moyses parricidium nominare non ausit; neque in tota scriptura nominatum reperies, parricidij vocabulo, timēs sanctum idioma polluere. Voluit vt mancus notari, quàm crimen possibile prohibitione monstrare. Atheniensiū, Legislator Solon, ex septem Græ-
XV. *Cicero orat. pro Sex Roscio.* ciæ Sapientibus vnus interrogatus, cur nullū supplicium constituisset in eum, qui parentem necasset, respondit, *se id neminem facturum putasse*. *Laertius in Solone.* Sapienter fecisse dicitur cum de eo *Cicero cit. loco.* nihil sanxerit, quod antea commissum non erat; nè non tam prohibère, quàm admonère videretur. Caritas, quæ est inter natos, & parentes, dirimi nisi detestabili scelere non
Cicero in Lælium. potest. Solonem sequitur Romulus, similiter
XVI. existimans impossibile esse, vt quis tam dirum, & impium scelus comittere auderet.
Plutar. in Rom. Seculo illo incognitum parricidij nomen, noluit lege vulgare, nè exterarum nationum barbaries, Romanorum corrumperet politiam. Parricidium, idest parentis excidium me semper latebit; nec filium dicetur, qui in patrem intulerit manum. Spurium, &
XVII. vulgo conceptum dicebant Persæ Parrici-
Herodot. lib. 1. dam; Eaque natura, quæ in seipsum, & in patrem sæuire prohibet, qui vna eademque persona cum filio est. Patrem verberat filius, non ergo filius: & quem nuptiarum titulus præsumptione iuris, & de iure, quæ ad-
XVIII. uersis etiam testibus non concutitur, qui non est, filium dicit, fit parricidio Spurius, illique vulgum damus pro patre: nemine reperto, cuius dignus sit filius. Tacuit Romulus parricidium, pœnam non habens, quæ metiretur
XIX. delictum. Vna mors, ei, qui multiplicatis irretitur criminibus, solatium est. Et si vnica mors plura nequit expiare delicta; cum parricidio scelera omnia complexa sint, quæ pœna
XX. *Cicero pro Sex Roscio.* poterit in eum reperiri, qui mortem obtulerit parenti, prò quo mori ipsum, si res postularet, diuina, atque humana cogerent iura? Nūquàm, vel raro tantum expectes facinus, & si accidat, dubita, videns. Parricidæ cum lege cœperunt, facinus illis pœna monstrauit.

Pessimo loco pietas fuit, postquàm culeos vidimus quàm cruces. Ea enim sæpè comit-
XXI. tuntur, quæ sæpè vindicantur. Periculosum est ostendere ciuitati, quanto plures mali sint.
Seneca. 1. clem. c. 23. Multo minus audebant liberi nefas vltimum admittere, quandiù sine lege crimen fuit.

Multaque secula visus est Romulus rectè XXII.
eiusmodi iniuriam desperasse futurā: & solum sexcentis post annis, Roma tale facinus perpetrauit; sed post Hannibalis bellum, Lucius Hostius fertur primus patrem occidisse. Fieri *Plutar. in Rom.* tamen posse post conditam vrbem annis sex- *Cælius Rhodig. lib. 9. c. 17. F.* centis L. Hostius portentosi ingenij homo, & proruptæ audaciæ docuit, qui omnium primus patrem necasse narratur. Obstat tamen Alexander dum Romanorum primum parri- *lib. 3. c. 5.* cidam Marcum Malleolum, non L. Hostium designat. *Marcus Malleolus* (inquit) *matre interempta, Romanorum primus parricidij damnatus, insutus culeo, in mare præcipitatus fuit. L. deinde Hostius post secundum Punicum bellum, parricidij insimulatus, pari supplicio, & excruciatus, pœnas dedit.* Sed quomodo saluatur Plutarchus, à quo L. Hostius describitur Romanorum primus parricida? Vt esset innocens ciuitas, se innocente putauit; abscondit primum, vt obicem poneret secundò. Dissimulauit vnum, vt desperaret reliqua. Sed cū, & ipsi Romani, quos vt Deos est aliquando antiquitas venerata, legum pietate fierent audaciores, supplicium in parricidas singulare excogitauerunt; vt quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, ij magnitudine pœnæ *Cicero pro Sex Roscio Amer.* maleficio summouerentur. Diuersitas temporum, quibus patratur scelus, & in scelus pœna vulgatur, reuèlat Romanorum politiā. Vrbem conditam sexcentis post annis L. Hostij legitur parricidium, quod secundum fuit penès Romanos, nec tamen in primum Marci Malleoli, neque L. Hostij secundum, lex XXIII.
promulgatur, sed vsque ad tertium Consulatum Pompeij Magni differtur, anno Vrbis 781. vt cum Giphanio sentit Harprecthus. Idem probat rubrica de Parricidijs, dum in- *Instit. 4. de pub. Iud. §. 6. alia. n. 1.* scribitur. *De Lege Pompeia de Parricidijs*. Sic in lege prima. *Lege Pompeia de parricidijs cauetur*. Centum, & octuaginta annis vsque ad Pompeij tertium consulatum prouisio distrahitur, vt parricidij deleretur memoria. Antea moribus tantumodo prouidendo, vt dissuetudo consuetudinem antiquaret. Eadem semper pœna fuit, licet vt nouam glorietur Pompeius: Insui voluere maiores in culeum viuos parricidas, atque ita in flumen deijci: quod *Cicero ib.* & hodie seruatur, licet vnà simia, canis, gallus insuantur, vt magnitudinem sceleris exprobe-

XXIV. probemus, quod nihil iuuat. Plures intra annum à lata in parricidas lege perrhorrescimus parricidas, culeoque insutos, quàm omnibus *Seneca de Clem. 1. c. 23.* sæculis insutos accepimus. Post Pompeium, XXV. qui dum in parricidas meditabatur legem, patriæ moliebatur parricidium, licet illi auersa fortuna, Cæsarique secunda, quot fuerint parricidia? numerare pudet. Ante vero Pompeium tria ad summum reperies M. Malleoli, & L. Hostij, centum octogintaque annos XXVI. Pompeium ante, & tertium tempore Pompeij, quod Pompeiano ædicto de Parricidijs occasionem dedisse creditur, licet sileat nomen. Si enim Romani vrgente primo, & secundo parricidio pænam scribere minime voluere, inuerisimile puto centum octogintaque post annos absque occasione, scripta lege parricidij refricasse memoriam. Nisi dicamus pæna præoccupasse Neronis matricidium, ne XXVII. Romani vnde se excusare haud haberent, non mulctatum Neronem, quia incognita pæna. Sacrosanctæ huic præuisioni correspondet dicterium illud Neronianæ affixum statuæ. Occisa matre apposuère culeum cum tabella, cui XXVIII *Sueton. in Nerone §. 45. Diō Nicæus.* erat inscriptum: *Ego quid potui? sed tu culeum meruisti*. Significare volentes culeo dignum Neronem, licet in tyrannidis carpento triumphum duceret parricida. Dionis Nicæi sunt hæc: *Neronem in vrbem venientem, matre interfecta, omnes publicè colebant: priuatim autem quoties tutò, & liberè loqui poterant, carpebant, & vellicabant. Nam culeum in quadam statua ipsius de nocte suspenderunt, vt ex eo significarent Neronem in culeum conijci opportere, exposueruntque puerulum in foro, alligata ad eum tabella, in qua scriptum erat: Non te tollo, ne matrem occidas. Legebatur in plerisque locis scriptum*, Νερὼν, Ὀρέστης, Ἀλκμέων μητροκτόνοι *Nero, Orestes, Alcmeon matricidæ*. Oh barbari Romani? potuistis suscitare Brutos, qui Cæsaris parricidio, patriæ vindicarent matricidium, Imperio vestro per Orbem tam late profuso salubre creditum, vt iam labantem Rempublicam, ad vnum, rerum summa deuoluta fulciret; & in Neronem crudeliorem bruto, Brutus non insurgit, qui patriæ, patris, matris parricidia persequatur? Si tantillum veritatis vestris inest legibus, ob cri-XXIX. minis atrocitatem non solummodo plecti, qui crimen ipsi admiserunt: sed & conscios participesque, quorum ope vel dolo patratum est. *§. alia. 6. Instit. 4. de pub. Iud. l. vtrum 6. ff. ad l. Pomp. de parricid. l. 2. l. 7. ff eod.* Inde vxorem consulentem, & consentientem viri neci morte puniri. Medicum, Pharmacopolam, Chirurgum aliquali modo participes cum ipsis parricidis supplicio affici, rectè traditur. Quale supplicium vobis, ò Romani, est condignum, cum toties in vestros patres XXX. tumidi tumultuantes, modo placidi parricidis maledicta pietate fauetis. Nisi cum Agrippina, viscera materna, & ventrem, qui tale tulerat monstrum, solummodo reumdicatis. *Ventrem feri* (Centurioni distringenti ferrum protendens vterum, Agrippina exclamabat rogans) *vt vtero dirum ensem conderet*, XXXI. *Tacit. An. 4. §. 14.* *adijciens: Hic, hic est fodiendus ferro, monstrum, qui tale tulit*. Feræ ipsæ haud matrem offendunt, nisi vt se defendant. Scorpiones, qui vndeni pariuntur à matre, deuorantur omnes, vnum præter, qui solertissimus se ipsius XXXII. matris clunibus imponendo, tutus, & à cauda, & à morsu loco fit. Hic reliquorum vltor, *Plin. us lib. 11. c. 25.* qui postremo genitores supernè conficit. O naturæ solertia? & hominibus humaniora bruta? Si scorpionum vndeni pariuntur cur in genitorem non insurgit genitus, cum deuoratur? Occiditur primus nec resistit secundus. Laceratur tertius, nec fugit quartus: omnes humiles necem expectant vsque ad decimum. Sed cur? si resistit vndenus, poterant, & priores resistere? poterant, sed natura (quæ tam callidum fecit vndenum, vt sibi potiùs quàm illi consuleret, ne Scorpionum extingueretur species) humiles priores voluit, vt XXXIII ex feris ipsis edoceremur vsque ad mortem parentibus obedire.

Etsi ibi illicita defensio, vbi licita offensio; *l. si seruus. C. de his qui ad Eccl. conf.* filios verberantem patrem repercutere non licebit. Ædesius Cappadox mercaturæ causa in Græciam ablegatus à patre, inscio patre XXXIV. prò mercatura philosophiam didicit. Reuersum tamquàm inutilem domo pater exegit, & baculo vti canem insequebatur. Tum ille conuersus, & ad patris procidens pedes, philosophiæ lucrum paucis ostendens non sui sed patris vsque ad necem totum esse fatetur. Scorpio, qui osculando cædit, filicidam pungit, cum videt interire naturam. Materna magis quàm sua viscera diligens vndenum vsque, vltionem differt, de paterna spe- XXXV. rans pietate, quæ non filijs sed sibi consulens,

velit

velit partum amare, & sibi simile procreare.
Non parcit autem, sed & vndenum interime-
ret, quem naturali instinctu vt parricidam
prænoscens perquirit, decem necando, vt
vnum occideret.

Grande hæc scorpionum in patrem pietas
quæsitum excitat. Si plus descendit quàm
ascendat amor: Filij parcent patri cur filijs
non parcit pater? Erixonem equitem Roma-
num quia filium suum flagellis occiderat, po-
pulus in foro graphijs confodit. Et quia inau-
XXXVI ditum Romanis in filios sæuire parentem: vix
illum Augusti Cæsaris auctoritas, infestis tam
patrum quàm filiorum manibus eripuit. Nè
Seneca de clem. 1. c. 14. mireris, haud valet parens parricidium expia-
re, nisi morte parricidam puniat. Parricidæ
si indulgeat, pietati ipsi suspectus est, falsò ef-
fixisse querelam, quod parricidio peius. T.
Arium qui filium deprehensum in parricidio,
XXXVII exilio damnauit, causa cognita, nemo non
ib. c. 15. suspexit, quod contentus exilio, & exilio de-
legato. Massiliæ parricidam continuit, & an-
nua illi præstitit quanta præstare integro so-
lebat. Hæc liberalitas effecit, vt in qua ciui-
tate numquam deest patronus peioribus, ne-
mo dubitaret, quin reus meritò damnaretur,
quem is pater damnare potuisset, qui odisse
non poterat. Hoc ipso exemplo, eodemque
loco dat Seneca quomodo Cæsar Augustus
suspicionem purgaret, quæ in ipsum augeba-
tur, quia clemens pietatem fouisset paternam.
Cogniturus de filio (scribit Seneca) *T. Arius, ad-
uocauit in consilium Cæsarem Augustum. Venit
in priuatos penates, assedit, pars alieni consilij
fuit. Non dixit: Imo in meam domum veniat.
Quod si factum eßet, Cæsaris futura erat cogni-
tio, non patris.* O grandem potestatem? ad
XXXVIII patris tribunal vocatus Cæsar, cum de filio
consulitur, consul est nō iudex, patrem ipsum
Cæsar veneratur vt principem. *Audita cau-
sa, excussisque omnibus, & his quæ adolescens
prò se dixerat, & his quibus arguebatur, petit vt
sententiam suam quisque scriberet, nè ea omnium
fieret, quæ Cæsaris fuisset. Deinde priusquam
aperirentur codicilli, iurauit se T. Arij hominis lo-
cupletis hæreditatē non aditurum. Dicet aliquis,
pusillo animo. Timuit, nè videretur locum spei
suæ aperire velle, filij damnatione. Ego contra
sentio. Quilibet nostrum debuisset aduersus opi-
niones malignas satis fiduciæ habere in bona con-
scientia: Principes multa debent etiam famæ da-
re. Iurauit se non aditurum hæreditatem.* Non XXXIX.
poterat aliter suam redimere famam, toties
perditam, quoties parricidam non occisum
sed relegatum vulgaret. *Arius quidem eodem
die, & alterum hæredem perdidit, sed Cæsar li-
bertatem suæ sententiæ redemit: & postquam ap-
probauit gratuitam eße sæueritatem suam, quod
principi semper curandum est, dixit, relegandum
quò patri videretur. Non culleum, non serpen-
tes, non carcerem decreuit: memor, non de quo* XL.
censeret, sed cui in consilio esset. Parricidij sce-
lus erat in causa, sed pater pro tribunali sede-
bat. Qui cum patrio iure vocasset Cæsarem,
patria etiam pietate scelus expiare Cæsar du-
xit. *O dignum, quem in consilium patres aduo-
carent, ò dignum quem cohæredem innocentibus
liberis scriberent. Hæc clementia Principem de-
cet, vt quocumque venerit, mansuetiora omnia
faciat. Nemo Regi tam vilis sit, vt illum peri-
re non sentiat. Qualiscumque, pars Imperij est.
In Magna Imperia ex minoribus petamus exem-
plum. Non est vnum imperandi genus. Impe-
rat Princeps ciuilibus suis, pater liberis, præceptor
discentibus, tribunus, vel centurio militibus. Nō-
ne pessimus pater videbitur, qui assiduis plagis
liberos, etiam ex leuissimis causis, compescet?*
Immo si ex grauibus. Patria potestas in pie-
tate non in atrocitate consistere debet. At XLI.
vnde est, quod impij filij parentum abutentes
pietate armantur in patrem? Filiorum oculus
nequam erit, quia parens bonus est? Ambi-
tio, vehementissima humani generis pestis
filium facit ingratum. Vt paternam occupet
hęreditatem.

Filius ante diem patrios inquirit in annos. *Ouid. 1. Metam.*
Viperæ possunt isti assimilari, quæ post intra
vterum conceptos catulos, singulos diebus XLII.
singulis parit, viginti ferè numero. Ceteræ
tarditatis impatientes, perrumpunt latera,
occisa parente. Tardiorem genitoris ferentes *Plin. 10. c. 62.*
filij ætatem, mortem accelerant; & parricidij
gladio, parentum vitale filium incidentes,
fata vel eludunt, vel adimplent. Vulturem
diceret hæredipetam, & filium qui patri fatū
festinat, Pierius Valerianus, quia ex cadaueri- *Pierius Valerian. lib. 18. in Hæredipeta.*
bus nutriatur vultur, & viuat. Inde morderet
Seneca: *Si vultur es cadauer expecta.* Huic
alludit Martialis.

Cuius vulturis hoc erit cadauer?

Pro-

XLIII. Prophetam autem dixit vulturem Hierosolymitanus Hesychius, & à sacrificio diuinæ literæ excludunt, vt pote figura hominis sanguinolenti, qui miserorum visceribus, & atro sanguine depascatur. Lector hic siste gradū, & quomodo parricidium excuses, cogita; si tamen possibile tanti sceleris inuenire patronum, licet peioribus numquam desit. *ibid. Pierius.*

CAPVT OCTAVVM.

An Parricidium possit excusari.

1 *Scelera semper habent patronum.*
2 *Poetæ magna scelera cur Dijs adscriberent?*
3 *Nero Agamemnoni similis.*
4 *Iupiter Saturnum patrem exulare iubet.*
5 *Deus Abrahamum tentat, vt filium immolet.*
6 *Indi, Caspij, Bactriani parentem fame necant, quum septuagenarium.*
7 *Casus singularis filij occidentis patrem, quia senio confectum.*
8 *Magnatum auaritia, & crudelitas in ægenos.*
9 *Caroli M. pietas erga pauperes.*
10 *Filius plangens patrem à se inscienter occisum.*
11 *Timoleon increpatur, quia Patrem tyrannum cum occidisset, plangebat.*
12 *Titus Arius quia parricidæ indulget, immerite ducitur accusasse.*
13 *Parricida nequit habere defensorem.*



I. Itia magno coli, nec alicui vitio defuisse aduocatum scribit Seneca. Poetarum furor fabulis humanos errores alentium, vt sceleribus ius donent, auctores illis Deos inscribunt, exemploque diuinitatis, nefaria crimina excusare prætendunt. Vt in Venere, *Ira. 23.*
II. à Ioue voluptate concubitus delinito, noctem duplicasse fabulantur. Ita in Parricidio Orestem, quia auctoribus Dijs, matrem cedit, parricidij immunem faciunt. Neronem cum
III. Agamemnonis assimilaret filio Iuuenalis, nocuum illum, innoxium istum sequentibus ita dixit.

Par Agamemnonidæ crimen, sed causa facit rem
Dissimilem. Quippe ille Deis auctoribus vltor *Satyra 8.*
Patris erat cæsi media inter pocula, sed nec &c.

Lictoribus forsan indigebat Deus, vnde matris carnificem filium destinaret? amiserat fulmina Iupiter, quod crimen non nisi peiori scelere vindicaret? Iupiter omnium parens, haud debet in patrem amare filium, nec enim sua interest sacrum violari nomen, nisi irridendo Ethnicorum insequamur Iouem, qui Saturnum patrem in exilium misit, vt in mortalibus minimè damnare possit, quod in diuinis ipse patrauit. Vnus, & verus Iupiter filios ad parricidiū prouocasse nullibi legitur, neue vt tentaret, vt tentauit Abrahamum immolare filium. Tentasse dicitur, licet suo vtens iure, nemini inferret iniuriam. *Lactant. 1. c. 16.* IV. V.

Parricidium excusare prætendis, cuius colore? illa forsan ægestate, qua vrgente filium vendit iure pater? vt iam retro barbaries vetulos patres, & senes iam labori inutiles vrgebant ad mortem? vt de Indis, & Messagetis, & Caspijs ex Herodoto refert Cęlius Rhodig. *Legimus siquidem Caspios, gentem immanem, & feram, parentes inclusos fame necare, quum iam ætatis annum septuagesimum excesserint.* VI. *lib. 11. c. 18.*
Idem Bractriani faciunt. *Eos Onesicritus scribit, qui iam senio morboue confecti sunt, viuos canibus apponere, ad hoc ipsum de industria enutritis, quosque illarum gentium vocabulo sepulchrales vocent.* Ita quidem se excusauit anno Christi 1308. quidam ex rustica Vuandalorū gente, qui sudore vultus sub seruitutis iugo vix quotidianum panem excudunt. Nobilis domina, vxor comitis de Mansueld, filia comitis de Luchouu, cum parentes inuisere cōstituisset, iter faciens per Ericam Luneburgensem, in vicino fruticeto audiuit vocem gementis, miserabiliterque precantis: missoque vno, ac altero ex familia, iubet contemplari quid esset: nec demorata reditum, cum VII.

moram facerent, ipſa aditura iuſſit aduerti currũ. Conſpexit ſenem annis iam preſſum, labori inutilem, ligatis manibus eiulantem, orare vt vitæ eius parceretur. Iuxta vidit virum ſcrobem effodere: quem interpellans rogat quid moliatur. Ille nihil ratus illicitum, plane confitetur, patrem ſuum iam labori defunctum, & inutilem, quique panem ſuum quærere non poſſit, ſepulturum. Illa impium redarguit, quod parenti non parceret. Non times (inquit) improbe Deum, cuius eſt mandatum de honorandis parentibus, & de nemine occidendo, minime verò patre? Ad hæc ille ſuſpiciens. Non poſſum (inquit) ò domina auferre panem paruulis, quos multos alo domi, & dare inutili ſeni: vtriſque autem enutriendis non ſufficio. Quid faciam? Tum ingemiſcens domina reſpexit in ſuos, dixitque, Videtis, quæ ſit horum pauperum conditio, quibus nemo impẽdit miſericordiã, ſed magis emunguntur ad ſanguinem. Illa prolata aliquot argentea, dedit filio, vt patri vitam permitteret. Pollicetur ille, quoad durauerint argentei, patri proſpecturum. Vſque adhuc Albertus Kranzius, oh potens paupertas? macie adeò extabeſcet pater, vt ipſum neutiquam cognoſcat filius. Si vnde alere deficit, neque occidas, habes. Egeſtas ipſa ſit parricida; manus, quæ compactæ, vt panem porrigerent, lapides dabunt? Ale liberos, cum vtriſque non ſufficis; & naturæ redde parentem, quæ de manu tua haud requiret, ſi non des, quod non habes, ſed ab Epulonibus illis, qui tot inopes fame mori patientes, nec micas permittunt, quæ cadunt de menſa: Tantas calamitates in Orbe nemo percipit corde: & ſi aliquis ignoſcat, nullus ſuccurrit. Vbi Carolus Magnus, qui & in extranea regna ad pauperes ſubleuandos mitteret aurum? Veniet Domini dies, ò Magnates, & villicationis veſtræ rationem dabitis, cur tot captiui in commercium deducti, nec redempti, ab hoſte fuerint occiſi? Quot Lazari fame ſua veſtrarum domorum ianuis veſtræ inhumanitatis fixère titulos. Quot vlceribus poſtes veſtros laurearunt, & ſanie ſua veſtras pinxère micas? Iudicium attendite; quod differtur, non aufertur.

Lib. 7 ſuæ Vvandaliæ c. 48.

VIII.

IX.

X. Aliud ne reſtat vnde excuſetis? caſu occidi, qui cum præter hominum opinionem, acciderit, mihi non imputandus. Ego Iulij Manſueti filius, cum ex Hiſpania, Rapaci legioni adderetur, impubes relictus ſum domi. Mox adultus, inter ſeptimanos à Gabba cõſcriptus oblatum forte patrem, vulnere ſterni, hunc dum ſemianimem exarmarem cognoui; tentaui lacrymis remittere ſanguinem, cum non poſſem, expirauit. Piati patris Manes me forſan vt parricidam auerſabimini? facinus publicum eſt: & inter ciuilia arma, minimam teneo partem, & eſt obſequij. Meum parere; Imperatoris, quæ facienda ſunt, cogitare. *Tacit. Hiſt. 3. c. 25.*

XI. Lacrymas tuas fili, tantũmodo damno. Vel patrem, vel inimicum plangis? hoſtem plangere nefas eſt; & ex planctu argueris plus patrem, quàm patriam diligere, quod proditoris, non ciuis eſt. Timoleon Timophrontem fratrem ſuum, qui tyrannidem moliebatur, occiderat: cuius facti cum poſtea Timoleontem peniteret, & idcirco ſe à publicis negotijs ſubduceret, à Teleclide vehementer increpatus fuit: *ſi decertaueris* (inquit) *præclarè tyrannum te occidiſſe arbitrabimur, ſin minùs fratrem.* Si patrem verò plangis, occidiſti igitur patrem, non inimicum; qui ſi caſu non genuit, cur caſu occidiſti? Patrem occidiſti, nec caſus parricidium tollit, quo patriæ filius erga patriæ hoſtem ſupremo functus es officio. Quod ſi dicas in ciuili bello non pendère iuſtitiam, in iuſtitiam redarguèris pugnaſſe, vnde vel patris, vel patriæ parricida eſto. Titius Arius, quia Cæſaris Auguſti cõſilio filium in parricidio deprehenſum relegauit, nec culeũ, & ſerpentes decreuit, criminoſior factus eſt ipſo parricida, Romano ſuſpicante populo, quin reus merito damnatus eſſet. Neque Auguſti iuramentum innocentiam purgauit, ſed rerum creſcente fama, Arium & Cæſarem reos duxit temerarium, dicaxque vulgus. Cadat igitur parricidium ſine patrono; quem nõ excuſat ſententia Cæſaris, neque excuſabunt Oratoris verba. Qualis lingua perorabit, obſtrepente ſanguine patris, qui in vulneribus multiplicato ore clamat quidem de terra, ſed rumor ad Cęlum aſcendit, vt Deus ipſe impoſſibile credens ſcelus, velit deſcendere in terram, vt ſciat, & cognoſcat. *Deſcendam, & videbo* (quaſi non cognoſceret, & videret) ait Dominus Omnipotens. Parricidium itaque nulla prorſus excuſo cauſa, libenter ipſum dele-

Plutar.

XII.

XIII.

derelinquo, & cum Papiniano fateor Parricidium facilius perpetrari, quam defendi. Cum in parricidio nulla satis iusta causa ad sceleris patrocinium prætexi possit. *Instit. lib. 10.*

CAPVT NONVM.

Parricidium quomodo probetur?

1 *Quilibet homo liber creditur, nec obligatus.*
2 *Probationes parricidij luce meridiana sint clariores.* 8.
3 *Parricidium non creditur etiam si videatur.* 5. 7.
4 *Agrippina, & Nero mutuo parricidio petiti.*
6 *Dijs ipsis parricidium prædicentibus non creditur.* 10.
9 *Parricidium facilius patratur, quam excusetur.*
11 *Sola parricidæ confessione parricidium probatur.* 13.
12 *Parricidium actore conscientia parricidæ proditur.* 14.
15 *Nero parricidio agitatus, cecidisset, ni Seneca excusasset.*
16 *Seneca quia parricidium excusat, à parricida interimitur.*
17 *Parricida furijs agitatur.*
18 *Parricidam bruta, homine deficiente, accusant.*
20 *Parricida semetipsum prodit.*
21 *Parricidæ qui infeliciter interiere.*
22 *Parricidij indicia.*



I. QVemlibet innocentem credamus, etiam in leuissimis, quibus septies in die ipsemet iustus luitur, natura voluit, qua omnes creduntur liberi, nisi probentur serui. Inde
II. probationes luce meridiana clariores esse debere, proloquium est, quod inter Iuristarum cancellos quotidie decantatur. Quid dicam de Parricidio, si leuiora crimina difficulter ostendit meridiana lux, quod vno scelere complectitur, & reliqua? dicam tam dificillime parricidium probari, vt pater ipse sub par-
III. ricidæ manibus cadens, non adhuc credat. Experta Agrippina Neronis sæuitiam, solùm insidiarum credidit remedium, si non intelli-
IV. gerentur. Pereundum Neroni, & adinuicem Agrippinæ, nisi præueniretur, Burrhi, & Senecæ sententia fuit. Præcucurrit Nero, vel præcucurrère Seneca, & Burrhus, nam ille pauore exanimis cum ictu leui fauciam euasisse sentiret, impietatem exarmauit, & ni obstitissent illi, cecidisset iste. Renouatur parricidium, & summa sceleris Aniceto mandatur, Cubiculũ ingresso, vbi Ancillarum vna erat, quæ statim dominam deseruit, cum Anicetũ satellitibus stipatum videret; aliam fere litore faciem nunc, solitudinem, ac repentinos strepitus, indicia omnia extremi mali, ita fatur. *Si ad visendum venißet, refotam nun-* V. *Tacit. An. 14. c. 8.*
tiaret: sin facinus patraturus, nihil se de filio credere; non imperatum parricidium, nihil de filio credis Agrippina? modo modo vulnere saucia contis, & remis cecidisses confossa, ni imprudens Aceronia *se Agrippinam esse, & vt matri principis subueniretur*, clamasset, quam quia principis creditam interimère matrem, & nunc non suspicaris de filio? non suspicor quidem, etsi vulneribus obruar. Non suspicarer, si Dij ipsi accusarent Neronem. Vos Chaldęi in testes voco, cum super Nerone consulerem, & responderet Oraculum, *fore* VI.
vt imperaret, matremque occideret, replicaui contemnens: *me occidat, dum regnet*. Dum filium vteri mei recordor, nequaquam parricidam timeo. Quod si conuincatur, vinciatur venter, non Nero, quia feram ediderit, & non hominem. Dicebant spurium Persæ eum, qui patrem occidisset, haud enim possibile in vno iungi filium, & parricidam. At VII.
Neronem ventris mei partum fateri debeo, igitur matricidam negabo. Qui Neronem vult matricidam, matricidij rationem reddere cogitur, quod in minimis noxis, & in his leuioribus peccatis, quæ magis crebra, & iam propè quotidiana sunt, maximè, & primum quæritur, quæ causa maleficij fuerit. Non

temerè creditur parricidium, neque leui con-
VIII. iectura res penditur; neque incertus testis au-
ditur, neque accusatoris ingenio res iudica-
tur: cum multa antea commissa maleficia, tum
vita hominis perditissima, tum singularis au-
dacia ostendatur, necesse est, neque audacia
solum, sed summus furor, atque amentia. Hęc
cum sint omnia, tamen extent, oportet, ex-
pressa sceleris vestigia, vbi, qua ratione, per
quos, quo tempore maleficium sit admissum.
Quæ, nisi multa, & manifesta sint, profectò res
tam scelesta, tam atrox, tam nefaria credi non
Cicero orat. prò Sex. Roscio Am. potest. Magna est enim vis humanitatis:
multum valet communio sanguinis: reclami-
tat istiusmodi suspicionibus ipsa natura: por-
tentum, atque monstrum certissimum est, esse
aliquem humana spetie, & figura, qui tantum
immanitate bestias vicerit, vt propter quos
hanc suauissimam lucem aspexerit, eos indi-
gnissimè luce priuarit; cum etiam feras inter
se se partus, atque educatio, & natura ipsa
conciliet. Bassianus Cæsar cum magna labo-
raret inuidia, quod fratrem occidendum cu-
rasset, eoque Papiniano prætorij præfecto,
ob eximiam Iurisprudentiam summæ apud
Romanos authoritatis negotium dedisset, vt
hoc facinus apud Senatum defenderet: respō-
dit Papinianus. Multò facilius est parricidiū
IX. *Erasm. Rot. l. 8. Apoph.* perpetrare, quam defendere. Dicerem ego:
Multo facilius est parricidium defendere, quā
patrare. Patratur repugnante natura, fauente
defenditur, dum patratur, impossibile fit pos-
sibile; quod impossibile ostendere facile du-
co. Factum non creditur, agendum despera-
tur; Dijs ipsis minimè fides datur accusātibus.
X. Quid igitur, ius sceleri datum canemus? &
parricidijs aperiemus postes, crimina dissimu-
lando? absit. Maiora crimina, maxima proba-
tione eluceant, opus est: quæ in parricidio
vna est: delinquentis confessio. Ex ore tuo
te iudico, cum poterit redarguere iudex, dam-
nabit; alioquin, absoluet. Sed quis (dices tu)
XI. reuelabit turpitudinem suam? seipsum prode-
re nemo tenetur? Mala conscientia, quæ sce-
XII. lestum incessanter agitat, prodet. Lotharius
noster imperator, post facinus commissum in
Ludouicum furijs agitatus, non quieuit, do-
nec in tunicam mutata purpura, in clau-
stris expiaret, quod patrarat in regno.
Videtis quos nobis poetæ tradiderunt pa-
tris vlciscendi causa, supplicium de ma- *Cicero prò Sex. Roscio.*
tre sumpsisse, cum præsertim deorum im-
mortalium iussis, atque oraculis, id fecisse di-
cantur; tamen vt eos agitent furiæ, neq; con-
sistere vsquam patiantur, quod nè pij quidem
sine scelere esse potuerunt. Sic se res habet,
iudices; magnam vim, magnam necessitatē,
magnam possidet religionē paternus, mater-
nusque sanguis: ex quo si quæ macula conce-
pta est, non modo elui non potest, verum vs-
que eo permanat ad animum, vt summus fu-
ror atque amentia consequatur. Nolite enim
putare, quemadmodum in fabulis sæpenume-
ro videtis, eos, qui aliquid impiè sceleratéq;
commiserint, agitari, & perterreri furiarum
tedis ardentibus. Sua quemque fraus, & suus
terror maxime vexat: suum quemque scelus
agitat, amentiaque afficit: suæ malæ cogita-
tiones, conscientiæque animi terrent. Hæ
sunt impijs assiduæ domesticæque furiæ, quæ
dies, noctesque parentum pœnas à sceleratissi-
mis repetunt filijs. Hæç magnitudo malefi- XIII.
cij facit, vt, nisi penè manifestum parricidiū
proferatur, credibile non sit. Nero, perfecto
demum scelere, magnitudinem eius intelle-
xit. *Reliquo noctis* (scribit Tacitus) *modo per* XIV.
silentium defixus, sæpiùs pauore exurgens, & *Tacit. Ann. 14 c. 10.*
mentis inops lucem opperiebatur, tamquam exi-
tium allaturam, & nisi Burrhi, & Senecæ adu- XV.
latio firmasset, parricidium excusando, quod
discrimen improuisum, & matris facinus eua-
sisset, pauore, vel violentia popularium ceci-
disset. Sed diuina vindicta à Nerone Burrhū, *Gruter. in vita Seneca.*
& Senecam interemptos, quod matricidium XVI.
excusassent Neronis fama credit. Iupiter
inspicit illos, qui colunt iura parentum (aie-
bat Orpheus) Et qui negligunt præ animi *apud Stobæum serm. 77*
impudentia. Ac illis quidem benignus, &
mitis bona largitur: His verò infensus indi-
gnatur *per furias. Sunt enim vehementes in* XVII.
terra parentum furiæ. Titium Cloelium Tar- *Cicero ib.*
racinensem, cum cœnatus cubitum in idē cō-
claue cum duobus adolescentulis filijs isset,
inuentum esse mane iugulatum, cum neq; ser-
uus, neque liber ibi pernoctaret, in quem ca-
deret suspicio, duos adolescentes præter, qui
ne sensisse quidem asserebant. Sed quia non
sensère, tamquam suspecti, & merito delati
sunt. Neutrum sensisse, suspiciosum sanè,
quis potuit, vel ausus est se in id conclaue
commit-

committere, eo potissimum tempore, cum ibi duo essent adolescentes filij, qui & sentire, & defendere facile possent? erat porrò nemo (concludit Cicero) in quem ea suspicio cōueniret. *Tamen cum planum esset iudicibus factum, aperto ostio dormientes eos repertos esse, iudicio absoluti adolescentes, & suspicione omni liberati sunt. Nemo enim putabat quemquam esse, qui, cum omnia diuina, atque humana iura scelere nefario polluisset, somnum statim capere*
XVIII. *potuisset: propterea quod, qui tantum facinus cōmiserunt, non modo sine cura quiescere sed ne spirare quidem sine metu possunt*. Natura ipsa accusatrix parricidam propalat, & si verum quod nil occultum, quin reueletur; veris-
XIX. simum, hominum deficientia, bruta in auxilium à natura vocari, vt palam faciant.
e fera uminis ndicta. Bessus, Plutarco teste necauerat patrem, quod cum diù clam fuisset, postea temporis ad hospites quosdam cum iuisset cœnatum, nidum quendam hirundinum hasta in-
XX. cussa deiecit, pullosque interfecit. Cumque ij, qui aderant, quærerent (vt fieri adsolet) quanam re impulsus rem tam insolētem egisset, Non (inquit) auditis hirundines falsò de me vociferari, & testari me patris mei esse interfectorem? Re ad magistratum delata, ac facinore deprehenso, Bessus supplicia pependit. Indè videmus, quod licet à magistratu non abripiantur parricidæ ad supplicium, occulta tamen vindicta Dei scelus commissum luunt. Selymus eodem in loco, quo patrem fratremque fugientes trucidauit, interficitur. Adol- XXI.
phus dux Geldriæ, qui patrem asperrime tra- *Com. u. lib. 3.*
ctauerat, trucidatur. Chramnus Clothario patri Regi Franciæ bellum mouet, vincitur *Gregor.*
Chramnus, & igni consumitur. Lotharius, *Turon.*
cuius dedecore de parricidio factus est sermo, *4 cap. 16. & 20.*
à die iniuriæ in patrem illatæ, haud amplius respirauit, nisi cum expirauit; Si hæc malefi- XXII.
cij magnitudo non creditur, nisi penè manifestum parricidium proferatur, qualis præsumptio, qualia signa erunt veritatis indicia? Turpis adolescentia (respondet Cicero) vita omnibus inquinata flagitijs, cum probro, & dedecore sumptus effusi, audacia prorupta, temeritas, quæ ab insania non longe distet, Parentis odium, paternæ animaduersionis metus, amici improbi, serui conscij, tempus idoneum, locus opportunè captus ad eam rem: penè dicam, respersas manus sanguine paterno iudices videant, oportet, si tantū facinus, tam immane, tam acerbum credituri sint. Et si *Pro Sex.*
quo minus credibile est, nisi ostēdatur; eo ma- *Rosc. Amer.*
gis est vindicandū, si cōuincatur. Probatū tandem, qua pœna punietur? sequēs caput dabit.

CAPVT DECIMVM.

De Pœna Parricidij.

1 *Parricidij non est condigna pœna.*
2 *Parricidij pœna culeus est cum cane, gallo vipera, simia.*
3 *Publiolus Malleolus primus parricida apud Romanos.*
Quomodo portarentur ad mare.
Parricidij pœna multoties mutata.
5 *Parricidij pœna apud Aegyptios, apud Macedones. 6. apud Lusitanos. 7.*
8 *Parricidij pœnam excogitauit Tarquinius.*
9 *Parentum ac deorum violatio eadem est.*
10 *Culeus quid sit?*
11 *Virgæ sanguineæ quid?*
12 *Lupini cur darentur parricidæ?*
13 *Soleæ ligneæ cur inducerentur?*
14 *Parricida cur insueretur culeo?*
15 *Cur insueretur cum cane? 25.*
16 *Canes obscœni, & immundi.*
17 *Canem immolare nefas.*
18 *Sum. Sacerdos non poterat habere canem.*
19 *Mali Genij.*
20 *Canis omnium fidelissimus.*
21 *Parricidæ canibus dandi.*
23 *Canis crudelis, & sæuus est.*
24 *Canem portare infamia erat.*
25 *Cur cum Gallo insuatur, parricida?*
26 *Gallus in parentes sæuit.*
27 *Vipera an parricida sit? 29.*
28 *Vipera homini terror est.*
30 *Vipera rodit caput masculo, cum coit.*
31 *Simia præ amore occidit partum.*
32 *Parricida simia est.*
33 *Parricidas terra respuit.*

Licet

I. Icèt parricidio, in quo omnia complexa sunt ſcelera, condigna pęna accomodari haud poſſit, ingraueſcentibus tamen in diem parricidijs pęnam coacti ſtatuere maiores, vt quos natura ipſa retinere in officio non valet, pęnæ magnitudine ſummo arceantur maleficio. Et ſi Modeſtino credimus. Pęna parricidij more maiorum hęc inſtituta eſt: vt parricida virgis ſanguineis verberetur, deinde culeo inſuatur cum cane, gallo gallinaceo, &

Cicero prò Sex. Roſcio.

l. 9 ff. ad l. Pomp. de Parricid.

II. vipera, & ſimia, deinde in profundum mare culeus iactetur. Hoc ita, ſi mare proximum ſit, alioquin beſtijs obijciatur. Tali pœna primùm Publicus Malleolus, matre interempta,

III. interfectus eſt. Super plauſtrum, cui atri iunguntur boues, cum impijs animalibus impios homines culeo inſutos ad mare deportari ex Cuiacio refert Arniſæus.

Henningus Arniſæus de patre, & liberis c. 5.

More Maiorum inſtituta dicitur Parricidij pęna à Martiano in citata lege, licet Cicero de culeo tantum mentionem habeat; *Inſui voluerunt in culeum viuos, atque ita in flumen deijci*. Forſam quia hæſitantes Romani, an incerto iure potiùs, quàm lata lege, parricidium inſequerentur, mutaba-

orat. prò Sex. Roſcio.

IV. tur cum tempore, pęna. Cornelius Sylla de parricidio quæſtiones dedit, ſed qua pœna puniret, non legitur. Pęna legis Corneliæ de ſicarijs creditur argumento legis. *l. 1. ff. ad l. Pomp. de parricid.* Hadrianus deficiēte aqua ad beſtias parricidas damnauit. Cōſtantinus vero antiquam reuocat pęnam. *Si quis* (inquit) *parentis, aut filij, &c. fata properauerit: ſiue clam, ſiue palam id eniſus fuerit, pœna parricidij puniatur: & neque gladio, neque ignibus, neque vlli alij pœnæ ſubiugetur, ſed inſutus culeo cum cane, & gallo gallinaceo, & vipera, & ſimia, & inter eas ferales anguſtias comprehenſus, ſerpentium contubernijs miſceatur: & vt regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem proijciatur: vt omni elementorum vſu viuus carere incipiat, & ei Cælum ſuperſtiti, terra mortuo auferatur*. Huius legis libet principaliora verba explanare.

l. 2. §. 32. de orig. iuris.

l. 1. ff. ad l. Pomp. de parr.

l. pœna 9. ff. eod.

l. vnica C. de ijs qui par. vel lib. occid.

Pœna parricidij puniatur: & nequè gladio, neque ignibus, neque vlli alij pœnæ ſubijciatur: vt

V. apud Ægyptios, qui ſingula parricidarum membra acutis calamis impetebant, mox minutiſſimis ictibus conſauciatos, ſuper ſpinarum aceruos comburebant. Macedones ſaxis obruebant. Luſitani finibus eiectos parricidas ſaxis opprimebant. Romani culeo inſuebant.

Alex. ab Alex. 3. Genial. 5. Diodo. Sicul. 1. c. 6.

VI. Quod ſupplicium à Tarquinio Rege primum

Alex. lib. 2. c. 5.

VII. excogitatum videtur, qui M. Tullium duum-

VIII. uirum, quia libros ſecreta ſacrorum continentes, cuſtodięque ſuæ commiſſos, Petronio Sabino corruptus reſcribendum dediſſet, culeo inſutum, in mare abijci iuſſit. Idque ſupplicij genus multo poſt parricidis lege irrogatū eſt. *Iuſtiſſimè quidem: quia pari vindicta parentum, ac deorum violatio expianda eſt*.

Valer. Max. 1. c. 1.

IX. *Sed inſutus culeo*. Culeus hoc loco ſaccum

X. coriaceum, vel lineum ſignificat: ab occulendo ideſt claudendo, ſic dictum, quo ad frumētum, vinumque ferendum, multis vtantur in partibus: Vſurpatur etiam à I.C. culei nomen pro grādi quodā vaſe viginti amphoras ſcripſit Plinius, vel vrnas quadraginta, dixit Columella continente. Vnde Priſcianus Grammaticus.

Plin. 14. c. 4. lib. 3. 3.

Eſt & bis decies, quem conficit amphora noſtra.

Culeus ac nulla eſt maior menſura liquoris.

Ex corio ſaccum hic credo, non enim verificaretur in vaſe, quod *inſueretur*.

Cur autem culeo inſueretur parricida, hiſque animalibus potiùs quàm alijs introcluſis, inquirere duco. Sanguineis virgis cædebatur priùs antiquitùs parricida; quam tamen exacerbationem ſuſtulit Cōſtantinus Sanguineæ XI.
iſtæ virgæ, ſiue ſanguineum flagellum, vt vocat, ſunt rami cuiuſdam arboris, cui *ſanguinea* nomen eſt à corticis ſanguineo colore, teſte Plinio. Priuſquam tamen fuſtigaretur, ductus in carcerem, dum parabatur culeus, os folliculo lupino obuoluebatur, ſoleæ ligneæ pedibus inducebantur, vti ex antiquiſſima le- XII.
ge refert Sigonius. Lupina folia opponebantur propter amaritudinem, quam lupinus ha- XIII.
bet, leguminum omnium amariſſimus. Soleæ ligneæ inducebantur, vt ipſi viuenti terra omnium mater deficeret, & meritò cum & ipſi paterni amoris, & obligationis excidiſſet memoria.

Virgil. Aeneid. lib. 8.

lib. 16. c. 18. & 37. lib. 19. c. 10. lib. 24. c. 10.

lib. 2. c. 31. de Iudicijs.

Plin. lib. 18. c. 14.

Culeo poſtea inſuebatur. O ſingularem Romanorum ſapientiam, exclamat Cicero. XIV.
Non ne videntur hunc hominem ex rerum natura

ſuſtu-

prò *sustulisse, & eripuisse, cui repentè Cælum, Solem,* Ro-
aquam, terramque ademerunt? vt qui eum necasset, vnde ipse natus esset, careret ijs rebus omnibus, ex quibus omnia nata esse dicuntur. Noluerunt feris corpus obijcere, ne bestijs quoque, quæ tantum scelus attigissent, immanioribus vteremur: non sic nudos in flumen deijcere, ne, cum delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cætera, quæ violata sunt, expiari putantur. Denique nihil tàm vile, neque tàm vulgare est, cuius partem vllam reliquerint. Etenim, quid tàm est commune, quàm spiritus viuis? terra mortuis? mare fluctuantibus? littus eiectis? ita viuunt dum possunt, vt ducere animam de Cælo queant: ita moriuntur, vt eorum ossa terram non tangant: ita iactantur fluctibus, vt numquam alluantur: ita postremo eijciuntur, vt ne ad saxa quidem mortui conquiescant. Idem voluit Ouidius.

Dij te summoueant, ò nostri infamia seculi
Orbe suo, tellusque tibi, pontusque negetur.

V. *Cum cane* cur? vt ipse sceleratum exprobret hominem, & immundum, qui patrem interemerit. Canes enim apud Poetam Latinum obscæni sunt, & immundi.

VI. *Tempore quamquam illo tellus quoque, & æquora Ponti*
Obscænique canes, importunæque volucres
Signa dabant.

Sic Q. Horatius cum ait.

Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.

Ideo asylis, & sacrosanctis sacrificijs canem prohibebant antiqui, & nulli Cælitum immo-
VII. labant. Romani cum mense Februario cane litarent, sacerdoti supremi, ac purissimi numinis familiæ suæ canem, aut aliquid cum eo rei
VIII. habere nefas statuerunt. Vel insuère canem, quia canes prò infernalibus furijs plerumque accipiuntur, quibus agitari parricidas veteres existimabant. Inde sectatores Chrysippi quosdam malos genios oberrare dicunt, quibus
XIX. loco carnificum Dij vtãtur in puniẽdis flagitiosis, & impijs hominibus: ita Lares genios, quosdam esse diros, ac furiarum naturæ affines ad puniendum factos, qui in vitas, & familias hominum inspiciant. Itaque canum exuuijs vestiri, & canem eis adsidere, vt callidis scrutari, atque vlcisci malorum facinora. Hactenus vel insuère canem, quia omnium fidelissimus homini canis est. Idcirco ad arguendam XX. *Plin. 8. c. 40.*
parricidæ infidelitatem, cautum est, vt canis cum parricida insueretur in culeo: vt cani fidelitati opposita hominis elucesceret infidelitas. Insuère canem, vt rabida percitus fame, parricidæ pasceretur cadauere: quapropter inhumatos parricidas canibus deuorandos XXI. *Baldus l. 1. C. de his qui parricid. vel lib. occid.*
commisit. Insuère canem, vt ab eo animali, natura pugnaci, & aduersus ignotos cum primis feroci, crudelique grauiùs infestaretur, & per momenta dilaniaretur. Eademque ratione gallus gallinaceus cum serpente vipera XXII *Plin. 8. c. cap. 46. Plutar. in problem.*
additus est: quo hæc inter se animalia natura inimicissima, sine intermissione pugnando, parricidam grauius affligant. Insuère canem, vt crudelitatis, & sæuitiæ figura, qui etsi inter homines educatus, ab humana non abstinet carne, sed sanguinis lingendi auidissimus, sæpissime, & vbique mingit. Hinc est quod ad exprobrandam personam profanam, crudelem, vilem, canis nomen vsurpatur. Grandis infamiæ olim indicium fuit, si canem, vel circa castra, vel ad alium locum reus portare in humeris damnaretur: vt Rittherfusius canit. XXIII. *Bened. Arius Montan. lib. de arcano sermone.* XXIV.

Quippe vetus mos est, vti si quis Rege remoto, *apud Philippũ Carnerarium to. 1 Hor. subcisiuar c. 96.*
Sanguine, vel flamma, vel seditionis aperta
Turbine seu crebris regnum vexare rapinis
Audeat: ante grauem quam fuso sanguine pœnam
Excipiat, si liber erit, de more vetusto,
Impositum scapulis ad contigui comitatus
Cogatur per rura canem confinia ferre:
Sin alius sellam cuius dispendia pœnæ
Ille Palatinæ custos celeberrimus aulæ
Non potuit vitare comes cunctisque videndus
Portauit scapulis passus plus mille latrantem
Hanc quoque tunc alij simili prò crimine pœnam
Sustinuere decem comites totidemq; coacti
Fæda tulere canes, generoso pondera collo &c.

Et gallo gallinaceo. Non quia pugnax sit, & viperæ maximè infestus, ac inimicus: indequè fiat, vt animalibus contrarijs iunctis, XXV.

atrocior

atrocior excitetur pugna, eaque parricida grauius conturbetur, & affligatur. Naturalis enim hæc inimicitia inter gallum, & viperam potiùs diminuit, quàm augeat dolorem condemnati: quia si concordes forent, in eum ambo irruerent, morsuque cruciarent.
lib. 9. prax. crimin. c. 16. n. 11. Gallum iunctum credit Decianus, vt cantu cruciatum euigilare faciat, nec quiescere permittat. Vel vt cantu interclusо audito à nauibus prætereuntibus, quilibet inuitetur ad conspiciendum atrocissimum scelerati parricidæ supplicium.
XXVI. Gallum insuère, quia cum gallus non solum matrem saliat: sed patrem etiam immaniter incesset; Sapientissimi Legislatores vnà cum vipera, simia, cane, in parricidæ culeum insuendum duxère gallum, vt eiusdem criminis rei, eodem simul afficerentur supplicio, & pœnas luerent pares. (Vlysses Aldonrand. lib. 14. Ornithologia. c. 1.) Inobedientem enim filium declinare pœnas non permittit humanitas.
XXXIV. *Vbi est illa naturæ vis* (Theodoricus Rex conqueritur) *quæ amplexu copulæ destinatur ad posteros? Ferarum catuli sequuntur parentes: à cespite suo virgulta non discrepant: propago vitis propriæ seruit origini, & discrepat homo à suo fusus initio. Quid dicamus illa beneficia, quæ vel extraneam possunt obligare personam? nutriuntur à paruulis, ipsis laboratur, ipsis diuitiæ conquiruntur: & cum sibi vnusquisque credat abundare, quod possidet, cum à patribus adhuc quæritur prò altera potius ætate, peccatur. Proh dolor, non mærebimus eorum affectum, pro quibus subire non recusamus exitium: Maria ipsa sæuis tempestatibus excitata, genitoris cura non refugit: vt peregrinis mercibus acquirat, quod propriæ soboli derelinquat.* (apud Cassiod. Variar. 2. ep. 14.)
XXXV. *Aues ipsæ, quarum vita semper in escis est, natura sua extranea sorde non maculant. Ciconia redeuntis anni iugiter nunciatrix, eijciens tristitiam hiemis, lætitiam vernis temporis introducens, magnum pietatis tradit exemplum, nam cum parentes eorum pēnas, senio coquente, laxauerint, nec ad proprios cibos quærendos idonei potuerint inueniri, plumis suis genitorum membra frigida refouentes, escis corpora lassa reficiunt: & donec in pristinum vigorem, alis grandæua redierit, pia vicissitudine iuuenes reddunt, quod à parentibus paruuli susceperunt. Et ideo non immeritò longa vita seruantur, qui pietatis officia non relinquunt. Perdicibus etiam mos est, oua perdita, per alterius matris damna sarcire, vt adoptione alienæ sobolis, incommoda suæ reparent orbitatis, sed mox, vt nati fiduciam habere cœperint, ambulandi, ad campos exeunt cum nutrice: qui vt fuerint materna voce commoniti, ouorū suorum potius genitricem petunt, quamuis ab alijs furtiuis fœtibus educentur.* XXX *Quid ergo homines facere debebunt, quando, & hanc pietatem, auibus ineße cognoscunt? Romulum itaque qui facti sui acerbitate pollutus, nomen fœdat Romanum, ad vestrū facite venire iudicium: & si eum patri suo Martino manus iniecisse constiterit, protinus legitimā sentiat vltionem. Quia ideo elegimus mores vestros, quia crudelibus parcere non potestis. Quando genus pietatis est, in illos distringere, qui contra naturæ ordinem sceleratis se docentur actionibus miscuiße.*

Et vipera. Viperinum serpentem in culeo insui, non quia parricidam, qui parentem necando, in lucem veniat, sed quia Gallo Gallinaceo inimicissima sit, vt supra notaui, voluere multi. Vnde non vulgaris Poeta XXVI Picchar Instit. 4 tit. 8. d pub. Iu §. ali deinde 5.

Vipera nam Gallis semper acerba fuit. XXVI Decian lib. 9. c.

Volunt alij viperam insui, quia & homini maximum semper incutiat terrorem, & bestijs ferocioribus, iuxta illud Horatij *cane peius, & angue.* Sic Virgil. lib. 1. s ep. 18.

Frigidus, ò pueri fugite hinc, latet anguis in herba. Eclog. 3

XXIX. Verius tamen insutam à maioribus viperam ea ratione, quia & ipsa simili sit irretita scelere, parentisque exeso vtero, prorumpat in lucem, propter rerum vicissitudinem, cuius argumentum rerum natura nobis obiecisse videtur in vipera. (Plin. 10 c. 62. Cælius Rodig. c. 1) Quæ mirabili ratione, talionem rependere agnoscitur, cum exeso parentis vtero, fœtus prorumpit, in matrem iustissima pœna, si verum, quod coeuntis maris præ dulcedine fœmina caput prærodere, narratur. XXX. *Quo nomine quorundam coniectatio est, antiquarum legum scito parricidis id irrogari suppliciū, vt culeo insuti cum vipera præfocētur.*

Et simia, non ea ratione, quia catulos suos, aliquando occidere soleat, hoc enim præ nimio accidit amore, quum replicatis amplexibus suffocat partum, sed vt parricida exprobretur, qui tam immani scelere genitores violauit, hominem non esse, sed efferam quandā belluam, hominis duntaxat figuram habentē. XXX. Plin. 8. c. 54. XXXII. Vnde de parricida, & matricida Nerone Iuuenalis, canit.

Libera

8. *Libera si dentur populo suffragia, quis tam*
Perditus, vt dubitet Senecam præfere Neroni.
Cuius supplicio, non debuit vna parari
Simia, nec serpens vnus, nec culeus vnus.

Hisce inter se inimicissimis animalibus, simia canis timore perterrita, simia gallinaceum fugante gallum, viperam gallo, quæ fugere haud potens, ipsius delinquẽtis corpus ingreditur, qui meritò per momenta dilaniatur.

De Parricidio hæc sufficiant, quæ cum semper sint pauca, vtinam cum Solone, mihi pro lege stetisset silentium. Tacuere Romulus, & Solon, vel nè parricidium lege vulgarent; vel quia sceleri condignam pœnam nescirent. Mendis nostris parce lector, in horrendis parricidij tenebris quis non errabit? Quod si contrariorum eadem est ratio, & disciplina; non minus in tenebrosis, & vmbris, quàm in lumine, à maioribus offuscantur minora. Discite filij obedire parentibus. Et si vestrum aliquis (quod absit) pollutas teneret manus, humilitate luat. Viuens renuis? facies etiam sepultus. Experientia testatur parricidas ab XXXIII ipsis euomeri sepulchris, nec intra viscera humi receptos, priusquam parens baculo sacrilegas purgaret manus.

LIBER QVARTVS
CAPVT PRIMVM.
LVDOVICVS II.
Occidentis Imper. IV.

1 *Fulmen de Cælo in plumis cadens pietatis est hieroglyphicum.*
2 *Turris equata solo pressæ superbiæ symbolum.*
3 *Adolescentes citharizantes rigori præferunt pietatem.*
4 *M. Antonij Moles Carmina pro Ludou. II.*
4 *Cæsaris Plouem Veneti Patricij carmina pro Ludouico. II.*
Micylli antiqua carmina pro Ludouico. II.
5 *Ludouici. II. pietas, effigies, hieroglyphicum.*
6 *Ludouicus II. in Romanos arma ducit, Drogone suadente Archiepiscopo.* 33.
7 *Bononia capta à Ludouico II.* 39.
8 *Ludouici. II. consiliarij fulmine percussi.* 40.
9 *Obuians Sergius Pontifex sola cruce Ludouicum. II. exarmauit.* 41.
10 *Ludouico. II. Petri valuas claudit Sergius Papa.* 43.
11 *Ludouici. II. Religio, pietas erga Sergium Pontificem.* 41.
12 *Italiam à Saracenis vindicat Ludou. II.*
13 *Beneuẽtũ quando què dicitur Maleuentũ.* 48
14 *Mauri submerguntur in mari, ope Sãctorum Petri, & Benedicti.* 52.
15 *Ludou. II. Romam properat iudicaturus inter Daniele͂, & Gratianũ.* Superinstam. 54.
16 *Anastasium Antipapam in Pontificatum intrudit Ludouicus. II. & Benedictũ deponit.*
17 *Nicolai Põtificis pedes osculatur Ludou. II.* 55
18 *Rauẽnæ Archiepiscopũ Põtifici iubet humiliari. Ludouicus. II.* 56.
20 *Treuirense͂, & Colonniensem Archiepiscopos aduersum Nicolaũ Papam fouet. Ludou. II.*
21 *Cæsares haud moliuntur in Pontificem, quã sacrilego Sacerdotum consilio.*
22 *Saracenos vincit Ludouicus. II. Apuliam, subiugat.* 53. 57.
23 *In Capuano agro succidit vineas.*
24 *Seoda Saracenorum Princeps in triumphum ductus, humanas irridet vanitates.*
25 *Patruis regna rapientibus ad Pontificem accurrit Ludouicus. II.* 56.
26 *Italica corona redimitur Ludou. II.* 34.
27 *Ludou. II. ab Adalgiso proditoriè carceri traditur.*
28 *Nicolaus Papa à iuramento Ludouicum. II. absoluit.*
29 *Ludouici. II. mors. Epitaphium.* 30.
31 *Ludouici. II. vxores, filij.*
32 *Numus aureus Ludouici.* 11.

35 *Ludou. II. Quando creatus Imperator.* 37.
36 *Sergij prætextus nè Ludouicum titulo Imperatoris decoraret.*
38 *Drogo Metensis Archiep. Synodum congregat aduersus Pontificem; sed à Pontifice dissoluitur.*
41 *Francorum vnus miles à dæmone ex improuiso vexatus in omnium conspectu.*
44 *Apostolorum reliquias venerans Ludou. II. cur munera non offerret solita?*
45 *Rustici agros deserentes Ludouicum. II. visuri, messem prætereunt.*
46 *Ludouicus. II. Pontificis electionem confirmare prætendit.*
47 *Gallis dissentientibus inter se, Saraceni, & Slaui in Italiam irrumpunt.*
48 *Itali in Italiam Saracenos ex Hispania, & Africa vocant.*
50 *Romam depopulantur Sarraceni, templa expoliantes.* 14.
51 *B. Apollinaris Abbatis ope Cassinense monasterium in Saracenos defenditur.*
55 *Nicolai Papæ coronationi assistit Ludouicus. II.*
59 *Hadrianus Papa mandat Carolo Caluo nè Ludouici regnum inuadat.*




I. FVlmen de Cælo cadens in Hieroglyphico Ludouici, solo æquans altissimas turres, in plumis tandem absque incendio quiescens, Principem docet rigori iungere pietatem.
II. Superbos in turris fastigio designatos debellare, & humilibus compati, propterea in puluinari absque incendio fulmen quiescit. Adolescentes Cithara, dechacordo pulsantes ad pedes Ludouici, rigori pietate antelata dulcisono sono, & cantu leges volunt euulgari. III.

EPIGRAMMA.

IV. *Felices Populi generosum cernite Regem,*
Sublimi expositus præsidet ipse throno.
Iustitia, & Pietas Illi sua Numina cedunt,
Austerus numquam, sæpè benignus adest.
Clemens in reprobos, miseret, quos corrigit; vltra
Iustitiam, Pietas se penes ampla fauet.
Spes, Amor in citharis, fidiū modulātur, vt auras,
Harmonia, Imperium sic solet esse suum.
Spe sociatur Amor, ceu Spes sociatur Amore;
Spes vbi munus auet, munera donat Amor.
Rex velut est fulmē, quò currit ab Aethere præceps,
Seruat puluinar, Turris at alta ruit.
Sors dedit Imperio Lodoicum nempè Secundū;
Imperij at Sortem Primus in Astra locat.
Rex Bonus Imperium Summo sic æquat Olympo,
Par velut Ipse Ioui, Numen in Orbe, præest.

M. Anton. Moles Neap. S. Theol. D.



ALIVD.

Iupiter excelsæ fastigia diruit Arcis, V.
Plumasque innocuo desuper igne cadit.
Rex Iouis in morem solum caput abscidit audax,
Hinc terror cunctis, Rebus, & alta quies
Dulcior in tali Clementia visa rigore,
Angelicus legum visus in aure sonus.

Comes Cæsar Plouenus Patritius Venet.

Antiqua Micylli Carmina.

Hunc Genitor viuus regno suffecit, & armis,
Vindice quæ gessit tempora longa manu.
Tandem compositis bello, rebusque paternis,
Insubrum moriens clausit in vrbe diem.

De eodem.

Ludouicus plusquam ciuilia cœperat arma,
Deinde apud Insubres vixit, obitque diem.





ELOGIVM.

Lilium inter Spinas ,
Vipera, & Lupus Ludouicum sæpiunt, *Lotharius scilicet, & Carolus Caluus: Parricida ille, dominij auidus iste.*
Haud meritis, sed nomine secundum.
Patrem cum suspicit, parricidium,
Patruum si respicit, rapinam inspicit,
Sed citò dediscit, quod diù didicit,
Cum in deargentatam columbam aquila degenerauit.
Si fulmina, non oleas in rostro vides,
Cum Romam pedat ex Sacerdotum sunt pedis VI. *Anastasius. Baronius. Episcopi Ludouico suadent Romã subiugare sub anno 844. n. 5.*
Ab Archiepiscopo Metensi Drogone
(Qui in patrem armauerat filium)
In Pontificem armatur Cęsar.
Et post vinctam pietatem
Angularem petram negat Petrum.
Gallorum discordia, excitata Italiæ concordia,
Ferro ferream redèmit coronam. VII.
Bononia quæ semper docet,
Vrbis, populorumque excidio,
Docuit Romam timère tyrannum. VIII. *Diuino fulmine duo consiliarij pereunt.*
Et Cęlum plausit sed fulmine
Solos consiliarios impetens
Vel quia in Ludouicum
Redimìtum lauro nec Iouis posset;
Vel quia reorum cancellos egredi pœna nequiret.
Saucij sed non scauri
Vt vincant Orbem, properant Vrbem.
Fulmina spernunt?
Timebunt *videntes in quem transfixerunt.*
Cum Cruce obuiauit Sergius IX.
Vt quæ vicerat Deum, vincìret hominem.
Vix venit, vidit Cęsar in Christi humeris principatum,
Victus retulit obedientiæ triumphos.
Petri clausas valuas manu cum posset X. *A Põtifice clauduntur Petri ianuæ.*
Solo reserauit ore:
Et Officium boni Principis se facturum.
Ludens eludit Sergius,
Benedictus qui venit in nomine Domini. XI. *Vt Ludouicus Roma recederet, dicitur Sergius simulasse.*
Aliunde haud poterat venire,
Maurorum maulia, manumissor Italiæ.
Aliunde poterat venire,
Qui Imperiali clauo Petri fixisset claues, *Leonis Põtificis confirmationem sibi vindicabat. Baronius. n. 10.*
Si Gallus exterruisset Leonem.
Sed procul in Gallia cantus XII. *Regresso Ludouico in Gallias, Mauri Italiam.*
Barij, & Beneuenti vel Maleuenti
Lustro Mauritanicæ lustrabantur feræ. XIII. *occupant auxilij pratextu.*
Hispania Siconulphi, Adalgisi ex Africa
Protectores egressi, proditores aggressi

Inter litigantes fideles, gaudent infideles.

Prima vice Fräcorum exercitus superatur Leo Ostiẽsis in Chro. Cassinensium. Baron. secunda vincit.

Venerat Gallus, sed victus reciderat silens,
Vsque dum sidere, & tempore recinens noto,
Ad satietatem, Maurorum tot millia cędit Ann.851
Donec militi diceret Ludouicus
Parce ferro.

XIV.
Leo Ostiensis Chronic. Cassin. lib. 1. c. 29. Plati. Sigon. Anastasius, licet de tempore discrepent, certum est ferè omnes cecidisse submersos.

Alijs, sacrorum spolijs onustris, repetentibus Africam
Obuiauere Petrus, & Benedictus in Mari:
certatum naufragio,
Tali campo dignus Piscator.
Beneuentana prouincia ex æquo diuisa,
In barbariem euomens virum,
Maurorum sanguine perduelles subditos dealbauit.

Anastasius, Daniel Ludouici minister calumniatur Gratianum superinstã; nomen est dignitatis.

Daniele superinstam vexante Gratianum, Ann.855
Romam properat Ludouicus,
Vbi

XV.

Falsos ipsos expertus Danieles,
Accusato subiecit accusantem.
Sed illi summum ius, summa iniuria,
Quem tradiderat iudex, amicus repetit,
Vt iustitiam pietati sociaret.
Felix Roma,
Ni in Solis vultu sæpe vidisses errare colores.

XVI.
Benedictum canonice electum deponit, & Anastasium anathematizatum vi intrudit in odiũ Romani Cleri liberè eligentis Põtificem. Anastasius. viuebat Lotharius eius pater.

Quem Papam Deus vocat, reuocans homo, Ann.855
Vt portæ inferi præualerent
Anastasio, cui Ecclesia occluserat postes,
Aquilam tradit, vt per speculam euolaret.
Ne mirèris parricida supererat,
Eius in ludo hæ fuere literæ,
Quid in Pontificem Reges?
Quid in genitorem genitus posset?

XVII.
Genuflectit ad pedes Nicolai Papæ.

Se nihil posse in eum qui omnia potest,
Paternos cineres redarguit filius,
Nicolai puluerem pedum lingens.
Rauennæque Pastori suadens Ann.86

XVIII.

Vnà cum Rege colla submittere.
Hæc ne mutatio dexteræ Excelsi? Ann.85
Non mutauit, sed detexit
Patris in semitis aberrasse.
Nec filium vsque ad aras sed vltra,
Pro homine dereliquisse Deum.

Theutgardus Treuirensis, & Guntharius Coloniensis Præsules à Benedicto Papa

Deum dereliquit pro Deo, Ann.86
Cum Romano Præsules Treuiri Coloniæque prætulit
Numina caput habent,

XX.
xcommunicati rotra Nicolaum Papã à Ludouico defendũtur. Baron. ex Remperti hist.

Et inter Deos terræ
Quirinus cum sit Vrbis, & Orbis,
Dij cum Ludouico noxij noxam luent.
Dispersis lapidibus Sanctuarij
Quum Cæsar tumet, Episcoporum calamum time.

XXI.

Hic Aquilæ Aquilo,

Vnde

Vnde panditur omne malum.
Sed renouata vt aquilæ iuuentus eius
Stridentibus pennis ter Saracenos ſecat.
Ann. 866 Samnio Canuſio, Venoſa Lucania, Materaque ſubacta; Leo Oſtienſis. XXII.
Haud Venere, vt quondam, ſed Marte,
Africam capite plectit Capua.
Oleas, vineamque ſuccidit, XXIII.
Nè Martyrum potarentur ſanguine:
Aut ſat cruentus barbarorum potus.
Hoſtium duodecim mille in hoſtiam
Nemeſi libantur:
Cum Barij muros operuit fames,
Quos aperire nequiuerat ferrum.
Plaudens in plauſtro Saracenorum Princeps Seoda
Ridebat vinctus victoris irridens XXIV.
Rotari triumphos.
Germaniam rapiunt patrui, XXV.
Nec Petri gladius quit ſcindere titulum Excommunicati ab Hadriano Papa non reſiliunt. Aimoinus Sigonius. Baron.
Id æquius, quod validius.
Ann. 869 In triumphum Italiam Africa traheret,
Si vt par erat,
A tyrannis ſua vindicaſſet regna.
Iuſtitiam vicit Pietas,
Cum familiæ, Orbis prætulit principatum.
Tanto Auguſto anguſta corona, Bis coronatus à Sergio vel Leone, & ab Hadriano in ſignũ lætitiæ.
Duplicata laurea,
Plauditur
Imperator Orbis, Italiæ Redemptor. XXVI.
Poſt Normannos in Gallia, Saracenos Italia;
Neminem vinci puduit, Adalgiſum præter.
Bis proditor, Cæſarem compedibus dedit,
Ann. 872 Vt quem non vicerat manu, vinciret iniuria, XXVII.
In manicis ferreis alligauit. Proditione captus Ludouicus Adalgiſo cum multa promiſiſſet, à iuramento abſoluitur per Ioan: Papam.
Cur non quereris Ludouice queręris?
Digna factis recipimus.
Ligat Adalgiſus in terra, quem Nicolaus alligauit in Cęlis.
Cuius errabam poſſe ligare, & ſoluere reor, XXVIII.
Tyranno iuro, ſed Ioannis gratia Deo non periurans,
Coram Ioanne actor, non iudex Cæſar ero,
Vt quod in Ludouici gallo non reperit, à Petri repetat.
Huius in brachijs expirans pietatis, XXIX.
Salutis Anno 875. Ætatis. 53. Imperij. 19. Octauius de Strada à Roſberg.
Cornu exaltauit in gloria
Diſcite Principes
Inter clementiam, & pietatem, claudere Iuſtitiam.

Sepulchri

Sepulchri Epitaphium in Ecclesia S. Ambrosij Mediolani.

D· P· M·

Hic cubat æterni Ludouico Cæsar honoris,
Aequiparat cuius nulla Thalia decus.
XXX. *Nam nè prima dies regno, solioque vacaret,*
Hesperiæ Genito Sceptra reliquit Auus.
Quam sic pacifico, sic forti, pectore rexit,
Vt puerum breuitas vinceret, acta senem.
Ingenium mirerer ne, fidem, cultusue sacrorum,
Ambigo, virtutis, an pietatis opus?
Hic vbi firma virum mundo produxerat ætas,
Imperij nomen subdita Roma dedit.
Et Saracenorum crebras perpessa secures,
Liber tranquillam vexit vt ante, togam.
Cæsar erat Cælo, populus non Cæsare dignus:
Composuère breui stamina Fata die.
Nunc obitum luges infelix Roma Patronum,
Omne simul Latium, Gallia tota dehinc.
Parci: tenam viuus meruit hæc præmia, gaudet,
Spiritus in Cælis, corporis extat honos.

Ludouici Iunioris Vxores II.

Engiberga Augusta, vel secundum alios Luitgarda Ludouici vxor prima, sed repudiata: ex hac genuit Hermingardim vxorem Bosonis Italiæ Præfectum: ex quibus nascitur Italiæ Rex Ludouicus, quem Berengarius Veronæ excæcauit. . . . . . . Augusta secunda vxor Ludouici Imp. filia Vinigisi. XXXI.

Numus aureus Ludouici II. Imper.

XXXII.





Adnotationes.

XXXIII Romam, &c. Anno Christi 841. Romã à Lothario Ludouicum missum vnà cum patruo Drogone Archiepiscopo Metensi, qui Caroli Magni filius naturalis fuerat, scribit Ado. Sed Pontificum repugnat series, cũ teste Adone ad Sergiũ mitteretur Ludouicus, & ille 844. tãtum regnauerit anno. Obierat Gregorius IV. quem voto suo haud propitium sperabat, quia viuentem offenderat. Hoc autem anno Ludouicum, *Imperatorem* vnctum non solum antiqui scriptores (inter quos Leo Ostiensis) tradunt, verum diplomata probant, vt notat Sigonius. Primum est Lotharij diploma Cariliaco datum salutis anno 845. *Quarto Idus Ianuarias, anno Lotharij Augusti in Italia 22. in Francia secundo, & Ludouici Imperatoris primo.* Ita legitur in subscriptione. Secundum *VII. Septembris datum Gandulfo villa, Palatio regio, anno Imperij Lotharij in Italia XXII. in Francia secundo.* Quid autem probet pro Ludouico hoc secundum diploma à Sigonio transcriptum, nõ video: Verisimile etiam à Sergio Ludouicum inunctũ Imperatorem, cum quidquid petierint Galli, facillime dedisset Pontifex, vt quàm citius ab vrbe discederent, & Romanos timore perculsos liberarent. Cæterum Anastasij auctoritas, qui Ludouici coronationi interfuit, forte, valde obstat; cum & Italiæ Regem tantummodò appellet, & in imperialem titulum à Ludouico petitum, à Sergio negatum scribat. Anastasium audi. *Dominico vero die sequente, in eadem Principis Apostolorum Basilica omnes Archiepiscopi, & cuncti Abbates, & omnes, qui cum eo venerunt Franci sunt congregati, omnesque pariter Romanorum nobiles, & præclari. Tunc almificus Pontifex manibus ipsum Ludouicum Imperatoris filium, oleo sancto perungens, regali, ac pretiosissima coronauit corona, Regemq; Longobandorum præfecit, cui regalem tribuens gladium* XXXIV.

Marginalia: Ibid. — De Regno Italiæ. l. 5. in Lothar. — In vita Serg. 3. Platina.

gladium illic eo ſubcingi iuſſit. Deinde Miſſarum celebritate finita, ab Eccleſia omnes cum Rege lætantes regreſſi ſunt. Vſque adhuc titulus Imperatoris ſilet. Controuertitur modo, & negatur. *His igitur peractis à prædicto poſtulauerunt Pontifice, vt omnes Primates Romani fidelitatem ipſi Ludouico Regi per ſacramentum promitterent. Quod prudentiſſimus Præſul fieri nequaquam conceſſit. Sed ſic orſus eſt illis: quia ſi vultis Lothario Magno Imperatori hoc ſacramentum, vt faciant, ſolummodo conſentio atque promitto. Nam vt Ludouico eius filio hoc*
XXXV. *peragatur, nec ego, omnis nobilitas Romanorum conſentit. Tunc demum in eadem Eccleſia ſedentes pariter, tam beatiſſimus Pontifex, quam Magnus Rex, & Omnes Archiepiſcopi, & Epiſcopi, ſtantibus reliquis ſacerdotibus, & Romanorum, & Francorum optimatibus, fidelitatem Lothario Magno Imperatori ſemper Auguſto pro-*
XXXVI *miſerunt.* Perpende ſacratiſſimi Pontificis pium prætextum, nè filio iuret, patrem opponit, & nè videatur dolo negare, quaſi perduelles damnat, qui viuente Lothario, alij iurarent. Quemadmodum vnico illuminatur Sole, ita & vno Imperatore regitur Orbis. Quod ſi apud Leonem Oſtienſem creatũ Im-
XXXVII. peratorem Ludouicum reperias, minime à Pontifice, ſed à patre dicas, quẽ Imperij aſſumpſit conſortem, vt præallegata probant diplomata; Si enim verum quod ex actis Romani Concilij anno ſeptimo Leonis Papę IV. celebrati, anno Domini 853. notat Baronius
Ann. 844 n. 11. eum annum bis nominari Imperij Ludouici quintum, planè ſequitur nonniſi anno ſecundo Pontificatus Leonis, nempe anno Domini octingenteſimo quadrageſimo octauo Romæ Ludouicum coronari Imperatorem.

6 *Pedis, &c.* Ludouici fulmina ex Epiſcoporum dicuntur fabrefacta pedis, quorum ſolo Conſilio Romam pergebat hoſtilis. Dro-
XXXVIII. go Caroli Magni naturalis filius, Eccleſię Metenſis Archiepiſcopus caput ſeditionis erat, & cum ſeditioſis Pontifici infeſtus aduerſus eundem Pontificem ſollicitauit ſynodum. Qui conuenère, ſunt.

Gregorius Archiep. Eccleſiæ Rauennenſis.
Angilbertus Archiep. Eccleſiæ Mediolanẽſis.
Ioſeph Epiſcop. Eccleſiæ Eporedienſis.
Northandus Epiſcopus Eccleſiæ Vercellẽſis.
Sigifridus Epiſcop. Eccleſiæ Regienſis.
Toringanus Epiſcop. Eccleſiæ Concordiẽſis.
Odelbertus Epiſcop. Eccleſiæ Aquenſis.
Ambroſius Epiſcop. Eccleſiæ Lucenſis.
Donatus Epiſcop. Eccleſiæ Piſenſis.
Petrus Epiſcop. Eccleſiæ Volateranenſis.
Gauſprandus Epiſcop. Eccleſiæ Piſtorienſis.
Lancio Epiſcop. Eccleſiæ Senenſis.
Lupus Epiſcop. Eccleſiæ Textinæ.
Sigiſmundus Epiſcop. Eccleſiæ Aprutinenſis.
Ricco Epiſcop. Eccleſiæ Aſculanenſis.
Fratellus Epiſcop. Eccleſiæ Camerinenſis.
Giſus Epiſcop. Eccleſiæ Firmianæ.
Racipertus Epiſcop. Eccleſiæ Pinnenſis, & cæteri.
Cum quibus etiam Boſo Comes.
Adalgiſus Comes.
Ioannes Comes.
Vuldo Comes.
Vuinfridus Comes.
Marinus Comes, & reliqui: qui tamen omnes pudore operti, & confuſi à Pontifice, cum Anaſtaſ.
non poſſent reſiſtere ſapientiæ, & ſpiritui, qui loquebatur, mitiores facti retroceſſerunt.

7 *Bononiam vbi aduenit, cum male ab oppidanis acciperetur, ira percitus exercitum vbi ad-* XXXIX.
mouit, atque imparatam ciuitatem adortus, vrbem leui negotio expugnauit, ac muris ad victoriæ monumentum, pœnamque defectionis nudauit. Tantas porrò in agro ſtrages edidit, vt finitimi populi hoſtili, atque inuſitata Francorum feritate perterrefacti proprias ſedes deſererent, atque abdita latibula incolumitatis cauſa conquirerent. Sigon. de Regno Italiæ in vita Lotharij, & Anaſtaſ.

8 Et Cęlum. *Cum verò hæc per omnem locum, ſingulaſque vrbes, atque vicos, & agros* XL. Anaſtaſ. pergit.
ſæua operantur nequitia: ad pontem peruenerunt Capellæ, & cum tanta eſſet Cæli ſerenitas, vt in toto aere nubes aliqua, aut pluuiæ ſignum nuſquã videri potuiſſet: ſubito atrarum non modica denſitas nubium facta eſt, vt nimboſis procellis, & coruſcationibus circumdati, quidam de primatibus Drogonis conſiliarijs fulminis ictu percuſſi, interempti ſint. Hoc videntes horribile ſignum, nimio omnes fracti timore, correpti ſunt; ſed nullatenus mentis ferocitatem deponentes, atroci voluntate ad Vrbem velociter properabant.

9 Cum Cruce. *Quorum aduentum antedictus beatiſſimus Papa Sergius fieri propius cum cognouiſſet; in eiuſdem excellentiſſimi Ludouici Regis occurſum vniuerſos iudices ad fere nouem* XLI.

millia ab hac Romana Vrbe direxit: quem cum signis, & magnis resonantibus laudibus susceperunt. Et dum vrbi penè vnius miliarij spatio appropinquaßet, vniuersas militiæ scholas, vnà cum patronis direxit, dignas nobilissimo Regi laudes omnes canentes, alijsque doctissimis Græcis imperatorias laudes decantantibus, cum dulcisonis earum laudum vocibus ipsum Regem glorificè susceperunt. Obuias illi eius Sanctitas dirigens venerandas cruces, ideſt ſigna (ſicut mos eſt Imperatorem, aut Regem ſuſcipere) ita eum cum ingenti honore ſuſcipi fecit. Ipſe verò Ludouicus Rex, qua hora ſibi ſacratiſſimas cruces, & ſigna obuiam aduenisse conſpexit: alacris factus, valde lætatus eſt. Tunc ſuo vniuerſo cum populo omnibus Romanis iudicibus, ac ſcholis antecedentibus ad beatum Petrum ſtuduit properare. Quem antedictus almificus Pontifex in gradibus ipſius Apoſtolicæ aulæ eundem Regem in ipſo die Dominico poſt Pentecoſten, ſuo cum Clero expectauit. Coniungente vero eodem Rege, vniuerſoſque gradus eiuſdem ſacratiſſimæ beati Petri Eccleſiæ aſcendente, ad prænominatum appropinquauit Pontificem, qui in atrio ſuper gradus, iuxta fores Eccleſiæ, cum vniuerſo Clero, & populo Romano aſſiſtebat. Tunc mutuo ſe ſe complectentes, tenuit idem Ludouicus Rex dexte-
XLII. *ram antedicti Pontificis. In interius ingreſſi atrium, ad portas peruenere argenteas. In quo atrio vnus de exercitu à dæmonio arreptus, in conſpectu omnium Francorum valde vexatus eſt.* En dæmones ipſi vindices Eccleſiaſticæ immunitatis tyrannos vrgent.

10 Petri, &c. *Tunc Almificus Præſul claudi*
XLIII. *faciens omnes ianuas beati Petri, atque ſerari præcepit, & Regi, Sancto Spiritu admonente ſic dixit: ſi pura mente, & ſincera voluntate, & prò ſalute Reipublicæ, ac totius Orbis, & huius Eccleſiæ huc aduenisti: has mea ingredere ianuas iuſſione: ſin aliter, nec per me, nec per meam iuſſionem iſtæ tibi portæ aperientur. Statim illi reſpondens Rex dixit, quod nullo maligno animo, aliqua prauitate, vel malo ingenio aduenisset. Tunc eodem Præſule præcipiente, appoſitis manibus, prædictas portas patefecerunt. Et ita in eandem venerabilem aulam Beati Petri ingreſſi ſunt, laudem Deo, & eius excellentiæ decantantes, vniuerſus Clerus, & cuncti Religioſi Dei famuli, extenſa voce acclamantes: Benedictus qui venit in nomine Domini, &c. Sicque cum eodem Pontifice ipſe Rex, ſimulque omnes Epiſcopi, Abbates, & iudices, & vniuerſi Franci, qui cum eo aduenerant, ad confeſſionem Beati Petri appropinquantes; ſeſeque proni eidem proſternentes, Deo noſtro omnipotenti, & eidem Apoſtolorum Principi gratias reddiderunt. Et data à prædicto almo Pontifice ſuper populum oratione, ab Eccleſia pariter omnes egreſſi ſunt.* Vſ- Ann.84 n.7.
que modo Anaſtaſius. Nulla hic (notat Baronius) mentio munerum, quæ de more Principi Apoſtolorum offerebantur, cũ aſportare, non portare veniſſent. Inde & ipſo Lu- XLIV
douico reclamante forſan, *continuis poſtea* Anaſta
diebus ſequentibus omnia ſuburbana peſtifera deuaſtatione compreſſerunt, agroſque, ſegetes, atque prata, quaſi fulmineus impetus deſtruxerũt. Dum hæc gerebantur, ipſe à Deo protectus Pontifex, à quibuſdam audiuit, quod in vrbem hoſpitalitatis cauſa introire voluiſſent. Sed munitis, clauſiſque portis, vt fieret minimè conceſſit. Quantocius poſtulatis annuente Pontifice, vt inde regrederentur armatæ cohortes. *Statimque Dominico die ſequente in eadem Principis Apoſtolorum baſilica omnes Archieſcopi, & cuncti Abbates, & omnes, qui cum eo venerant Franci, ſunt congregati, omneſque pariter Romanorum nobiles, & præclari. Tunc almificus Pontifex manibus ſuis ipſum Ludouicum Imperatoris filium, oleo ſancto perungens, regali, ac prætioſiſſima coronauit corona, Regemque Longobardorum præfecit, cui regalem tribuens gladium illic eũ ſubcingi iuſſit. Deinde Miſſarum celebritate finita, ab Eccleſia omnes cum Rege lætantes regreſſi ſunt.* Tanta Principum, populorumq; XLV.
multitudine celebrata ſolemnitate, vt præ hominum frequentia maturæ ſegetes maximum Sigonius
in agris acceperint detrimentum. Inter ce- in Ludou.
teros Siconulphus, qui ſe Principem Beneuentanum ferebat, cum magno exercitu venit, ac benignè à Rege, ac Pontifice acceptus, facilè quæcumque petijt, impetrauit. *His omnibus finitis, ipſe Excellentiſſimus Rex Ludouicus ampla cum lætitia reuerſus eſt, vbi ab exordio principatus ſui incoluit. Tunc verò læti om-* Anaſtaſ.
nes cum coniugibus, ac liberis Senatus, Populuſque Romanus, tam ingenti peſte liberati, & à iugo tyrannicæ immanitatis redempti, ſanctiſſimum Sergium Præſulem, velut ſalutis auctorẽ, ac reſtitutorem pacis venerabantur. Ille tamen non ſuæ virtuti rem geſtam, ſed diuino muneri deputabat.

12 *Leo-*

XLVI. *nastas.* 12 *Leonem*. Postquam in Sergij demortui locum suffecerant Romani Leonem, *cœperunt iterum non mediocriter contristari, eo quòd sine imperiali non audebant auctoritate futurum consecrare Pontificem: periculumque Romanæ vrbis maximè metuebant, nè iterum, vt alias, ab hostibus foret obsessa: hoc timore, & futuro casu perterriti, quod eum sine permissu principis Præsulem consecrauerunt, fidem quoque illius sibi honorem, post Deum per omnia, & in omnibus conseruantes*. (*nastas.* / *Ann.* 847 .10.) Lothario verò, & Ludouico vindicantibus sibi confirmationem Romani Pontificis, obstitisse Leonē. Baronius scribit.

XLVII. *gon. l. 5. Ann.* 841 13 Francorum *Regum dissensione comperta, Slaui, & Saraceni Africani, accensi: in sinum Adriaticum processerunt*.

XLVIII. *inius. l. . Plinius 3. c. 11.* 13 *Maleuenti, &c.* Beneuenti ciuitas olim à Diomede condita, & Maleuentum vocata, sed boni ominis voto à Romanis Beneuentū vocari cœpit. Vnde verò, & cur venerint, Saraceni? Leo Ostiensis disertè notat. (*Baron. sub anno Christi 843.*) Beneuenti tyrrannidem regius Quæstor occupauerat Adalgisus, cum iure Siconulpho ex fratre nepoti mortui Principi conueniret; hinc inde sollicitatis copijs, Mauros ipsos intra Italiæ traxère sinum; (*nastas.*) *Cum præfatus Sichardus* (siue Sigebardus) *Princeps Beuentanorum à suis nequiter fuisset occisus: præfatus Radelchis Thesaurarius ipsius, illi in Principem successit*. XLIX. *Interea Capuani quibus tunc Landulphus Castaldeus præerat, prò multis nequitijs suis Radelchim valde infensum habebant. Cumque illum hac de causa metuerent, inito consilio ad Siconulphum, siue Sigenulphum Principis Siconis filium, fratrem vero Germanum Sichardi siue Sigebardi, qui tunc Tarēti exulabat, se conferūt, eumque sibi Principem eligunt. Qui tum eisdem Capuanis cum magna Beneuentanorum manu, quibus idem Radelchis exosus erat, comitatus, Salernum adijt, & contra dictum Radelchim se se modis omnibus instruens Belli initium dedit. Ortus est contra se inuicem dimicandi ardor, ac studium, & crebo conserebant prælia. Verum quia omne regnum in se diuisum desolabitur, concordiaque res paruæ crescunt, discordia maximæ dilabuntur: ab ijs Saracenorum exercitus contra se diuersis in locis accersiti, totum nō modo principatum, verum etiam Italiæ regnū dissensione sua, ferro, & igni per annos ferme triginta demoliti sunt. Primus itaque Radelchis in auxilium suum Saracenos euocat per Pandonem quendam fidelem suum, qui tunc Barim regebat. Quos dum idem Pando iuxta murū vrbis, & oram maris locasset improuidus: illi vt sunt ingenio callidi, intempesta nocte Barim Vrbem per loca abdita penetrant; plurimisque peremptis, prædictum patriæ proditorem, marinis fluctibus donant. Is autem Rex Calphon, quos prædictus Radelchis, quia pellere Vrbe non poterat, cœpit familiares colere, & ad sui auxilium prouocare. Cumque illis totam Siconulphi regionem deuastans, Capuam quoque vniuersam redegit in cinerem. At contra Siconulphus ex Hispania Saracenos accersens, frequentibus prælijs, omnes ferè per circuitum, præter Sipontum, à Radelchis iure vrbes abstulit, Beneuentumque expugnare cœpit*.

14 *Naufragio, &c.* Hominum cum creuisset malitia, vt Deum pœnituisset hominem in terra fecisse, suscitauit gentē amaram, & perditam, qua Romam perderet. L. Ex Africa properantes Mauri, suburbia trans Tiberim adorti, cum Vrbem ingredi minimè permitterentur, omnia depopulati sunt, & Sāctorum Apostolorum Basilicas prætiosis suppellectilibus expoliarunt. Ruinam disertè tradit Leo Ostiēsis licet Sigonius, Anastasius, Pithęus, Baronius circa tempora non vnà sentiant. *His temporibus* (Leo Ostiensis) *præsidente Sedi Apostolicæ* *lib. 10. c. 29.* *Sergio Secundo, qui Ludouicum Imperatorem coronauit, ingens Saracenorum multitudo ex Africa classe Romam deuecta, Ecclesias SS. Apostolorum Petri, & Pauli omnino deprædati sunt; multis illic interfectis, per Appiam viam iter aggressi ad Lundanam ciuitatem peruenerunt: quam cum igne succēdissent, cunctosq; illic ciues partim cœpissent, partim interemissent, omniaq; in circuitu vastassent, secus Caietam applicantes castramentati sunt. Aduersus hos missus à Spoleto Francorū exercitus turpiter superatus aufugit, quos Saraceni persequentes tandem ad loca vicina Monasterio trans flumen, quod Camellum dicitur* (*antiquitus Liris*) *applicuerunt. Ecclesiamque Sancti Andreæ Apostoli igne combusserunt, atque ad cellam S. Martyris Apollinaris peruenientes in loco, qui Albianus dicitur: è vestigio ad hoc monasterium Cassinense, videlicet quod dudum iam fama vulgante compererant, quodque tunc præsentialiter oculis ex eo eodem loco cernebant, omni annisu properare curabant; tardiore tamen hora prohibiti,*

ibidem tentoria figunt, ea intentione, ut die huc altero properantes cœnobiũ omne destruerent; & quæque hic reperissent cuncta diriperent, omnesq; hic degentes gladio trucidarent. Maxima tunc erat Cæli serenitas, tantaque prædicti fluuij siccitas, ut pedibus illum quispiam transuadere potuisset. Itaque cum ad fratrum aures huiusmo-
LI. *di nuncius peruenisset, mortemque tam subitam, tam horrendam sibi imminere conspicerent, maximo timore perterriti, omnes nudis pedibus, cinere aspersi capita, cum Litanijs, ad B. Benedictum conueniunt, orantes Dei clementiam, ut illorum animas misericorditer suscipere dignaretur, quorum corpora tam repentinæ morti tradere iudicio suo instituisset. Tota igitur nocte fratribus in oratione pernoctantibus, sanctæ memoriæ Abbas Apollinaris, de quo supra retulimus Reuerendissimo Abbati Baßacio apparens dixit. Quare fratres ita turbabimini? vel cur ita mœstum geritis animum? Cui cum Bassacius diceret, propter mortem, Pater omnium nostrum, quam ante oculos cernimus, huiusque loci desolationem, quam præstolamur. Nolite, inquit ille, ultra metuere; omnemque ex animo mœstitiam, ac sollicitudinem pellite: Benedictus enim pater uestram à Domino ereptionem obtinuit, ipsumque uobis uenisse in auxilium pro certo noueritis: uota tantũ uestra, ac preces ad Dominum ex corde profundite. Nos enim id una uobiscum ante conspectum Domini facimus. Et dubitare nolite, ullam uobis, neque huic loco ex infidelium ferocia gignendam eße molestiam. Cum autem experrectus Abbas hæc omnia fratribus indicasset: uniuersi procidentes in faciem, cum lacrymis, ac singultibus, magnisque clamoribus cœperunt Deo laudes, & gratias reddere, eumque immensis iubilationum uocibus glorificare, atque benedicere, qui illos B. Benedicti precibus ab imminenti periculo dignaretur eripere; quodque supererat noctis spatium, in hymnis, ac Dei laudibus duxere peruigiles. Fidelis plane Deus in uerbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, qui iusto polliceri dignatus est, dicens: Inuoca me in die tribulationis, eripiam te, & glorificabis me, cum ecce post paululum, Cælum, quod diximus, nulla fuscabat nubes, repentè nubibus, coruscant fulgura, tonitrua mugiunt, & adeo uehemens inundatio pluuiæ erumpit, ut fluuius quem supra diximus, ultra ripas excrescens, undique se late diffunderet. Mane igitur Saraceni surgunt, & ad fluminis appropinquantes oram, intelligunt cuius uada die præterito pedibus, ut diximus, transire potuissent, nunc se ripas uix posse contingere. Diligenter itaque nauem aliquam inquirentes, cum omni transmittendi fluminis spe frustrati essent; dolentes se eam prædam amisisse, quia abire onusti cogitabant (ut sunt barbaræ immitisque naturæ) frementes digitos sibi cœperunt, manusque præ furore corrodere. Cellas itaque huius cœnobij sanctorum martyrum Georgij, ac Stephani titulis nobiles, igne succendentes per*
duos Leones sic dictam viam *Caietam ad sua* LII.
castra reuersi sunt. Post aliquot dies cum ad propria redire disponerent, debilitatos, ac subneruatos equos omnes dimisere, conscensisque nauibus iter in Africam aggrediuntur. Cumque patriæ proximi uicinos iam intuerentur mõtes, & nautico more plausu inter se, & gratulatione perstreperent: repente conspiciunt naniculam quandam inter suas huc, illucque crebro discurrere duos tantum homines habentem, quorum unus pulchra canitie, clerici speciem præseferebat, alter habitu Monachus uidebatur. A quibus solerter inquisiti, unde tam hilares, tamque festiui, remearent, quidue gesissent: Ex Italia se, atque ex Roma ipsa redire, ibique cædes ingentes, rapinas, atque incendia patrasse fatentur: Petri, inquiunt, & Pauli Ecclesias uastauimus? ad Benedicti uero prædandum monasterium, quoniam obiectu amnis ire nequiuimus, cellas eius trans ripam positas igne succendimus. Cumque uicissim, & ipsi quærerent, quinam & ipsi essent; huiusmodi ab eis recipiunt responsum: Nos (inquiunt) illi summus quorum domos diripuisse, ac succendisse ita gloriamini: uerum quinam simus, continuò ex euentu discetis. His dictis, repente euanescunt, tantaque è uestigio procella subsequuta est, ut naues omnes partim se collidentes, partim in montes, ac scopulos impulsæ naufragium fecerint, uixque pauci euaserint, per quos cæteris ista innotescerent. Hoc ordine Petrus Apostolus suas iniurias uindicauit, & Benedictus suum monasterium liberauit.

14 *Beneuentana, &c.* Cuius impulsu in Saracenos postea moueret Ludouicus, idem *lib.1.c.3*
Leo Ostiensis prosequitur. *Huic ergo Ludoui-* LIII.
co admodum adolescenti ab afflictis uaria peste Longobardis per uenerabilem Baßaacium Abbatem supplicatum est, ut ad istas se conferret partes, eosque ab infidelium uexationibus eripere, ac

talibus

talibus cladibus finem dignaretur imponere, quod & factum est. Eorum enim supplicationibus annuens Ludouicus, Beneuentum venit, eique Radelchis, ac Beneuentanis Saraceni omnes traditi sunt. Quos omnes ipso die Vigiliarum Sanctæ Pentecostes, extra Vrbem duci, atque ad vnum iugulari iussit. Inter quos Massar etiam illorum dux capite cæsus est. Moxque idem Imperator conuocatis Longobardis omnibus, totam prouinciam Beneuentanam inter Radelchim, & Siconulphum æquo iure partitus est, Anno Domini octingentesimo quinquagesimo primo, paucisque post diebus, compositis rebus, ad sua remeauit.

15 *Romam, &c.* Cur vero Ludouicus concito gradu Romam peteret, scribit Anastasius. *Quidam Daniel magister militum iniquitatis, ac stultitiæ mole cæcatus, ad Serenissimi Domini Ludouici Imperatoris vestigia properauit, eique multa falsa, & inutilia verba, quæ credi nullo modo possent, super Gratianum eminentissimum Magistrum militum, & Romani Palatij egregium Superinstam, & Consiliarium dicere non dubitauit: Nam costanter eum accusabat falsitate ob inuidiam, dicens Imperatori de Gratiano Romanæ vrbis Superinsta: Quem erga vos fidelem esse creditis, mihi soli in domo sua, nimium super Francos murmurans, dixit secrete: Quia Franci nobis nihil boni faciunt, vel adiutorium præbent, sed magis, quæ nostra sunt violenter tollunt: quare non aduocamus Græcos, cum eis pacis fœdus componentes, & Francorum Regem, & gentem de nostro regno, & dominatione expellimus? Quo audito mox prædictus Imperator immenso furore incensus, sine literis etiam ad Romanum directis Pontificem, & Senatum, Romam venire velociter procurauit. Quem tamen venientem Dominus Leo Papa honorifice sicut mos est, super gradus maiores B. Petri Apostoli residens suscepit, & mellifluis prædicationis verbis placare cœpit. Quadam verò die, ipso Imperatore cum sanctissimo Leone Pontifice, omnibus Romanis proceribus pariter, & optimis Francis in domo, quam Beatæ memoriæ Leo Tertius Papa iuxta Ecclesiam B. Petri Apostoli fecerat, sedentibus de prædicta accusatione placitum habuit. Tunc Daniel iniqua fronte armatus, falsaque cogitatione imbutus, dixit coram omnibus: iste Gratianus habuit mecum consilium hanc Romanam terram de vestra tollere potestate, & Græcis tradere illam. Cui statim non solum Gratianus, verumetiam omnes Romani coram Imperatore dixère. Mentiris nullo modo verum est, quod dicis. Cognoscens autem Imperator, & omnis Romanorum, Francorumque nobilitas prædictum Danielem tale crimen per falsitatem, & inuidiam contra Gratianum dixisse: illico idem clementissimus Imperator nolens contra instituta veterum Augustorum peragere Romanorum, eos secundum Romanam legem instituit iudicare. Quo iudicio ipse Daniel multorum verbis reprehensus, ore proprio manifestauit se falsum testimonium, super eum dixisse: ideo tam dicto Gratiano multa, & humili supplicatione petiuit; quem ille statim plenaria ipsi reddita gratia, libenter concessit, & sic de mortis est periculo liberatus.*

...fine vi- ...Leonis ...v. Pōtif. LIV.

16 Moritur Benedictus, vnde Romam reuersus Ludouicus Nicolai assistit coronationi, quem quàm humiliter prosequeretur, Anastasium audi. *Tertio consecrationis eius die cum Augusto conuescens sapienti flamine resplendebat, charitateque plenus epulabatur in Christo: finitoque conuiuij apparatu, consurgit, Cæsaremque spiritualem filium, & charissimum deosculatus, immenso circumdedit amore. His ita gestis, Serenissimus Imperator ab Vrbe discessit, sedemque in loco, qui dicitur Quintus, collocauit. Beatissimus autem Præsul hoc audiens, dilectionis eius compulsus plenitudine, atque amoris, ad eundem locum cum proceribus, & optimatibus properauit. Quem cum vidisset excellentissimus Augustus, obuius in aduentum eius occurrit, frenumque Cæsareis suis manibus apprehendens, pedestris more, quantum sagittæ iactus extenditur equum traxit. Cum quo imperiale ingressus tentorium, salubribus ad inuicem fruebantur colloquijs, mensisque epulis perornatis, spirituali alacritate cibum pariter sumpserunt. Cibis vero, & mensis remotis, Serenissimus Cæsar beato Præsuli plura contulit dona. Quibus susceptis equum conscendens conabatur reuerti. Augustus eius amore fretus, Imperialis equi superascendens Cathedram, ouanti cum eo incedebat animi voluptate. Ad quendam quidem cum perueniset spaciosissimum itineris locum, Imperator equo descendit, equumque Pontificis iterum (vt memorauimus supra) traxit, dulcissimisque osculis ad inuicem propinquantes, lætifluè gratulati sunt. Cæsar vero ad tentorium remeans, cœptum arripuit iter: Præsul autem nobilissimorum cætibus quibus prosequu-* LV.

sequu-

sequutus fuerat sæpius Romam ingressus, almifica est comitatione magnificatus.

Rauennæ, &c. In Ioannem Episcopum Rauennatem cum quererentur ciues, conuocatur Synodus, & cum videret idem Archiepiscopus se voto frustrari *ab Imperatore adiuuari poposcit. Cui ad hæc per Internuntium Au-*
LVI. *gustus dixit: Vadat, & fastu elationis deposito, tanto humiliet se Pontifici, cui & nos, & omnis*
Anastas. *Ecclesiæ generalitas inclinatur, & obedientiæ, & subiectioni colla submittat: quia qui cupit aliter, minimè consequi poterit.*

Ludouico vero noua expeditio in Saracenos, quando, & cuius impulsu facta apud Leonem Ostiensem legitur. *Longobardi igi-*
Li.1.c.35. *tur videntes se se cælitus pro suis iniquitatibus flagellatos, afflicti, ac demum necessitate*
LVII. *arctati, tertio iam Legatos in Franciam ad præfatum Ludouicum transmittunt, exorantes, ac flagitantes, vt iterum venire, eosque, ac patriam à nefandissima Saracenorum gente dignaretur eripere. Ludouicus Rex generale edictum in vniuersas Regni sui partes dirigens, vt nullus omnino esset, qui se ab hac expeditione subtraheret. Anno Domini octingentesimo sexagesimo sexto, immensum valde congregauit exercitum, simulque cum donna Angerberta Augusta coniuge sua iter arripiens, Beneuenti fines per Soram ingreditur: ac mense Iunio peruenit ad Monasteriũ huius sanctissimi Patris, quod deorsum est, vbi à venerabili Abbate Berthario vniuersis Monachis illi procedentibus, maximo cum honore susceptus est. Die altera montem adoraturus ascendit, ibidemque magna nihilominus honorificentia à fratribus est receptus. Cumque vniuersum cœnobium circumiens perlustrasset, & optime satis ædificatum laudasset, præceptum confirmationis totius Abbatiæ (iuxta quod sui prædecessores Imperatores iam fecerant) Beato Benedicto faciens, & regalia inibi conferens munera,* Fratribusque *se multum commendans, descendit. Post hæc inde digressus, Capuam adijt, quam tribus obsessam mensibus cœpit, & eam maxima ex parte deleuit. Inde perrexit Salernum: dehinc nauigauit Amalfim. Puteolos quoque pergens, eiusdem vtitur lauacris, perque Neapolim reuertens, Sessulam adijt, demum apud Vallem Caudinam castrametatus, non multo post ingreßus est Beneuentum. Apud Luceriam porrò Apuliæ ciuitatem, vniuerso suo congregato exercitu, consequẽter cum Saracenis congreditur. A quibus primo certamine superatus, demum ex his opitulante Deo victoriam triumphalem adeptus, vniuersis eorum castris potitur. Inde Barium contendens quatuor illam annis obsedit. Materam interim munitissimam illorum ciuitatem capiens, igne illam, ferroque consumpsit. Post hæc Venusiam venit, & tam in ea, quàm in Canusio pugnatorum præsidio posito, Barium hinc, inde cœpit grauiter expugnare, sicque rediit Beneuentum. Ibi itaque cum in eius obsequio Abbas Bertharius moraretur, oratorium paruum, quod intra Monasterium sanctæ Sophiæ prædecessor suus Abbas Bassatius inchoauerat, omni diligentia, studioque compleuit, & in honorem S. Patris Benedicti à Stephano Teanensis Ecclesiæ Præsule consecrare fecit. Tunc temporis prædictus Rex Beato Benedicto præceptum fecit de vna curte sua, nomine Laianu in loco, qui dicitur Turturitus, & de Sancto Gregorio cum omnibus rebus, & pertinentijs eorum. Cum autem Saraceni Barium degentes vndique angustiati ad extremitatem vltimam peruenissent, misso Imperatore exercitu, & ciuitatem, & Seodam cum suis omnibus cœpit, eosque vniuersos gladijs trucidari iussit. Deinde Tarentum obsideri è vestigio iussit: nam & ipsam olim idẽ nequissimi cœperant. Interea duo quidam comites, nixi sunt in Imperatorem insurgere: quod cum cognouisset Imperator, persecutus est eos vsque Marsiam, vbi illi non audentes consistere, fugerunt Beneuentum. Imperator autem dum illos prosequitur, venit Iserniam, quam tentantem resistere, expugnauit, & cœpit. Inde Aliphas pertransiens, & per Telesiam venit ad ciuitatem, quæ nominatur sanctæ Agathæ, quam per dies plurimos, quoniam capere non poterat, obsidebat. Tandem Bertharius Abbas, quoniam Hisembaldus Gastaldeus, qui ipsam ciuitatem obtinebat: eius consanguineus erat: apud Imperatorem pro illo interueniens, & illi gratiam, & ciuitati veniam impetrauit. Adelchis etiam Beneuentanus Princeps ad pedes eiusdem Imperatoris prostratus, tam præfatis, qui fugerant, quàm sibi, qui eos recipere præsumpserat, ipsius Imperatoris gratiam adquisiuit. Ludouico apud Beneuentum posito, Adelchis Princeps ipsius ciuitatis, Diaboli inuidia ductus, inuenta occasione, quod Franci in ciuitate multa insolenter agerent, aduersus eum securè agentem protinus insurrexit, eumque capiens custodiæ mancipauit, cunctos milites illius dispo-*

dispolians, fugere compulit. Sed non in longum Deus passus est innocentem hominem frustra affligi, moxque intra quadraginta dies innumerabili Saracenorum exercitu ab Africa aduentante, Ludouicus è custodia ex templo dimissus est, & Sacramentis obstrictus, recedens à Beneuento, intra tres dies abijt Barulum, ibique per menses circiter vndecim remoratus interim per quosdam suos comites, primo tria millia, dehinc nouem millia ferme Saracenorum apud Capuam interemit. Post hæc eo aduentante Capuam, Saraceni cognito eius aduentu, relinquentes Principatū, Calabriam adeunt, eamque funditus depopulantes, conscensis nauibus ad sua (maximam tempestatem perpessi) quotquot euaserunt, reuersi sunt.

19 *Nec Petri, &c.* Anno octingentesimo septuagesimo, vt notat Sigonius, vel sexagesimo nono, vt cum Aimoino, vult Baronius; *Ludouicus, & Carolus Lotharij patrui, quorum alter Germaniæ, alter Franciæ Rex erat, 5. Kalendas Augusti in vnum conuenientes Lotharingiam ita inter se diuiserunt, vt Ludouicus vrbes Coloniam, Aquas, Treuiros, Traiectum, Metas, Argentinam, & Basileam; Carolus Lugdunum, Visontionem, Viennam, Tungros, Tullum, & Virdunum cum adiacentibus obtineret. Ludouicus autem Imperator legatis missis fraternam hæreditatem ad fratrem potius, quàm ad patruos pertinere contendens, Hadriano Pontifice ius suū tuente, ac per Legatos diras in Ludouicum, & Carolum intentante idem sibi regnum, sed frustra vindicauit.* Ex Aimoino Legationes transcribam. Ad Carolum Caluum Hadriani Papæ legatio prima legitur. *Carolus Legatos Hadriani Papæ Paulum, & Leonem Episcopos suscepit cum epistolis missis sibi, & præsulibus, ac Regni primoribus in his Galliarum partium regionibus consistentibus, in quibus continebatur, vt regnum quondam Lotharij, quod Ludouico Imper. spirituali filio eius hæreditario iure debebatur, & quod ad eum post mortem ipsius Lotharij redijt, vel homines in eo degentes mortalium nullus inuaderet, nullus commoueret, nullus ad se conaretur inflectere. Quod si quis præsumeret, non solum per suæ auctoritatis ministerium infirmaretur, verumetiam vinculis anathematis obligatus, nomine Christianitatis priuatus, cum Diabolo omnino locaretur; & si quis de Episcopis tam nefariæ temeritatis auctorem, vel tacendo fugeret, vel non resistendo consentiret, non iam pastoris, sed mercenarij nomine se nouerit fore censendum: & quia non pertineret ad eum quidquam de ouibus, nec pertineret ad eum consequenter de pastoralibus dignitatibus. Cum quibus Episcopis, & Nuncius Ludouici Imper. venit, nomine Boderardus, de his nihilominus satagens.*

Inter literas autem hic inde missas, sequentes edidit Epistolas Baronius. *Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei omnibus gloriosis Ducibus, Comitibus, & cæteris primoribus in regno Karoli excellentissimi Regis constitutis. Omnes quidem virtutes Christi cultoribus sectandæ sunt; sed nulla vtilius, quàm pax cum dilectione mutua inter omnes, & maximè inter sublimiores personas custoditur, & colitur. Quanto enim quis sublimior, tantum ad mores suos quosque trahendum constat esse facilior. Ideoq; his præsentibus opportunè, ac impportunè moneo, suadeo, & exhortor apicibus, quo pacis bonum in omnes, sed præcipuè inter sublimiores Mūdi Principes ædificare, & construere satagatis. In hoc enim dilecti filij mei Regis vestri Regnum totum poterit incolume permanere, si neminem ille concutiens, à nullo concutiatur. Non autem ignorare vos credo, qualiter desiderabilissimus, & spiritualis filius meus Hludouicus pijssimus, & à Deo protectus Imperator, non vt quidam aduersus sanctæ religionis filios, non contra fidei Christianæ domesticos, sed aduersus filios Belial, aduersus Christi nominis inimicos, præcipuè pro nostra securitate, proque multorum liberatione fidelium, qui fine tenus apud Samnium, & circumquaque regiones iam iamque periclitabantur, ita vt etiam fines nostros infestatio propemodum Saracenorum inuaderet, egressus à summo sublimitatis propriæ solio, & à pacatissimo requiei suæ fundamine, non corpori parcat, non æstibus, non algoribus, non denique vllis euentibus cedat; sed omnia incommoda, omnia discrimina pro Christi nomine tolerans, nihil est, quod pro Christianorum exemptione recuset arripere; nihil est, quod pro fidelium quiete, ac pace declinet assumere.*

Marginal notes: LVIII. — ...5. c. 24. — LIX. — *Ann. 869 n. 94. quas Parisijs à Nicolao Fabro eius familiari transmissas profitetur.*

CAPVT TERTIVM.

De Iuſtitia .

1 *Iuſtitia omnes complectitur virtutes.*
2 *Iuſtitia concertus eſt virtutum.*
3 *Vituperatur Iuſtitia à L. Fuluio Pilone, & cur?*
4 *Reſpublica Iuſtitiæ nomine definita.*
5 *Regna ſine Iuſtitia latrocinia ſunt.*
6 *Reſponſio Aloyſij de Harros ad Legatum Apoſtolicum.*
7 *Iupiter nequit regere ſine iuſtitia.*
8 *Rex ad exercendam iuſtitiam creatur.*
9 *Iuſtitiæ fructus pax ex Dominico Contareno Venetorum Duce Eiuſdem effigies, elogium, hieroglyphicum, ſtema.*
10 *Præludium Belli Cretenſis notabile.*
11 *Alexander M. infelix, cum iuſtitiam deſerit.*
12 *Iuſtitia res ſacra.*
13 *Regem à tyranno iuſtitia diſgregat.*
14 *Iuſtitiæ hieroglyphica.*
15 *Ludou. Philippi de Laurilliere effigies, hieroglyphicum, elogium, iuſtitia.*
16 *Decemuiralis poteſtas apud Venetos agitata, reſurgit eloquentia Baptiſtæ Nanij.*
17 *Iuſtitiæ definitio explicatur.*
18 *Iuſtitiæ diuiſio, & finis.*
19 *Aequalitas arithmetica, & geometrica.*
20 *Iuſtitia bonum eſt alienum.*
21 *Petri Maurocæni effig. iuſtitia, hieroglyphicum.*
22 *Iudicis officium, caput ſuper aſtra tollere, cum in terra pedes.*
23 *Contrapaſſum vel Retaliatio quid ſit?*



1 VIrtutum omnium diademate redimitum Ludouicum nè mireris. Iuſtus fuit, & iuſtitiæ angulari lapide Domum Sapientiæ ſuperædificauit; extruxit columnas ſeptem virtutum, quæ vnà intuentes iuſtitiam, & cultu demiſſo adorantes, excellentiſſimam omnium, & genitricem fatentur. Sociabilem virtutem iuſtitiam dixit Philoſophus, cui cæteræ omnes virtutes neceſſario conſequuntur: cuius tecto tamquam Cęlo reliquæ concamerantur virtutes. Solem iuſtitiam fare, vnde inferioribus lumen diffunditur. Vt in fidibus, tibijs, vocibus, atque cantu ex diſtinctis ſonis concentus ſeruatur, quem diſcrepā-
II. tem aures eruditæ ferre non poſſunt, iſque concentus ex diſſimilium vocum moderatione reſonat concors: ſic & ſummis, & medijs, & infimis interiectis ordinibus, vt ſonis, moderata ratione ciuitatem diſſimillimorum cōcinere: & quæ harmonia dicitur à muſicis in cantu, eam eſſe in ciuitate concordiam: quæ vti arctiſſimum in Republica incolumitatis vinculum, ſine [l] iuſtitia nullo pacto eſſe poteſt: ita diſputabat Scipio Africanus, Et cum diſputationi adeſſet L. Furius Pilus aggreſſus eſt accuratiſſima oratione iuſtitiam vituperare, vt Lelij eloquentiam ad laudem illius virtutis excitaret: eadem mente, qua Glauco [m] iniuſtitiam laudat, vt Socratem de iuſtitia differentem audiret. Cum igitur perorāti Piloni Rempublicam ſine iniuria haud regi poſſe, reſponderet Lelius nihil tam inimicum, quàm iniuſtitiam ciuitati, nec omnino niſi magna iuſtitia geri, aut ſtare poſſe Rempublicam: ad intermiſſa reuertitur Scipio, Rempublicam definiens, eam *eſſe rem populi, ſed iure geſtam*. Remota enim iuſtitia, quid ſunt regna, niſi magna latrocinia? Quia & ipſa latrocinia quid ſunt, [a] niſi parua regna? Apud Hiſpaniarum Regem querēte, & obſtrepente . . . . . Legato Apoſtolico, contrà immunitatis iura à ſeculari curia carceribus quendam mancipari, cum reſponderet Aloyſius de Harro Sontem eſſe, propterea iure teneri, replicanti Legato incompetētiam fori, & minanti, ſe receſſurum, ni ſibi reſtitueretur captiuus, finem fecit Hiſpanus aiendo: *Dominatio ſua Reuerendiſſima ad libitum pergat, nouæ enim aperientur valuæ, ſi veteres non ſufficiant. Stabit enim Hiſpania ſine Legato, at non ſine Iuſtitia*. Vetus illud eſt: ſine iuſtitia nè Iouem [b] quidem poſſe principem agere. Manus hominum cum Imperio Principis

Margin notes: ol. 3. c. 11. — [l] Auguſt. 2. de Ciu. Dei c. 21. — III. — [m] 2. Rep. Platonis. — IV. — V. — [a] Auguſt. 2. de Ciu. Dei c. 4. Salut. Ann. 16 — VI. — VII. — [b] Plutar. de Doctrina Principum.

cipis regitur, pacto societatis adstringitur, placiti lege præda diuiditur. Hoc malum si in tantorum perditorum hominum accessibus crescit, vt & loca teneat, sedes constituat, ciuitates occupet, populos subiuget, euidentius regni nomen assumit, quod ei iam in manifesto confert, non adempta cupiditas, sed addita impunitas. Madet Orbis (aiebat ad Donatum Cyprianus) mutuo sanguine: & homicidium, quùm admittunt (clamabat) singuli, crimen est: virtus vocatur, quùm publicè geritur. Impunitatem sceleribus acquirit, non innocentiæ ratio, sed seuitiæ magnitudo. Hęc illa malorum origo, quæ Romanam pessum dedit Rempublicam, vt notat Augustinus.[a]
b.2.de Cum enim fouendæ iustitiæ causa olim benè
. Dei. morati Reges constituti [m] sint: & regnum
8. Cicer. ad bonorum perfugium, ac præsidium aduer-
ffic. Arist. sus populi iniuriam [n] comparatum sit, voto
t. 5. dicendi ius populis, iniustaque tollendi facta.
III. Haud pace fruetur Respublica, ni iustitiam colat. Iustitia, & pax deosculatæ sunt; earumq; deerrante vna, insequitur altera aiebat.
Dominicus Contarenus Venetorũ Dux Serenissimus, cuius atauos Franciscum Contarenum, Cæsaris Maximiliani obsidione diflata, in vna Asulana arce assertorem suum tota vidit Italia; & Dominicum Contarenum, qui, post ad Marignanum profligatos Heluetios, Forum Iulij, Longobardorũq; vrbes, Veneto restitutas Imperio, Lilia à Francisco Gallorũ Rege, Virtutis (fœderata Gallo Respublica) monimentum accepit, quùm eius fratrem, IX.
Europæ aulis octo vicibus caduceatorem Senatus obijciens, hunc sibi reseruauit in Patria, vt quem longeum ętate Fata permiserãt, Reipublicæ fines, iustitia, sanctitate, & Religione produceret. Propterea cum ad Imperium traheretur inuitus, populum suum annuo munere prosequens, *Fructus iustitiæ Pax* lemate cudi numisma dedit, nec vnquã mutauit, vt incessanti murmure in auribus obstreperet subditorum, extinctam pacem sola reuocandam iustitia: quæ in Reipublicæ hie- Anno. S. 1659.



roglyphico, *Iustitia, & Pax deosculatæ sunt*; quod super gigãteos gradus, vbi Venetus superbo pede conculcat gigantes, legit viator, X.
Fato percita quodam, vt breui haud tempo-

re, truncum legeretur *Iustitia, & ..... deosculata sunt*. Eodem illo anno, quo in ducali sacello Cretensis quidam paciferam surripuit Imaginem, protinus Cretense sequutum est bellum, sola conficiendum Iustitia, quę Superum supererat testimonio. Stateram nè transgrediaris, Pythagoricum ænigma est, quod explanat Plutarchus: Summam docens habendam esse rationem iustitiæ, neque eius fines exeundos. Hæc sola Imperij columna, qua subtracta, machina quassat. Alexander ille, qui Persas, Hyrcanos, Indos, & quidquid vsque in Oceanum extendit Oriens, vastauit, fugauit; post amicorũ iacturam, vel proditionẽ quùm iaceret in tenebris, aliàs scelus, aliàs desiderium suum mœrens, victor tot Regum atq; populorum, iræ tristitiæque succubuit. Id enim egerat, vt omnia potius haberet in potestate, quàm affectus. Oh quàm magnis homines erroribus tenentur, qui ius dominandi trãs maria mittere cupiunt, felicitatem credentes, si veteribus noua adiungant, & per extraneos campos, Lares vltraprotendant, quasi angustus sit Orbis, vt imperium latè diffundat. Ignari inter imperia, hoc vnum constare, sibi Imperare. Quod non lateret, si animaduerterent, quàm sacra res sit iustitia. Hoc ante omnia sibi quisque persuadeat Regem in hanc pulcherrimam virtutem vltrò etiam impendere, iuuare: vt tota cogitatio à priuatis quàm longissimè auersa sit. Iustitiæ hoc est præmium, iustum esse. Mè iustum esse gratis oportet. Nec interest publicare iustitiam, si virtuti non gloriæ studeas. Nam qui iustus esse dedignatur sine gloria, oppidò erit cum infamia. Regem à tyranno sola iustitia disgregat; cum omnia regna à tyrannide cœperint. Natalia haud faciunt Regem, sed virtus, alioquin Nero, Constantius, Leo, innumerique alij, qui pontice longo sanguine censentur, pictosque vultus ostendunt, inter Reges forent enumerandi. Summa gentium felicitas erat, in quibus nõ ex potentioribus, sed ex melioribus rector eligebatur. Nec potentior erat, nisi qui melior. Penès Sapientes regnum erat, qui infirmiores à validioribus tuentes, suadebant, dissuadebant, & vtilia atque inutilia monstrabant. Sub perpendiculi hieroglyphico cuius verba, *ad omnium mensuram*, Academicus quidam iustitiæ annuit indiferentiam; vt sicut corpora omnia per perpendiculo mensurantur, ita iustitia æquentur subditi. Vel sub figura trianguli, cuius verba, *æqualis vndique* humili, scilicet atq; superbo. Vel sub falcis titulo, cuius lema: *æquat*. Desumptum forsan ab Horatiano illo carmine. Mors æquo pulsat pede pauperum tabernas, Regumquè turres. Vel tandem affinium, amicorum, ipsorumque hostium merita læua manu ęqua lance librãtis: dextera verò, sanguinis affectum, & amicorum violentiam pellentis, nè in iustitiæ messem falcẽ ponant, sub lemate *si mei nõ fuerint dominati, tunc immaculatus ero*, vt in suo hieroglyphico annuens criminis osor, iustitiæ cultor, iuris amator Ludouicus Philippus *De Lauriliere*, Christianissimo Regi à Sanct. Consf. Secretis, & mandatis, aureo sui ministerij cælo, Deorum (hoc est Principum) in Cœlo, Astrææ simulacrum ad viuum sculpsit. Læua stateram iustitiæ agens, familiares, & necessarios, sub specie mulieris trutinam obterentes, vultum declinantes, personas acceptantes, propulsat dextera; nec sine dexteræ symbolo, (maius enim iniusta repellere, quàm iusta agere, licet sint vni connexa duo:) Dexteram non læuam extendit. Nec mireris Galliæ decus, si haud solis Frãcis, sed & aduenis refulgeas: Immensa enim luminis sphæra toti mundo clarescit, quam si stupui cum viderem, obstupesco dum scribo. Excelsas prætereo, dotes quę in culmine medium ignorantes, & vltra gradus, negant accessum. Panegyrim canat, si quis Argus centoculo oculatiorem vidit, & Briareus scribat quem adoptaret Iustitia, si filiæ daretur procreare parentem, vel sponsæ imperare marito, quæ repetens ex æthere terras, temploque summi ætheris pulsa, locum pellicibus dedit; humanum nacta cubile, Tonantis vxor, extat Francorum nomine nupta Philippo. Exinde Gallia, quæ religione politiores est antegressa nationes, quemcumque æmula ciuitas ciuem ad exemplum iustitiæ proponeret, hunc Gallia in exemplar fidenter opponeret

Margin notes (left column): De liber. Educat. (beside "quod explanat Plutarchus"); XI. (beside "nẽ quùm iaceret"); Seneca Epist. 93. XII. (beside "Hoc ante omnia"); XIII. (beside "erit cum infamia"); XIV. (beside "hieroglyphico"). Right column: lib. 1. 4. (beside "carmine").



secura victoriæ. Ciuili discordia Venetorum
XV. presfa Respublica, ob Rainerij Zeni, & Georgij
Anno 628. Cornelij, Ioanne eius patre tũc principatũ agente, simultates, quæ, vel amicitiæ, vel necessitudinis vinculo reliquos vrgebat; Decem Viralem Potestatem actum est reuocandam: quià subditis impar, grauissima scelera inferioribus magistratibus ordinario iure expianda subijceret; Nobilium verò, leuissima licet, sibi sumeret extra ordinario iuris rigore (*ritu, & sigillo* vocant) exquirenda. Nobilium plaudebant turmæ, & quasi ad libertatem proclamarent, sceleribus iura dãtes, Rempublicã funditùs euertebãt, cuius Aristocratiam, Magnatũ moderatione sublata veluti Reipublicæ fulcrũ, popularem eludit tumultum, ruere natura erat. Actũ erat de Decem Virali Collegio, ne dicam de Republica, nisi libera, & pręgraui oratione Baptista Nanius morum candore, & doctrina venerabilis patritios increpando, imperij recturos habenas, quoadusq; legibus viuere profiterentur patrijs: Quæ leuiora atrocioribus pęnis flagitia pensabant, nè patrię Harmonia, vel tacito murmure, dissonaret. Iustitiã paci sacro nuptam connubio ne diuortirent, & obsequij stylo exararent Imperium, rigido tribunali, durissimæ legi, & atrocissimis piaculis non bona, sed corpora submisère luenda. Iudici iure dato ad personas respicere, vt populi labes in baculo, nobilium verò in virga visitet ferrea. Sic enim nostra erit odendo delicta innoxios venerari conciues. His dictis rigor placuit, & legem, quamuis duram, duxère seruandam inter de-

(margin: anius b.7.)

cem Viros Nanio delecto, & tanto successu publicis refertis annalibus. Iustitiam ponens Iustinianus Imp. hisce generalibus exprimit:
XVII. *constans, & perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi*. Si cuique, Achab nephas erit Nabothi vineam vsurpare, sed ad similitudinem Solis Ecclipticam non ægredientis, terminos non asportabit; & sub Termini Hieroglyphi-
XVIII. co, Quiritum more Astræam venerabitur; siue designando bona, siue distribuendo præmia, vel pœnas: vnde iustitiæ in distributiuã, & commutatiuam diuisio venit. Illa pœnas, & præmia retribuendo pro ratione, ac varietate meritorum: Hæc circa contractus, & æqualium rerum permutationes ad normam iuris exercendas. Cuiusque iustitiæ finis
Cicer. 1. de Orat. æqualitas erit, quam æqualitatem sumes, vel
XIX. ex proportione arithmetica, ex pari scilicet numerorum calculo, vt in commutatiua, in qua lex quantumuis dura est obseruanda; nec iudex, legum est iudex sed custos: cum enim XX.
iustitia bonum sit alienum (ad differentiam aliarum virtutum, quæ etiam minimè ad proximum relatione facta, possunt esse virtutes) & in alienis arbitrari nõ liceat, infertur, quod ad vltimum vsquè quadrantem, rationem villicationis reddere tenebimur. Iudices ergo perpendite, non hùc spectare Iuristarum axioma, de minimis non curare prætorem, si eodem enim iure gaudemus in aliena magna, vel parua, cum in magna haud possim, sequitur nec in minima. Notabilis est lex illa, qua furti actio non tam conceditur in latronẽ surripiẽtem pecuniam, sed & in surripientem saccum. *l. qui sac cum ff. d Furtis.*
Regrediamur ad distributiuam iustitiã, cuius finis æqualitas aiebat Petrus Maurocenus XXI.
Ioannis filius inter Venetos Aristocraticos cognomine Iustus. Hic populorum plausu



super

ſuper nubes caput extollere videas, vt iudicum eſt, mentem ad aſtra tollere, ne ad affectus inclinent. In terra pedes, ſed in Cælo caput, ſi velis rectè iudicare. Sinixtra columbis innocentiæ blanditur ſimulacro, & dextera coruos crocitantes, præpotentes ſcilicet, inſequitur. Non arithmetica tamen, ſed geometrica ſit hæc æqualitas, vt ex qualitate nempe perſonarum, loci, temporis determinetur æqualitas. Haud enim contra paſſum, vt Pythagorici appellant; vel reliationem iuſtam dices, vt Radamantus canebat.

XXII.

Ariſtol. Ethic. 5. c. 3.

XXIII. Ibid. c. 8.

Si contra paſſus fuerit, quod fecerit idem
Iudicium planè rectum, vindictaque fiet.

In multis enim diſſonat. Puta ſi principatum habens percuſſit: non oportet repercuti. Et ſi principem percuſſit, non percuti ſolum oportet, ſed & puniri. Arbitrium boni viri perpendiculum eſt diſtributiuæ iuſtitiæ, quod aliquando ad rigorem, aliquando ad pietatem flectit. Pietatis, an, rigoris, quis vincat, vel vincere debeat, non vnà omnes concordant. Singulare inſtruam certamen, & cum ſua trahat quemque voluptas, ad titulum vocor.

CAPVT QVARTVM.

De Clementia.

1 *An iudex debeat eſſe clemens, vel rigoroſus.*
2 *Iuſtitiam exequi pietas eſt.*
3 *Imperium ſine pietate impium eſt.*
4 *Aquila filios in plumis fert.*
5 *Punire carnificis eſt.*
6 *Clementia regem facit.* 55.
7 *Saul quanto altior omni populo?*
8 *Iuſtitia cur velatos oculos habeat?*
9 *Deus in nube cur?*
10 *Furiæ cur placido vultu deſignatæ?*
11 *Metus infirmum eſt vinculum.*
12 *Populi Aſiatici cur in Cæſarem ſurrexerint?*
13 *Moyſem quando Iudæi credidere Prophetam?*
14 *Syria quando adorauit Hieruſalem?*
15 *Nabuchodonoſor quando Deum adorauerit?*
17 *Timorem præcedit amor.*
18 *Chriſtum quando Iudæi honorauerint?*
19 *Petrus benefaciendo Orbem baptizare potuit.*
20 *Chriſtus cur in Thaborre gloriam oſtenderit?*
21 *Deus in aura tenui.*
22 *Philiſtæi adorant Arcam.*
23 *Dauid renuntiat arcam Gethæo.*
24 *Dominum deprecatur Dauid propter retributionem.*
25 *Centurio quo argumento cognouerit Chriſtum Deum.*
26 *Turca inter Idola cur Chriſtum dixerit Deũ.*
27 *Deus pietate vincit, & vincitur.*
28 *Moſes Deus Pharaonis in puniendo, non in liberando.*
29 *Deus ſine miſericordia non eſt Deus.*
31 *Tyrij in vinculis ponebant Deos.*
32 *Apollo clauo figitur; & cur?*
33 *Mars irretitur catenis.*
34 *Moyſes quando ligaſſet Deum?*
35 *Principe ingrediente ciuitatem carceres aperiuntur.*
36 *Saul inimicis parcit.*
37 *Cæſar Epiſtolas Pompeij comburit, & cur?*
37 *Ruffo à Cæſare in ſignum clementiæ, beneficium petit.*
38 *Princeps plùs vindicatur clementia, quam iuſtitia.*
39 *Apollinis Imperium clemens eſt.*
40 *Punitio reſpicit potiùs crimina futura, quam præterita.*
41 *Modus corrigendi à lenitate incipiat.*
42 *Fulminum more incedat iudex.*
43 *Auguſtus Cinnam quando punierit?*
44 *Vindicta haud Regum eſt.*
45 *Theodoſius ſententiam exequebatur poſt 30. dies.*
46 *Princeps cur debeat timere?*
47 *Leo timet leues ſtrepitus.*
48 *Pompeius rigore perdit Imperium.*
49 *Ludouicus Pius rigore perdit Imper.*
50 *Draconis leges ſanguine ſcriptæ.*
51 *Cuiuſdam Galli rigor.*
52 *Cato Rempub. rigore perdidit.*
53 *Princeps medico ſimilis.*
54 *Apum aculeus ad quid?*
55 *Principis potentia quomodo luceat.*

56 *Periclis gloria de pietate.*
57 *T. Vespasian. petit Pontificatum, vt à cæde liberetur.*
58 *Ara* ignoti Dei *Clementiæ est: seu miserorum, & cur?*
59 *Clementia cuique ignota.*

I. Vdouici pietate, Adalgisi excitata perfidia, seruus Dominum compedibus tradit, nec soluit, priusquã fortiori vinculo, iuramenti scilicet, stringat Deo esse periurum, si fallat proditoribus pactum. At Diuina fatagente Iustitia, ad naturam suam rebus facillimè redeuntibus, Adalgisi compede crura sonant. Ludouicum, an iustum iudicem, vel clementem principem bis perduellis spectet librare crimina, quæstio est. Si quæras, quid facti? pepercit. Quid iuris? vulgi variant labantia corda. Iustitia, & Pietas pugnam literario cæstu comittunt, diluens illa crimina morte, hæc pœnam sumere, sibi ducens pœnam parare; inter vtramque volat dubijs victoria pennis. Iustitiæ cum staret irreuocabile verbum: quod scripsi, scripsi, meliora concipere abnuens, Clementiæ patronus, ille cui par Cicero nemo fuit, ita exorditur.

Inuictissime Cæsar hominem adeo furibũda ludit insania, vt Rege coram perduellioni patrocinari fidelem subditum putet posse. Hoc voto me consuluit Adalgisus, vt ad aram æquitatis ad pia propensum te vota vocarem. vt illi consulens perago, vindictam flagitans.
II. Iustitiam exequi si pietas est, sanguinis pendat pœnas. Paucis proditionem complectar: Hominis non priuati, sed Regis perduellio fuit: non extranei, sed naturalis Domini: non inficientis, sed fauentis: non vlciscentis, sed ignoscentis. Huius ego suscipiam causam? quem populi accusant, quem iura damnant? Quid agam? vnà cum reliquis clamabo, suspẽdite, Regem nostrum vindicate. Ego solus conabor, quod reliqui formidant. De throno tuo clementiam deijciam, solij dexteram, atque finixtram iustitia claudam, tecum dum imperat pietas, proditor triumphat impunis, iusque datum sceleri canimus. Clementiæ
III. igitur euellam simulachrum. Sed qualia animo tristi reuoluo? Imperium sine pietate, quis impium haud arguet? & impio, quis subiacebit? aquilis rapaciores, & inciuiliores ciuiles aquilæ non in plumis, sed vnguibus filios ferrent? Gloriæ cumulum pietati princeps debet, cui locus non esset, nisi culparum occa- IV.
siones emergerent. Punire, & carnificis, quòd ignoscere nonnisi principis est. Clementia, non iustitia Regem fecit, nec fecisset, si morũ probitas cuncta componeret. Crimina donare Principis refert, nè solumodo destruere posse, credatur. Lilium princeps est, & morum suauitate reliquis supereminet. Saulem Dominus constituit in Regem, quoniam non fuit similis illi in omni populo. *Altior fuit vniuerso populo ab humero, & sursum*, qui cum Ammonitas fugasset, obstrepente populo: *quis est iste, qui dixit: Saul non regnabit super nos? date viros, & interficiemus eos*. An altior vniuerso populo fuerit? ex responso percipe. *Non occidetur quisquam in die hac*, respondit Saul. Minimè enim latebant primum Iudæorum Regem, quod etsi cum clementia à latere sederet illi iustitia; hæc tamen velatos sufferret oculos, quasi erubescens, & non nisi cooperta punire audens: illa verò absque persona, pia quadam violentia, vim inferens ipsi iustitiæ crimina donat. Signa in Sole, Lunaque, & stellis Primi Iouis præcursura aduentum in nube venientis Deum digito monstrãt tenebras quærere, quasi rubore suffusum, quia punit. Pictæ cum starent in Areopago furiæ, indutæ nigro, conspersæ sanguine, circumdatæ anguibus: cupressum stringebant dextera, torremque sinixtra; sed placido designatæ vultu, non diræ furiæ, sed tranquillæ Eumenides sola pietatis larua afflictam excitant iustitiam. Armorum enim terror, pœnarumque timor Imperium si dedère, haud tenuère. Metus, & terror infirma vincula; aulicorum est proloquium. Asiacæ inde nationes haud in Romanum insurrexissent Imperium, si Cæsarem dilexissent beneficum, & non timuissent potentem, *adfluentibus paulatim, qui metu magis, quàm beneuolentia subiecti repertis auctoribus sustulerant animum*. Moysem Hebrei haud credidere prophetam, priusquàm cum Ægypto Pharaonem demersisset in mari. Hierusalem, sanctam dixit ciuitatem

Margin notes (right column): V. VI. 1. Reg. c. 10. n. 23. c. 11. n. 12. VII. VIII. Luca c. 21. IX. Pausan. X. XI. XII. Tacitus annal. 6. c. 36. XIII. XIV.

Syria,

Syria, cum Princeps Naaman Iordani lym-
phis lepram abluit. Quid verò non retulit
XV. Ioui Gentilis Nabuchodonosor, cum mãsue-
tis victorem vidit à Leonibus redire Danie-
lem? tunc sine incensis Idola, sine victimis
altaria, vnum loquebatur pro cunctis, *pa-
ueant habitantes in vniuersa terra Deum Danie-
lis*, sed paueant, quia priùs dilexerant, haud
XVI. enim timor, nisi præcurrat amor. Priusquam
ab inferis viduæ filium reuocaret Christus,
XVII. non odio, non amore prosequebantur Hebręi:
at quum resedit cadauer, & cępit loqui, acce-
pit omnes timor, & magnificabant eum; cu-
ius politiam imitatus Petrus, Samariam, Ga-
lilæam, Iudæam fidelem habuit pertransiens
XVIII. benefaciendo. Vide Dominum in ianuis Ca-
pharnai Idolomanico Centurioni, natione
XIX. extraneo, professione militi famulari, & inde
considera Creatori Omnipotenti gratiarum
esca, creaturam fieri obsequentem. Rex Re-
gum, & dominantium, vt agnosceretur Do-
XX. minus haud terrisono Thaborrem prosternit
fulmine Christus, vel ab æthere tela misit ma-
nibus fabricata Cyclopum, sed Cælos expan-
dit, & in Sapientiæ æterna domo, gloriæ ven-
ditauit thesauros, vbi Beatorum animæ non
timidæ, sed amantes Deo persoluunt laudes,
qui in profundæ noctis chaos Omnipotentiæ
suæ brachio, Erebi in virga, & gladio percur-
rens amnes, solas cum exigit blasphemias of-
ficiorum in lumine splendeat Deitas, quæ nō
3. Reg. c. 19. v. 12. in spiritu grandi, & forti subuertente montes,
XXI. & conterente portas; non in commotione,
non in igne, sed in sibilo auræ tenuis, vel à
prophetis agnosci voluit, vel eam cognosce-
re non nisi in sibilo auræ tenuis nequiere pro-
phetæ. Pro Philistinis Hebręorum cum pu-
XXII. gnasset sanctuarium, grata barbaries intulit
eum Dagonis in templum: & statuentes eum
iuxta Dagonem paribus victimis atque incē-
sis donarunt Dagonem, & Arcam. Cumque
altera die diluculò surrexissent Azotij viden-
tes Dagonem iacētem coram Arca Domini,
quæ ouans in altari calcabat truncum, pro-
tinus super plaustrum imponentes arcam, dua-
busque vaccis plaustro iunctis, nullo comita-
tu sequēte, remiserunt Iudæis. Sistite gradum
Philistini? Sanctuarium, quod Iudaicam fu-
gauit aciem, occidit Pontifices, vnde eadem
in ara cum vestro sedit Idolo, modò vaccarū
in humeris exulare iubetis? sic apud memores
stabit gratia facti? pergat arca, barbarorum,
egrediatur terminos, ingratum enim solum
dedignatur altaria. Remissa arca cum in Beth-
samitarum peruenisset agrum, ligna plaustri
conciderunt illicò, vaccasque imposuerunt
super ea holocaustum Domino. Sed nescio
cur, percussis de populo septuaginta viris, &
quinquaginta millibus plebis, furore succensi
patrios extra lares exterminarūt arcam, Caria-
thiarim mandantes habitatoribus, vt Domi-
ni reducerent arcam: Tali prosequentes ho-
nore arcam illam, quam Domini credebant
sanctuarium, cum pietatis immemor, pœnas
cum sanguine poscit. Adstipulantem trium-
phos, & gentiles adorant, cum crimina vrget,
à primogenitis ipsis sociatur iumentis. Dicat
Dauid cur Obededonis Gethæi diuertisset XXIII.
Domum, ibique in area, quæ cæli tecto con-
camerabatur, reliquisset arcam, cum de domo
Aminadab asportaret in ciuitatem Sion? cum
tympanis, psalmis, tyris, & sistris initiatur
comitatus, & repentè in rusticano tugurio
Boum exsibilatur mugitu? Gethæo Dauid
arcam tradis, & quum interdiceris cum genti-
bus inire fędus, Deum ipsum gentilibus pro-
dis? Quis non proderet (inquit Dauid) cum
Pontifices cadunt, quia calcitrantibus bobus,
nè cadat, in arcam extendunt manum? arcam
diuertite, ego reuertar; cum Dijs Deus ipse
pernoctet, vsq; dū obsequia nostra rependat.
Seruiui enim ei, sed propter retributionem
nec fletum cum potu miscebo, nisi lacrymas
meas sua clementia temperabit. Filius meus 2. Reg. c. 12.
cum ægrotaretur, in cinere, & cilicio Domi-
num deprecabar, at mortuo puero purpura,
bissoque indutus, petiens panem cum redar- XXIV.
guerer. *Quis est sermo quem fecisti, propter
infantem, dum adhuc viueret, ieiunasti, & fle-
bas: mortuo autem puero, surrexisti, & comedi-
sti panem?* satisfeci: *Propter infantem ieiunaui,
cum adhuc viueret, nunc autem, quia mortuus
quare ieiunē?* Haud facile cognoscere est, vnde
suasus in Caluario Christum Centurio publi-
cauerit Deum? *vere hic homo filius Dei erat.* XXV.
Soluere videtur Marcus, *Videns autem Centu-
rio, quia sic clamans expirasset, ait: vere hic ho-
mo filius Dei erat.* Quia clamans expirat ho-
mo, dignoscetur vt Deus? sed quid clama-
bat? Hæc protulit moriens. *Pater dimitte il-*
lis,

lis, quia nesciunt, quid faciunt. Auditor ergo
XXVI. pro clamante reponet: *igitur Deus?* Catholicos erga, Turcarum illatio fuit. Cum in militum dubitaretur tentorio, quis Deorum videretur maior, iussit Turca Gentilium describi Idola, & cum Venerem in lupercalibus modo adulteram, modo scortum conspiceret; Iouem in sinu Danais, vel Ganimedis: ferro Martem æquare regna: in natos, & seipsum sæuire Saturnum; ad Christum tandem conuersus Crucifixum videns in Caluario iacère, pectus perforari, vt neminem lateret in terram descendisse de Cęlo, non Cæsari rapturum regna, sed redempturum imperia, soli Christo (clementiæ argumento) victimas, & holocausta retribuit; reliqua Idola, quæ sibi, non populorum saluti consulere videbantur, irrisit vt manufacta. Percipe modò, vnde hominem crederet Centurio Deum: crucifigentes viderat Centurio Iudeos, & Christum deprecantem; *pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt*. Latrones, qui Crucifixi erant cum eo, improperantes, & Christum Paradisi valuas referantem. Hebręos sæuientes in mortuum, & mortuum cruenti lateris vnda, Ecclesiæ agros irrigantem, vnà cum turba reuertebatur, percutiens pectora sua, ait, haud potuisset sic clamans homo expirare, ni filius Dei
XXVII. esset. Nec aliter poterat vincere Deus, qui si aliter vincat, haud Deus est. Moysem cum in Pharaonem vocé, veluti imperatoria tessera obarmaret, *ecce* (inquit) *constitui te Deum Pha-*
XXVIII *raonis*: non tamen populi liberandi (resonat Africana tuba) sed Pharaonis puniendi, quasi diuinitatem exuens, cum refractarium Pharaonem seueritate plecteret; at cum populum beneficijs honorat, iã non Moyses, sed Deus, & veluti sibi restitutum numen, diuitias Deitatis ostendit. Vituli infamia delinquentem populum furore concitato, penitusque abo-
XXIX. lere tentanti, occurrit Moyses, & Diuinũ honorem veluti iræ delinimentum opponens, orabat: Ne irascatur furor tuus quæso Dominé, teque credant Ægyptij non Deum, sed impostorem, dicentes; callide eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret in terra:
XXX. quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui, Si te enim nõ aspiciant misericordem, Deum addubitabunt; Quieuit Dominus, nõ tantùm pronus in pietatem, quantùm nè detraheret Diuinitati: vnde vitulum cum populus fabricasset, non destitit (inquit Cyrillus Hierosolym) Deus à benignitate. *Cathec. chatf. 2.* Negauerũt Deũ homines, sed Deum seipsum non negauit. Seipsum quodamodo negasset, ni misericors pepercisset. Israelitæ negauerũt Deum, & vitulum adorauère vesani, sed Deus seipsum non negauit. Illi dementes pecudem conclamarunt regem; & tamen Deus pro amore suo illos seruauit, Diuinitatem de misericordia ostentans, de venia probans, de munificentia confirmans. Velit, nolit, Omnipotens, qui seipsum negare nequit, suimet circundatus vinculis misericordiam non negabit. Tyrij Dijs suis vincula inijcere soliti, id fortasse indicabant, quod lento ferrentur *Plutar. in probl.* gradu in scelerum expiatione. Verum cum à XXXI. M. Alex. obsiderentur, eorumque multis videretur audire mussitantem Apollinem, quæ XXXII. in vrbe agerentur, non sibi probari, idcoque *Plutar. in vita Alex.* se ad Alexan. abire. Hi perinde, ac si hominẽ ad hostes transfugere aggressum, deprehendissent in facto, colossum Dei ligauerunt catenis, clauisque affixerunt basi, Alexandristam appellantes, minantesque, vel ampliorem, & immunem redderet locum, vel vnà caderet in obsidione. Simile apud Pausaniam legitur Martis simulachrum compedibus irretiri, quo XXXIII vinculo propitium sibi, ac Reipublicæ perpetuum bellatorem Idolum illud, nec vmquam suæ vrbis desertorem futurum, veluti in peculio obligatum habere voluerunt. Huc vsque Gentilitatis somnia existimantis Deum, vti vile mancipium in numero haberi pecudum; nisi erudita dicas, vt Deorum pietate hominem erudirent. Perantiqua veritas est Dominum Moysi effudisse preces, vt ad Iudęis ira- XXXIV.
scendum, dimitteret: sed quali catena vicerat homo Deum, compedibusque dederat folium vento agitatum, eum, qui omnia verbi clauo tenet? Pietate vinctum tenebat, quæ cum iustitiæ supereminerit, Deum edidit sola pietate vincere, & vinciri. Hoc vinculo Principi subditus, vti genitori cohęret genitus. Inde antiquorum mos, vt ingrediente Principe ciuitatem, carcerum reserarentur XXXV.
valuæ, vt clementiæ fortiori ligamine adhiberet captiuis: vel quia Principum campus sola staret pietas, vnde soli coram tyranno occluderetur custodia, Isaia teste. Misericordia, & *c.14.v.16*

veritas

veritas cuſtodit Regem, & roboratur clementia thronus eius. Luculentam de Ammonitarum exercitu victoriam reportauerat Saul, qua elatus populus poſtulauit ad necem Regis obtrectatores. *Quis eſt iſte* (inquiunt) *qui dixit: Saul non regnabit ſuper nos? date viros, & interficiemus eos*. Reſtitit clementia Saulis, qua regnum firmaſſet æternum, ni populatus eſſet ſacrilegio. Epiſtolarum reperta ſarcina, vnde Cæſar Pompeij factionem detegere potuiſſet, nec legere patiens, comburi iuſſit, vt auctoribus ignoſceret, non agnoſcendo. Et tu Ludouice non ignoſceris agnoſcẽdo. Vterque Cæſar, ſed tu victus, ille clementia victor. Radalgiſo dum parcis, iuſtitiæ imperas; dum punis, iuſtitiæ ſubieceris: & ſi te ſubiectum faris, omnia quomodo prætendis poſſe? pietatem non potes? Gentili ergo Cæſari cede, quæ in pietatis templo, nulla tibi reſeruata ſede, omnia occupauit ſubſellia. Cæſar tecum, Ludouice, decertat; arma vibrat clementiæ, attende quomodo. Deprecanti Ruffo ordinis Senatorij viro, vt clementiæ teſtimonio indulgeret; *nemo* (inquit Ruffus) *credet, ò Cæſar te grauiſſimam poſt acceptam iniuriam mecum in gratiam rediſſe, niſi magnum aliquid mihi contuleris beneficium*; reſpondit *mea cauſa, Ruffe operam dabo, nè vnquam iraſcar tibi, cui non modo domanda iniuria, ſed inſuper præſtandum eſt beneficium*. Hac politica eruditus Tiberius, cum multi è domo Principis, equiteſque, ac Senatores ſuſtentaſſe opibus, iuuiſſe conſilijs dicerentur ſeruum illum *Clementem* nomine, qui Agrippam haud ſeruili conceperat animo, non quærere duxit ſanguinarius etſi Princeps, plus ſperans de clementia, quã de iuſtitia. Apollinis tale eſt Imperium: in crimine deprehenſi latrones illi, qui Torquati Taſſi aſportauerant pretioſa Parnaſſi, torturæ ſtylo poſteaquam deſignauère ſocios, qui alienis victitantes laboribus, nonniſi titulis, Muſarum decertant in choro, ipſius Imitationis Domi, quò ſe receperant, Prætoris mandato, capite fuere damnati. Patibulum cum vidiſſet, excanduit Apollo; quia ſanguinolenta pœna haud Numinis regiam, ſed tyrannorum lanienam ſacrum faceret montem.

1.Reg.c.11. — XXXVI — Plin. lib. 7.c.25. — XXXVII — XXXVIII — Tacit. Annal.2. — XXXIX

Si quoties (aiebat Apollo) *peccant homines, ſua fulmina mittat*
Iupiter, exiguo tempore nullus erit.

Extraordinario igitur mandans ſupplicio corrigi, ſatis iudici voluit pœnarum timore purgare delicta, indignum rectori carnificum poſteritati nomen humano tranſcribere ſanguine. Hoc ſemper in animaduerſione ſeruabit, vt ſciat alteram adhiberi, vt emendet malos: alteram, vt tollat. In vtroque non præterita ſed futura intuebitur. Nemo enim (teſte Platone) prudens punit, quia peccatum eſt, ſed nè peccetur. Reuocari præterita haud poſſunt, futura prohibentur. Quid ergo (Seneca quærit) non aliquando caſtigatio neceſſaria eſt? quid ni? ſed hæc ſincera, cum ratione: non enim nocet, ſed medetur ſpecie nocendi. Quemadmodum quædam haſtilia detorta, vt corrigamus, adurimus, & adactis cuneis, non vt frangamus, ſed vt explicemus, elidimus: ſic ingenia vitio praua dolore corporis, animique corrigimus. Nempe medicus primo in leuibus vitijs tentat, non multum ex quotidiana conſuetudine inflectere, & cibis, potionibus, exercitationibus ordinem ponere, ac valetudinem mutata tantum vitæ diſpoſitione firmare: proximum eſt, vt modus proficiat: ſi modus, & ordo non proficit, ſubducit aliqua, & circumcidit: ſi, nè adhuc quidem reſpondet: interdicit cibis, & abſtinẽtia corpus exonerat, ſi fruſtra molliora ceſſerunt; ferit venam, membriſque ſi adhærentia nocent, & morbum diffundunt, manus offert; nec vlla videtur dura curatio, cuius ſalutaris effectus eſt. Ita legum præſidem, ciuitatiſque rectorem decet, quandiu poteſt, verbis, & his mollioribus, ingenia curare, vt facienda ſuadeat, cupiditatemq; honeſti, & æqui conciliet animis, faciatque vitiorum odium, pretium virtutum: tranſeat deinde ad triſtiorem orationem, qua moneat adhuc, & exprobret: nouiſſime ad pœnas, & adhuc leues, & reuocabilis decurrat: vltima ſupplicia ſceleribus vltimis ponat, vt nemo pereat, niſi quem perire etiam pereuntis interſit. Fulminum more incedat iudex, quæ paucorum periculo cadunt, omnium metu: ſic animaduerſiones magnarum poteſtatum terrent latiùs, quàm nocent, non ſine cauſa. Non enim quantum fecerit, ſed quantum facturus ſit, cogitatur in eo, qui omnia poteſt. Adijce nunc, quod priuatos homines ad accipiendas iniurias opportuniores, acceptarum patientia facit: regibus

XL. — lib.1. de Ira. 5. 6. — XLI. — XLII. de clem. lib. 1.c.8

gibus certior est ex mansuetudine securitas. Quia frequens vindicta paucorum odium reprimit, omnium irritat: voluntas oportet ante, sæuiendi, quàm causa deficiat. Alioquin quemadmodum præcisæ arbores plurimis ramis repullulant, & multa satorum genera, vt densiora surgant, reciduntur: ità regia crudelitas auget inimicorum numerum, tollendo. Parentes enim liberique eorum, qui interfecti sunt, & propinqui, & amici, in locum singulorum succedunt.

Hoc quàm verum sit, te admonere domestico exemplo Seneca satagit. *Diuus Augustus fuit mitis Princeps, si quis illum à principatu suo æstimare incipiat: in communi quidem Republica*
XLIII. *gladium mouit. Cum hoc ætatis esset, quod tu nunc es, duodeuicesimum egressus annum, iam pugiones in sinu amicorum absconderat, iam insidijs M. Antonij consulis latus petierat, iam fuerat collega proscriptionis: sed cum annum quadragesimum transisset, & in Gallia moraretur, delatum est ad eum inditium, L. Cinnam stolidi ingenij virum, insidias ei struere, dictum est, & vbi, & quando, & quemadmodum aggredi vellet, vnus ex consilijs deferebat. Constituit se ab eo vindicare: consilium amicorum aduocari iussit. Nox illi inquieta erat, cum cogitaret adolescentem nobilem hoc detracto, integrum Cn. Pompeij nepotem damnandum. Iam vnum hominem occidere non poterat: cum M. Antonio proscriptionis edictum inter cœnam dictarat. Gemens subinde voces emittebat varias, & inter se contrarias. Quid ergo? ego percussorem meum securum ambulare patiar, me solicito? ergo non dabit pœnas, qui tot ciuilibus bellis frustra petitum caput, tot naualibus, tot pedestribus prælijs incolume, postquam terra, marique pax parta est, non occidere constituit, sed immolarem, nam sacrificantem placuerat adoriri. Rursus silentio interposito, maiore multo voce sibi, quàm Cinnæ irascebatur: quid viuis, si perire te tam multorum interest? quis finis erit suppliciorum? quis sanguinis? Ego sum nobilibus adolescentulis expositum caput, in quod mucrones acuant. Non est tanti vita, si, vt ego non peream, tam multa perdenda sunt. Interpellauit tandem illum Liuia vxor: & Admittis (inquit) muliebre consilium? fac quod medici solent: qui vbi vsitata remedia non procedunt, tentant contraria. Seueritate nihil adhuc profecisti: Saluidienum Lepidus secutus est, Lepidum Muræna, Murænam Cæpio, Cæpionem Egnatius, vt alios taceam, quos tantū ausos pudet: nunc tentat, quomodo sibi cedat clementia. Ignosce L. Cinnæ deprehensus est: iam nocère tibi non potest, prodesse famæ tuæ potest. Gauisus sibi, quod aduocatum inuenerat, vxori quidem gratias egit: renuncianti autem exemplo amicis, quos in consilium rogauerat, imperauit, & Cinnam vnum ad se accersit: dimissisque omnibus è cubiculo, cum alteram Cinnæ poni Cathedram iussisset: hoc (inquit) primum à te peto, nè me loquentem interpelles, nè meo sermone medio proclames: dabitur tibi loquendi liberum tempus. Ego te, Cinna, cum in hostium castris inuenißem, non factum tantum mihi inimicum, sed natum seruari, patrimonium tibi omne concessi. Hodie tam felix es, & tam diues, vt victo victores inuideant. Sacerdotium tibi petenti, præteritis compluribus, quorum parentes mecum militauerant, dedi. Cum sic de te meruerim, occidere me constituisti. Cum ad hanc vocem exclamasset, procul hanc ab se abesse dementiam: non præstas (inquit) fidem, Cinna: conuenerat, nè interloquereris. Occidere (inquam) me paras, adiecit locum, socios, diem, ordinem insidiarum, cui commissum eßet ferrum. Et cum defixum videret, nè ex conuentione iam, sed ex conscientia tacentem: Quo (inquit) hoc animo facis? Vt ipse sis Princeps? male mehercule cum Republica agitur, si tibi ad imperandum nihil præter me obstet. Domum tueri tuam non potes. Nuper libertini hominis gratia in priuato iudicio superatus es. Adeo nihil facilius potes, quàm contra Cæsarem aduocare? Cedo, si spes tuas solus impedio. Paullus ne te, & Fabius Max. & Cossi, & Seruilij ferent, tantumque agmen nobilium, non inania nomina præferentium, sed eorum, qui imaginibus suis decori sunt? nè totam eius orationem repetendo, magnam partem voluminis occupem: diutius enim quàm duabus horis locutum esse constat, cum hanc pœnam, qua sola erat contentus futurus, extenderet: Vitam tibi (inquit) Cinna, iterum do, prius hosti, nunc insidiatori, ac parricidæ. Ex hodierno die inter nos amicitia incipiet: contendamus, vtrum ego meliore fide vitam tibi dederim, an tu debeas. Post hæc detulit vltro consulatum, questus, quod non auderet petere, amicissimum, fidelissimumque habuit, hæres solus fuit illi: nullis amplius insidijs ab illo petitus est.* Hisce gradibus, Ludouice, potuit

tuit Tiberius Principum more ad Romani Imperij peruenire faſtigium, indeque egredi non tyranni, ſed Monarchiæ titulo, etſi primordijs Romanorum Cæſaribus vnum ſtaret violentiæ ſcabellum. Tu verò Magni Caroli pronepos, cui fortuna dedit armorum literarumque fulcro Orbem ſuſtinère ruentem, cum regiminis molem non tam electione, quàm hæreditario iure reuoluas, byſſum fucari, vel decolorari, & polluere malefactorum quiueris ſanguine? Nocentium ſiue innocentium ſit ſanguis, humanus erit: quem ſi delibaueris ſemel, leonum more ſitiueris crebriùs. Cur in Adalgiſum ſuccenderis? En genu repandit, ſuppliciterque veneratur procumbēs.
LIV. Vindictam paras? cancellos egredis regum, quibus, & feras inter, tamquam magnanimis ſatis eſt, proſtraſſe leonem. Diadema frangis, cum ſubditorum prætioſos diſperdis Lapillos: quod ſi contudit proditor, tu pius remittas: niſi gaudeas poſteritati tradere, imperialem potuiſſe exornare coronam, & noluiſſe. Clementiam reuoca nè muſſitetur inter Ludouicos primum ceciniſſe pium: ſecundum exibilaſſe crudelem. Ars nequit naturam inuertere. Hæc te plantauit, irrigauitque clemenria; pietate, illa incrementum dabit.
LV. ...omen. ...7.c.24 Theodoſij recordare Magni, cuius etſi non tenearis lege, legibus tamen profitearis viuere, cum ad triginta dierum ſpatium vſque ſupplicia diſtulit damnatorum, vt interim Imperatoris nonnihil mitigaretur ira, & indignatione ſedata miſericordiæ, ac pœnitentiæ aperiretur locus. Haud Magnū latebat Theodoſium periculo ſuis eſſe timeri quàm deſpici. *Neceſſe eſt multos timeat, quem multi timent;* ...neca ...2. de ...c.11. Laberianum eſt carmen. Ita natura conſti-
LVI. tuit, vt quod alieno metu magnum eſt, à ſuo non vacet. Leoni (aiebat Seneca) quàm pa-
LVII. uida ſunt ad leuiſſimos ſtrepitus pectora? acerrimas feras vmbra, vox, & odor inſolitus exagitat. Quidquid terret, & trepidat. Non eſt ergo quarè concupiſcat quiſquam ſapiens
LVIII. timeri. Pompeius cenſor factus, dum nimis ſeuerè vulgi mores inquirit, & grauiora remedia, quàm delicta erant, inducit; ea quæ armis tuebatur, armis amiſit. Ferro cum ferream
LIX. redimeret Italiæ coronam Ludouicus Pius, Bernhardo oculos effodiendo Imperium amiſit, ex impudentique ſæuitia didicit eſſe pius. Rara temporum felicitate in quibus præſtat occaſio piam moliendi ſæuitiam. Draco ex L.
Athenienſibus Legiſlatoribus vnus, cuius leges non atramento, ſed ſanguine ſcriptas, Demadis proloquium fuit, vnde Herodicus, Ariſtotele teſte, non hominis, ſed Draconis vocaret leges, quæ propterea dicebantur funebres: tantum inuidiæ hac ſeueritate contraxit, vt apud Æginam in theatro, populari præfocaretur tumultu; ipſiuſque leges tacito cecidere populi obliteratæ conſenſu. Draconi LI.
affinis Gallus ille: cuius erat cantilena, reus ſenex eſt, ſuſpendatur, ſuſpendatur: alia multa, & maiora patrauit. Iuuenis eſt; ſuſpendatur; nā maiora patrabit. Quod gallicè perbellè ſonat. *Pendez, Pendez il en à bien faeit d'autrez, & Pendez, Pendez il en ferà bien d'autrez.* Cato exemplar Ariſtocratici viri, LII.
dum nimium perfractè ærarium, ac vectigalia protegit, fereque in omnibus aduerſaretur publicanis, in multis ſocijs, equites alienauit à Senatu, & bicipitem fecit Rempublicam. Nōniſi enim nocère iniuria poterat, vbi ſummum vrgebat ius. Nam vt medico multa funera, ita Principi multa ſupplicia ſunt inuidioſa. Nec alia eſt differentia inter belluarū, hominumque rectores, quàm timor, & amor. LIII.
Solem cum æmularis, Ludouice, cur ecclypticam deflecteris clementiæ? Feras inter volatiles apibus delatam Ariſtocratiam nullus LIV.
ambigit, quarum caput aculeo, vel non vti, vel omnino carere; inde Alciatus.

Veſparum quod nulla vnquam Rex ſpicula figet
Quodque alij duplo corpore maior erit,
Arguit Imperium clemens, moderataque regna
Sanctaque iudicibus credita iura bonis.

Aureo illo ſæculo, quo animo rector eligebatur, ac ſumma gentium felicitas erat: in quibus non poterat potentior eſſe, niſi melior: Officium erat imperare, non regnum: ac nemo quantum poſſet aduerſus eos experiebatur, per quos cęperat poſſe. Potes Ludouice, LV.
& omnia potes, ſed militum manu, inter quos enutritus Radalgiſus, victoriæ circumuolatus alis, haud ſemel tibi detulit Maurorum triumphos. Violauit modo diuina, humanaque iura; ſed Solis in vultu ſæpe videmus etiam varios errare colores.

Tu cum ſis maior eſto placabilis iræ
Nam faciles motus mens generoſa capit.

Ariſtotel. in Rhet.

Corpora magnorum satis est prostraſſe Leonum
Pugna ſuum finem, cum iacet hoſtis, habet.
At Lupus, & turpes inſtant morientibus vrſi,
Et quæcumque minor nobilitate fera eſt.

Inde Claudianus in conſulatu Manlij Theodori,

Lenè fluit Nilus, ſed cunctis amnibus extat
Vtilior, nullas confeſſus murmure vires
Acrior, at rapidus tacitas prætermeat ingens,
Danubius ripas: eadem clementia ſæui
Gurgitis immenſam deducit in oſtia Gangem;
Torrentes immane fremant, lapiſque minentur
Pontibus, inuoluant ſpumoſo vertice ſyluas,
Pax maiora decet: peragit tranquilla poteſtas
Quod violenta nequit; mandataq; fortius vrget
Imperioſa quies, &c.

Nonnè abauum tuum Carolum M. turpi crimine læderes, ſi ſtupratores filiarum vlciſcendo, vulgaſſes iniuriam. Adalgiſum dum perſequeris, hæſitabit poſteritas, an Maieſtatis deficientia ipſum fecerit audacem, vnde culpæ conſortes ille agendo, tu patiendo, pari debeatis pœna puniri. Clementiæ donetur proditor, cuius ſub vmbra non minùs decet latère proditorem, quàm proditam Maieſtatem, ſi enim melius rem intactam ſeruare, quã poſt vulnus remedium quærere, abſit vindicta, quæ non niſi feriendo ſanat vulnus, & ſanando plagam oſtentat. Animam agens Pericles cum victorias, eiuſque eloquentiam auſcultaret laudantes amicus, ipſe apertis oculis quaſi redarguens, mirari aiebat quod triũphos laudarent, cum earum rerum partem ſibi vindicaret fortuna; laudarent potiùs, quod quum longo tempore Athenas rexiſſet, *nemo ipſius cauſa lugubrem veſtem vnquam induerat.* Hunc æmulatus T. Veſpaſianus, non tantum curauit Pontifex creari, nè cogeretur cuiuſquam ſanguine cruentare manus, ſed proteſtabatur dicẽs: non oportere quemquam à facie principis triſtem diſcedere. Quemadmodum enim Sol, quibus affulſit, calorem impertitur (aiebat Leo I. Imper.) ita ab Imperatore illis tribuenda clementia, quos aſpexiſſet. Hæc illa ara, vnde Apoſtolus, cum ignotum Deum Athenienſes colerent, quiſnam hic Deus ignotus eſſet, planè oſtendit. *Præteriens, & videns ſimulachra inueni, & aram in qua ſcriptum erat,* Ignoto Deo; *Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego, & annuntio vobis.* Sed Numinum quale cęca venerabatur Athenis? Clementiam, Ignoti Dei titulo, ſoluit Statius.

[Margin: Fulgoſ. lib. 5. de clemẽtia. LVI.] [Margin: Suet. in vita. LVII.] [Margin: Zonar.] [Margin: LVIII.] [Margin: lib. 12. Theb.]

Vrbe fuit media, nulli conceſſa potentum
Ara Deum, mitis poſuit Clementia ſedem:
Et miſeri fecere ſacram: ſine ſupplice numquàm
Illa nouo: nulla damnauit vota repulſa;
Auditi quicumque rogant; nocteſque, dieſque
Ire datum, & ſolis numen placare querelis
Parca ſuperſtitio; non thurea flamma, nec altus
Accipitur ſanguis, lachrymis altaria ſudant.
Mœſtarumque ſuper libamina ſerta comarum
Pendent, & veſtes mutata ſorte relictæ.
Mite nemus circa, cultuque inſigne verendo,
Vitatæ laurus, & ſupplicis arbor oliuæ.
Nulla autem effigies, nulli commiſſa metallo
Forma Dei, mentes habitare, & pectora gaudet:
Semper habet trepidos, ſemper locus horret egenis
Cœtibus: ignotæ tantum felicibus aræ.

Supplicum, & miſerorum dicebatur ara, haud à felicibus ſolita frequentari. Nulla erat effigies, corde tantum venerabatur. Eius originem à poſteris Herculis credo; quùm illo vita functo, regno pulſi ad patrocinium confugère Athenienſium, quorum manu reſtituti, Miſericordiæ Arã poſuere Athenis, & quia nulli hominum nota, *Ignoto Deo* dixère, gemitus, & lacrymas pro ſacrificio mactãtes. [Margin: Lyran.]

CAPVT QVINTVM.

De Rigore.

1 *Rigoris deſcriptio.*
2 *Aureum ſeculum.*
3 *Imperium virgis figuratum.*
4 *Clementia quandoque nocet. 25.*
5 *Ludou. XII. redarguitur, quia clemens.*
6 *Terminus cur Romanis inter Deos?*
7 *Caroli IV. reſponſum ei, qui volebat pecunia penſare delictum.*
8 *Rex nec vitæ, nec regni Dominus.*
9 *Parcere malis nocere eſt.*

10 Scy-

10 *Scythæ cur fulminibus coronarent teges.*
11 *Populi more fluminum reguntur*
12 *Lupus in Arca mansuetus cur?*
13 *Rigor necessarius.* 18. 26.
14 *Gladius cur, & vbi adoratus?*
15 *Maximil. supplicia cur veneraretur?*
Franciscus I. Galliarum Rex malam crucem salutabat.
16 *Mala crux* la Potenza *gallicè vocatur.*
17 *Laurentij Medicei rigor decorosus.*
19 *Turcarum Iustitia.*
20 *Artaxersis rigor.*
21 *Tamerlani rigor.*
22 *Phineæ iustitia reconciliat Deo Iudæos.*
23 *Saul ob clementiam regno priuatur.*
24 *S. Ludouici Gallorum Regis iustitia.*
25 *Dauid ob clementiam punitur.*



Clementiæ dum oneraretur votis Ludouicus, en talari bysso circumamictus, rigidus Cato, cuius ferrea virga, ac struthiocamelus summi iuris erant vexilla. Virgæ titulus
I. cum legeretur in fronte *Lex quantumuis dura est obseruanda*: nec non in tergo *iudex, legum non est iudex, sed custos*: conticuère omnes intentique ora tenebant. At ille priusquam tonaret eloquio; seuero volens supercilio mouère, iam dudùm toruo lumine aulam spectauit, inde dictis Radalgisum aggressus, tetigit verbis vltima verba suis.

Aureum fuit seculum Ludouice, quùm nec
II. animus vel causa cuiquam in iniuriam esset; cum bene imperanti bene pareretur, nihilque Rex maius minari malè parentibus posset, quàm vt abiret è regno, vnde Ouidius.

Aurea prima sata est ætas, quæ vindice nullo
Matth. 1. *Sponte sua, sine lege fidem, rectumque colebat:*
Pœna, metusque aberant, nec verba minantia fixo
Aere ligabantur, nec supplex turba timebat
Iudicis ora sui, sed erant sine iudice tuti, &c.
Postquam Saturno tenebrosa in tartara misso
Sub Ioue Mundus erat, subijtque argentea proles
Auro deterior fuluo pretiosior ære,
Iupiter antiqui contraxit tempora veris
Perque hyemes, æstusq; & inæquales autumnos,
Et breue ver spacijs exegit quatuor annum.
Tum primum siccis aer feruoribus vstus
Canduit, & ventis glacies astricta pependit.
Tum primum subiere domos, domus antra fuerũt,
Et densi frutices, & iunctæ cortice virgæ.
Semina tum primum longis cerealia sulcis
Obruta sunt, pressique iugo gemuere iuuenci.
Tertia post illam successit ahenea proles
Sæuior ingenijs, & ad horrida promptior arma
Non scelerata tamen. De duro est vltima ferro.
Protinus irrupit venæ prioris in æuum
Omne nefas. Fugere pudor, verumque fidesque
In quorum subiere locum, fraudesque dolique
Insidiæq; & vis, & amor sceleratus habẽdi, &c.
Effodiuntur opes, irritamenta malorum,
Iamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum
Prodierat, prodit bellum, quod pugnat vtroque
Sanguineaque manu crepitantia concutit arma.
Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus,
Non socer à genero, fratrum quoq; gratia rara est.
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.
Lurida terribiles miscent aconita nouercæ.
Filius ante diem patrios inquirit in annos
Victa iacet pietas: & virgo cæde madentes
Vltima Cælestum terras Astræa reliquit.
Neue foret terris securior arduus æther,
Affectàsse ferunt regnum Cæleste Gigantes,
Altaque congestos struxisse ad sidera montes.
Tum Pater Omnipotens misso perfregit Olympum
Fulmine, & excussit subiectum Pelion Ossæ

Inde conuersis in ærumna temporibus, quod primo illo seculo verba quiuerant, modò nequit ferrum. Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolatæ sunt, iure cecinit regius Psal. 22. n. 4.
Vates. Virgas donantem Cæsari, cum in III.
somnis vidisset Cicero Iouem eidem Cæsari, est auspicatus Imperium, quod sola virga videtur posse describi. Pietatis in aula Cælum terrigenis alloquendo, flammarum fatur linguis, haud enim intelligitur cum lambit, sed cum vrit, & secat. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.* Ps. 100. v. 8. In matutino, canit Lyranus. 1. celeriter sine expectatione, ad præcauendum de infectione aliorum, glossat Moralis. Venite, & videte opera Domini, dextera Domini fecit virtutẽ; dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem, non moriar, sed viuam, & narrabo opera Domini. Quæ sunt ista opera Domi-

Domini? conclude Dauid. Attendite,& videte *castigans castigauit me Dominus*, Cagistâs castigauit me, Radalgisus personet, cum & mea interesset perire. Castigans castigauit me haud enim mortis egredi poterat valuas, nisi ingrederer ego portas iustitiæ. Castigans castigauit me,nè bis perduellis superuiueret opprobrium hominum, & abiectio plebis. Castigans castigauit me,nè proditoribus aperto asylo, proditionibus instruerem tyrones, colere Musas, quùm auxilij prætextu Domum meum accersiui. Hæc quæ hospitij iure hostibus ipsis fidem præstat, Cæsarem, Redemptorem vitæ libertatisque fefellit. Castigans castigauit me, qui quondam proditor, vt gratissimam indulgentiam mihi accidisse præstarem, primam secunda proditione rependi. Quid ergo Ludouice? clementia tua tertiam expectat? Primam præter, omnia tibi imputantur; nisi enim primam donasses, reliqua haud duceres punienda.

Ps. 117.

IV. Neapolitanus Prorex Parafran Diribera homicidiario collabente denuò, cui, efflagitantibus aulicis, ignouerat, exclamauit; quià primum donaui, hoc secundum mihi imputetur. Sic ab homicida Ludouicus XII. Galliarum Rex rogatus terni homicidij veniam dare,

V. cum tertiò audiret patratum quasi echo rependens succensus exclamabat *tertio*, *tertio*: cui ioculator. Quid Domine, tertij? dumtaxat primi. Nam secundum,& tertium tua sunt: Si tu non donasses primum, hic reliqua non perpetrasset. Vtriusque iustitiæ finis æqualitas est, vn-

VI. de Romanis inter Deos,Terminus erat. Hanc æqualitatem si tollas, iustitiam perdis, aiebat Imperator Carolus IV. nobili illi Zachoræ, qui cum sacerdoti religionis errorem arguen-

VII. ti oculos effodisset, pecuniam pro satisfactione arbitrio iudicis æstimandam offerret: Absque talione (aiebat Carolus) ius non æquatur, nec pecunia oculi remittuntur. Facinus tuum appendamus, Radalgise? quid fecisti? vinculis Cæsarem coercui. Occidere minus erat? Cæsari legem dedi: Tu ergò Cæsare maior, & si illo maior, non nisi Iouis cogitas culmen. Causa siquidem regiæ potestatis è Cælo petita, soli Deo debet innocentiam. Cæsari dedisti legem, igitur Ioui rapuisti Imperium, cuius est Reges creare, regna condere, singularibusque instruere astris, iuxta illud: Cor Regis in manu Dei. Iuramento deuinci; igitur vnà cum Cæsare Deum. Vbi? in propria ciuitate, in aula populo coram à subdito accepit, qui legem dederat Orbi. Cur? vt occuparem Imperium: & tu Ludouice te Lupo cõmites, qui vt oues rapiat, pastorem percutit? inhiatur Imperio, & sola proditione faustum erit votum. Quemadodum duos Soles respuit Cælum, ita duos Cæsares Imperiũ, quod tamquam circulus vno voluitur centro. Vel igitur Radalgisus cadat: vel Ludouicus proditori cedat vitam, & Imperium, neutrius Dominus es: vtrumque non à te, sed aliunde habes: aliud vt regas, illam vt viuas. Quando? cum Mauri ciuium bona diripiunt, totamque VIII.
Italiam cædibus, & incendijs deuastant: prodere studemus fidei, libertatisque propugnaculum. Cum ex Gallia transgreditur Alpes, vt Petro claues, populis fidem, Prouinciæ libertatẽ repeteret vnguibus barbarorum oppressam; solus obstat Radalgisus, apertisque castris Maurorum commilito in Deum,in hominem vnanimes armantur in prælia fratres. Quid igitur Deum erga, ignosces, qui Deum ipsum fefellit? pinguior victima mactari Deo nequit, quàm sceleratus homo. Parcere malis, bonis nocère est. Iustitiam exequi pietas IX.
est. Coram te Ludouice Rex innocens, sed proditus, & vnà procumbunt proditor per vota præcantes: Proditori dum faues, Regis prodis innocentiam: etsi membrorum suorum nemo Dominus, quanto minus alieni; Diadema tuum haud est, nisi in quantum cũ regia immunitate, gloriatur incolumis vita regnantis. Reliquum desuper tibi commissum, non vt sub vmbra clementiæ scelus caneret impunè, sed quo securior cubaret, & inter improbos formidato supplicio viuendi communitas. Erudita barbaries Scytharum X.
Principem fulminibus coronauit,vt timendo non aspernarentur; & non aspernando diligerent. More fluminum reguntur populi; XI.
nisi aggeribus includuntur, irrumpunt, inundant, & naturali relicto aluo, aquarum rapiditate, aduersa omnia prosternunt. Quas cẹdes, nefasque scelus furibundus non admittit populus, quum absque capite vagatur liber? Semel mansuetus legitur Lupus, cum in Arca Noe, quia catenis circumdatus Omni- XII.
potentiæ, oues discerpere nequit. Circum-

spice

ſpice Ludouice, quot duces, & Principes ſu-
ſpicione laborant, ſi Cæſaris, & commilito-
num proditor foret immunis. Expedit mo-
riatur vnus, ni referre ducas pro cunctis fide-
libus vnum perduellionem præſtare. Gothi-
cis oriundus natalibus, quod forſan Gallica
formidat pietas, barbara audebunt iura, Go-
thicis punietur legibus. Quis reſiſtit? forſan
antiqui Reges? loquatur vnus pro cunctis,
XIII. *aut hunc pœnam dare, aut Gothorum interire regnum*. Lacte ſi viuant excetræ, morſibus
inſpirant, & dulcedine augent atra venena.
Glabreſcit vulpes, ſed immota natura ſeruat
pullos, cum non habet. Viridaria non niſi
falce vireſcunt, & ſolo ferro glandariæ ſyluæ
in frugifera inſeruntur vincta. Ferreus acina-
cis Martis apud Scythas ſimulacrum erat,
rodo. .4.62. quem perfundebant cruore, & cum pinguio-
XIV. res offerrent victimas, quàm ceteris Dijs, in
Deorum cętu rigidum profitebantur venera-
mmian. rcelli. ri. Apud Alanos gladius tam religioſus erat,
vt apud ipſos non templum viſitur, aut delù-
brum, nè tugurium quidem culmine tectum,
ſed gladius barbarico ritu humi fictus nudus,
& ceu Mars honorificè colitur, quaſi fruges,
& meſſis ferreo debeatur vomeri: vel ſola ve-
nerabatur iuſtitia, quia hoc in Numine reli-
qua complectuntur: & in iuſtitiæ ſimulacro
cętera colere credamur. Imperatorem Maxi-
milianum.I. loca ad fontium deſtinata ſuppli-
XV. cia, venerabundum præterire ſolitum ſequen-
ti legimus voce *Salue Iuſtitia*. Alij de Rege
Galliarum Franciſco I. traducentes hiſtoriã,
cum ante ſupplicia preteriens aperiret caput,
interrogatus cur? reſpondit: quia hæc ſunt
fulcra regnorum; quapropter malam crucem
Gallico idiomate *la Potenza* iure vocant, cum
ibi Principum ſit radicata poteſtas. Viam
XVI. prope lacteam videri eſt in Cœlo ad Centau-
ri pedes Meridionalem coronam, cuius enim
inſunt ſagittæ manibus, ſub ſũt & coronæ pe-
dibus. Inſurrexerant Rempublicã
ius in ta Leo- X. Volaterrani populi, & morte Prætoris ad li-
bertatẽ proclamabant. Augebatur Reſpubli-
ca, & quomodo ſubigenda, diffidebant Pa-
XVII. tres. Armis, belloque premere reſtitebant ſe-
niores, & clementia ſub iura mittendos rebel-
les, cum ducerent: Aduerſabatur Laurentius
Mediceus, & currus retorquendos hoſtiles,
gentes domitando ſuperbas, nè clementiæ
prætextu, Reipublicæ dedecoraretur Impe-
rium, obtinuit. Tanti te facient, Ludouice,
quantum tua poſtulabit iuſtitia. Si proditori
quàm tibi plus tribuas, & tuam negligendo
ſalutem, clementiam iuſtitiæ præferas, nè que-
raris, ſi milites te deſpiciant, ſontes non pro
ſontibus electi ſunt Reges, & parcere perſonę
eſt, non dignitatis. Chlamys, purpura, enſis,
Imperij inſignia, lictores, armatique milites,
qui aulam complent, ſanguinem poſcunt,
quibus non ſtiparetur Maieſtas, ſi ad indulgẽ-
dum occuparet tribunal. Regnorum recen-
ſeantur primordia, quæ ſanguine conſperſa
non minus iure, quàm iniuria creuère. Man-
lius Torquatus exemplo ſit, cum filium, quia *Florus lib.1.c.14*
contra Imperium pugnauerat, quamuis vi-
ctorem occiderit, quaſi plus in Imperio eſſet,
quàm in victoria. Sileant regnorum illa
monumenta, quæ haud armis, ſed religione
protracta, ad ciuilem minimè conferunt po-
litiam. Turcarum grande perpendatur Im-
perium, poſt Romanos, tam longa annorum
permiſſum ſenie ad ſolius iuſtitiæ retributio- XIX.
nem, quæ à Chriſtianis repudiata, barbaris
deſponſata plangitur. Othomanorum mos
eſt, & Mahumetus Imper.IX. auctor fuit, ve- *Petrus*
nales deglubere iudices, & ſuper genitoris *Bertelli*
pellem ſedère genitum, vt patris exemplo ex- *in vita Mahum.*
periretur filius ad perſonas, & munera non
reſpicienda, nec proprio ignoſcere filio, vt de
Muſtapha legitur, quùm ob ſtuprum vxori
Achmetis Baſsà illatum, filium Celebi morti
tradidit. Quod ſi antiquitatis ſacra, vel pro-
fana voluamus, Artaxerſes eſt in propatulo, XX.
centum, & quinquaginta ſtabant illi filij, cum
deſciſcerent, trucidauit ad vnum, nec pater-
na obſtitit pietas, filios ſine labe damnare,
Doceas Ludouice quæſo, cur inter Arabes,
Perſas, Armenos, Turcas pudendi ſceleris iu-
gum excruciat? rarò furta, homicidia num-
quam? Quia pœnæ plures ſunt, quàm flagitia:
at vbi pœnãs ſuperant ſcelera, nec pœna eſt
menſura delicti, ibi in commune nefas, ius da-
tum ſceleri canimus. Parum lactis quidam
Magni Tamberlani pediſſequus cuidam fe- XXI
minæ ſurripuerat, hac querente, Domino iu-
dicante, torculari traditur latro, quo ab illo
corpore ſurreptum exprimeretur lac. Quid-
nam? odium forſan duces crudele tyranni?
ſacri obſtant annales. Phineæ Iſraelitam ſcor- XXII.
tantem

tantem cum Madianitide, vulnus quo ambo
transfixit, nonne tantum Deo placuit, quod
Hebreis hostibus paccaretur? Vnde cum Sau-
lis diademate Domini cecidit verbum, etsi
illud pactum æternum? *apprehendit Agag re-*
1. Reg 15. *gem Amalec viuum*, viuum petebat clemen-
XXIII. tia? sed mortuum exigebat iustitia. *Et quia*
dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit
3 Reg. 20 *anima tua pro anima eius, & populus tuus pro*
populo eius. Credidit Galliarum Rex Ludoui-
cus Sanctus, & reputatum est illi ad iustitiã:
Camerari lib. 1. hor. subcisiuar. c. 100. quum forte psalmodiam solueret, rogatus cui-
dam indulgere facinoroso, annuit; mox cum
in versiculum psalmi 106. incidisset, vbi le-
XXIV. gitur: *Beati qui faciunt iustitiam omni tempo-*
re, protinus improbauit gratiam, exclamans:
Principem, qui punire quit, & nequit, scele-
ris coram Deo auctorem fieri. Inde Regius
Ps 18. v. 14. psalmista veniã ab occultis eflagitans: supplex
adiungit: *& ab alienis parce seruo tuo*, ab alie-
nis? falleris Dauid, delicta suos tenent aucto-
res: & nemo alieno obstringitur crimine.
Homicidium, adulterium, tua, haud aliena XXV
sunt. Aliena fateor, inquit Dauid, in patran-
do, sed mea in iudicando; In vindictam male-
factorum, laudem verò bonorum, constitutus
cum essem Rex super Sion montem sanctum
eius tamquam pastor super gregem suum, in-
somnes cum traducerem noctes, lupis oues
disperdidi, & inter canes vigilantes, haud
dentibus, sed latratu auras insteti. Qua spe
frustraris Ludouice, perduellioni si ignoscas?
Territet forsan ferro Mauros, vel densos mo-
riturus in hostes pro libertate, pro Rege, pro
fide manu tẽtare vellet perricida belli? Ille pò-
tens fraude Turcas in sinu recepit, illisque
mutuo foedere iunctus Acheronta mouebit
euersurus regna, & labefacturus Imperium. Hi
erunt intempestiuæ clementiæ fructus. Ita
fatur iustitia, quam si negligis, te om-
nes iure contemnent. A Iure vel à cle-
mentia fateris thronum? Primum ante-
fers in acquirendo, igitur, & in seruan-
do.

CAPVT SEXTVM.

De Æquitate.

2 *Malus princeps tam sub quo nihil, quam omnia licent.*
3 *Ex rigore inuidia, ex clementia despectus.*
4 *Principis conditiones quæ sint?*
5 *Correctionis finis. 16. 18.*
6 *Apum Rex aculeo non vtitur.*
7 *Regi satis non punire sed posse punire. 9.*
8 *Intererat Caini à Deo puniri.*
10 *Gladius igneus ante Paradisum signum amoris fuit.*
11 *Princeps ingreditur, vt Leo; sedet, vt ouis.*
12 *Gladium euaginare, sed arborem verberare Principis est.*
13 *Rigor absque pietate sæuitia est, non iustitia.*
14 *Aquila cum olea, & fulmine Imper. insigne.*
15 *Lex cum daretur in Sinai, ad sonum buccinæ micabant fulgura.*
16 *Iustitia sub specie mulieris cum virga, & libro.*
17 *Reges Imper. à Papa excommunicati.*
18 *Subiectis parcere Regium est.*
19 *Paucos punire, deterrere omnes Alex. Seuer. raro, sed sine pietate puniebat.*
20 *Saladini pietas. Venetorum pietas in Ianuenses.*
21 *Canis clementia erga anum.*
22 *Panem habere, & medicum esse Principem decet.*
23 *Aser quid sibi velit?*
24 *Dæmon quali iustitia, & pietate damnatus à Christo.*
25 *Oleum, & vinum adhibita à Samaritano dum vulnera alligaret, pietatis, & rigoris sunt signa.*
26 *Asinus iniuste queritur, cum vapulat.*
27 *Virga, & baculus consolanter eos homines, qui iumenta dicuntur ex Dauide.*
28 *Iacobi Carrariensis lepidum, sed iustum responsum in malefactorem rapientem pecuniam.*
29 *Lenta iustitia sit contra mala fecunda.*

Toties

I. 1.ff. de ist. & ire. Oties à litigantibus euocata Iustitia,coacta redarguit inuocari, & non cognosci. Æqui, bonique artem vocauit Vlpianus, & ad tyrannidem rigor, vel immoderatam libertatem trahere conatur pietas. Vitiosa sunt extrema, nec minùs malus est princeps sub
II. quo omnia, quàm sub quo nihil licet. *Tam omnibus ignoscere crudelitas est, quàm nulli. Modum tenere debemus sed quia difficile est temperamentum, quidquid æquo plus futurum est, in partem humaniorem præponderet.* (eneca b.1.c.2. e clem.) A iustitia in paruis deflectas,si vsurpatam eam velis in magnis, rudimenta sunt iudiciaria. Vis ab om-
III. nibus inuideri? rigidus esto. Si despici, esto clemens. Præ oculis clementiam habeas,solàque criminum occasione turbetur, hæc negligi non solius Regis, sed & subditorũ obstet libertas. Si potentioribus placet pietas, po-
IV. pulo displicet, quam hercle iuuare duxère regentes. *Felix abunde sibi visus Princeps, si fortunam suam publicauerit, sermone affabilis, accessuque facilis, vultu qui maximè populos demeretur, amabilis, æquis desiderijs propensus, & iniquis acerbus.* (Senecæ l.c.) Quod si correctio contin-
V. gat, futura potiùs,quàm præterita respiciat, vt malus corrigatur, & iustus exerceatur. Alienas vlciscendo iniurias, *hæc tria lex secuta est, quæ Princeps quoque sequi debet: aut vt eum, quem punit, emendet; aut vt pœna eius cæteros meliores reddat; aut vt sublatis malis securiores cæteri viuant.* (Seneca lib. 1. de clem.c.22) Apes exemplo sint, quarum Rex,naturæ claris formatur insignibus, vt magnitudine corporis præstet, & specie: tum (quod in rege præcipuum est) morum mansuetudine. (Ambros. lib.5. Hexaem. c.21.) Nam etsi habeat aculeum, tamen eo non vtitur ad vindicandum. Sunt
VI. enim leges naturæ, non scriptæ literis, sed impressæ moribus, vt leniores sint ad puniendum, qui maxima potestate potiuntur. Ad
VII. legum obseruantiam sufficit, posse punire,nec semper expedit, experiri vltimum posse. Oblectamentis sæpè ad seruitutis etiam iugum subditi reducuntur, quos potestatis nequit violentia. Apum reginam mansuetudinem natura edocuit; aculeo potitur, nec ad pungendum vtitur, sed suauitate sibi subijcit examen. Hominem cum ab Opifice suo fecisset apostatare superbia, præsumentem sibi eminentiorem gradum, quàm sibi competeret, vindicare; ob proteruam malitiam, & læsæ Maiestatis crimen, quod nullo poterat sacrificio expiari, vel lege purgari iuxta illud: *ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo:* (2. Ad Gal.16.) anathemate ferijt, innocentia spoliauit, laborem imponens, qui otio erat abusus; verbi semine de terra spinas educens, vt originale crimen ante oculos haberet homo, propter quod germinat terra labruscas; emisit tãdẽ Deus de paradiso voluptatis,vt potiùs male factori consuleret, quã sibi vindictã repo- VIII.
sceret. Sed quæ tandem hæc bonitas est rem datam auferre? soluit Chrysostomus: Cogita quis futurus Cain,si post homicidium, in Paradiso mansisset. (Serm.60. de diuer. testam. loc.) Si enim cum ab illa habitatione excidisset, si ad laborem, & ærumnas damnatus,& mortis minas intuens imminentes, si cum ante oculos positam parentis calamitatem haberet, & obiecta pedibus suis, iræ Dei vestigia cerneret, ac tantis malis circumseptus esset, in tantam erupit improbitatem, vt naturam ignoraret, communionis obliuisceretur partus, eum, à quo nulla fuerat affectus iniuria, necaret, fraternum sanguinem funderet,dexteram cruentaret; cumque Deus illum admonèret, vt quiesceret, non parèret, sed conditorem suum probro afficeret, parentibus ignominiam inferret, hic si in Paradiso versatus esset, expende in quantam nequitiã prorupisset. Nam si tam multis frenis iniectis, tot lethales saltus dedit; si sublati obices isti fuissent,quo non seipsum præcipitem egisset? Sed non contentus Deus,quod homo perizomate ex folio ficus contexto cooperuisset nuditatem suam, vestiuit eum tunica pellicea ex illius agni pelle, confecta, de quo Baptista: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mun-* 1.Io.29.
di. Satis Domino fuit ostendere virgam, & IX.
ante Paradisi ianuas versari gladium, haud natura igneum, sed eiusmodi speciem non ad X.
furoris, sed ad amoris iudicium. Tremulæ illæ flammæ, indicia sunt amoris, quo flagrans supremus ille Cherubin in ara crucis ex cineribus suis veluti phœnicẽ,tuã reuocauit animam. Ab hoc Regum Rege discite Principes XI.
veluti rugientes Leones ingressos aulam, inter vestras oues, vt agnos sedère. Regiminis sit politia excandescere in homines, sed arbo-

XII. res verberare: gladio accingere, euaginare, ſed vltra auriculam non extendere, vt vnco veluti intra honeſtatis lares trahamur. Rigor abſque pietate ſæuitia eſt, non iuſtitia, nec illo
XIII. componuntur, ſed dilabuntur imperia. *Lu-*
Dion. Nicæus p. 2. in Pompeio. *cullus rei militaris peritiſſimus, qui primus è ciuibus Romanis Taurum Montem transijt belli gerendi cauſa, qui duos potentiſſimos reges bello vicit, quique in Aſia longiſſimè progreſsus eſt: tamen infidis ad omnia militibus eſt vſus, à quibus etiam ad extremum deſertus eſt. Multa enim ipſis imperabat, parum erat affabilis, in primis acer in rerum geſtarum rationibus repoſcendis, inexorabilis in ſupplicijs, neſciebat, aut molli oratione placari, aut muneribus reconciliari. Cuius rei argumento eſt, quod Pompeius, cum eoſdem milites poſtea recepiſſet, eos nè minimum quidem ſeditioſos habuit: tantum homo homini præſtat.* Imperatores cum ſupremæ poteſta-
XIV. tis titulo ſoli vellent belli, vel pacis imponere morem, aquilam habuere inter inſignia, cuius in dextera olea, in ſiniſtra fulmen, clementiæ, & rigoris annuebant neceſſitudinē: ita tamen vt illi ſeruiret iſte. In ſolitudinem
Exod. 19. Sinai traducto ſuper alas aquilarum Iſraeli, vt Dominus vulgaret legē, ad buccinæ clango-
XV. rem micabant fulgura, ſtrepebant tonitrua, vt iura, quæ de ſinu educebantur clementiæ, ſi violata, reſurgerent in manu iuſtitiæ: quam
XVI. fuluo cōplectebatur antiquitas auro ſub ſpecie mulieris, cuius in dextera virga, apertus codex in ſiniſtra, vbi inſcriptum erat adagium *Argue, Obſecra.* Paſtores, & non percuſſores moderabantur codice Principes, quorum eſt calamo potiùs, quàm gladio habenas Imperij tenère: verbis mollioribus ingenia curando
De Ira lib. 1. c. v. (docet Seneca) vt facienda ſuadeat, cupiditatemque honeſti, & æqui conciliet animis, faciatque vitiorum odium, pretium virtutum: tranſeat deinde ad triſtiorem orationem, qua moneat adhuc, & exprobret: nouiſſimè ad pœnas, & has adhuc leues, & reuocabiles decurrat: vltima ſupplicia ſceleribus vltimis ponat, vt nemo pereat, niſi quem perire etiam pereuntis interſit: & vt documentum omniū ſint, quia viui noluerunt prodeſſe, morte eo-
Io. Bapt. Egnat. l. b. 6. rum Reſpublica vtatur, nè peccetur. Hùc reſpexit Conſtantinus Pontif. Max. cum Philippum Coſtantinopolitanum Principem de
XVII. fide Catholica male ſentientem, ſæpius admonitum, nec reſipiſcentem imperiali dignitate priuauit. Sic Innocentius I. Pontif. Max. quum Arcadium Byzantinum Cæſarem excommunicationis anathemate monuit, vt Ioannem Chryſoſtomum Eudoxiæ vxoris aſtu in exilium pulsū reuocaret. Sic Nicolaus Pontif. Max. quum diris Eccleſiaſticis Lotharium Ludouici Secundi Imperatoris fratrem vltus eſt, quia iuſtam iniuſtè repudiaſſet vxorem. Sic Gregorius VII. Pontif. Max. Henricum Imperatorem, quia altaria, & Sacerdotia venalia haberet, extra communionem fidelium reiecit, nec veniam petenti tribuit, niſi cum Henricus ingraueſcente hyeme ad Canuſij portas nudis pedibus, vbi excubabat Pontifex, zona ad colum præcinctus, ſupplicem ſe ſe pedibus Pontif. publicè ſpectantibus omnibus exhibuiſſet. Sic Alexand. III. Pontif. Max. in Fridericum Æneobarbū Imperatorem, cui haud communionem reſtituit, priuſquam in D. Marci Veneto veſtibulo Principe, & Senatu coram, Imperialem calcaret ceruicem, vt aſpidem, & baſiliſcum exprobrando: *Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem*: hæc fuere verba. Cęterum eum, referre, dimitte-
re, cuius peccatum deprehenditur, ſi pœni- XVIII.
tentia facti ſpem bonam polliceatur, Platoni placuit, cuius ſententia fuit, quod nemo prudens puniat, quia peccatum ſit, ſed nè peccetur. Reuocari enim præterita haud poſſunt: *Sen. lib. 1. c. 16. de Ira.*
futura prohibentur, & quos volet nequitiæ male cedentis exempla fieri, palàm occidet: non tantùm vt pereant ipſi, ſed vt alios pereundo conſternant. Fulminum incedánt more: paucos feriant, ſed omnes deterreant. Pœna ad paucos, timor ad omnes. Faciliùs XIX.
enim vniuerſos impelli, quam ſingulos vitari. Condemnationes raras volebat Alexand. *Lampeid.*
Seuerus, ſed quùm factæ eſſent, non indulge- *Tacit. Hiſt. 2.*
bat. Cum de monte deſcendiſſet Moyſes, XX. *Deut. 1.*
& appropinquans ad caſtra, ſexcenta tria mil- *Exod. 32.*
lia hominum ſtrauit, vt eorum ſanguine multitudo Iſraelitarum redimeretur incolumis. Saladini Turcarum Principis exemplo ſit pietas; Hieroſolymis captis, lacrymantem fœminarum vulgum, & Matronarum comitatū libertate, ac muneribus donatum, quo mallent, data remiſit cuſtodia. Sed quo vagari ſino Venetorum clementiam cum in Ligures

de

de libertate certantes, Clodia tandem, vnà cum quatuor millibus captiuorum ad deditionem receptis; sic publicè priuatimq; captiuus est habitus, vt difficilè crederes eũ esse Ianuẽsem hostem, qui Venetam libertatem penitus opprimere studuerat. Certatim enim Matronæ cibo, potu, pecunia, vestibus ęgrotanti hosti ferebant opem, vt inde eluceret Leonis naturam esse, parcere subiectis, & debellare superbos. Floribus liceat rem nostram aspergere, & serijs festiua miscere. Horatij enim carmen.

Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci. sic intelligas; ad metã ille peruenit, brauiumq; tulit, qui miscuit vtile dulci. *Didaco Salazani (cuius inter S. Ioh. insulæ primos occupatores celebre adhuc est nomen) canis erat molossus acer, & barbaris in primis infestus, Bezerillum vocabant. Nocte, quæ diem quo Cacicum Mabodomacam prælio Hispani vicerunt, secuta est, Salazar canem aduersus Indicam anum, quæ inter captiuos erat, emittere constituit. Id vt comodius faceret, epistolam tradidit vetulæ perferendam ad gubernatorem, qui duobus inde forte miliaribus aberat, sed eo consilio, vt simul atque à suorum conspectu ablata esset, canem in eam solueret. Ea quum læta abiret, sperans se huius epistolæ beneficio libertatem consecuturam, vixq; inde lapidis iactu abesset, Salazar canem emittit, is vetulam facilè assequitur. Misera anus vbi Molossum furibundum ad se recta tendere videt, humi residens, his eum idiomatis sui verbis mulcere cœpit: Domine canis, Domine canis, ego fero istas literas ad Gubernatorem, obsignatam ei epistolam ostendens, & addens. Ne sæuias in me Domine canis. Hic canis, velut supplices illas, & adiectas preces sensisset: protinus mitigato impetu substitit, & sublato altero crure, vt canes ad parietem solent, eam perminxit. Ea res Hispanis, qui ferociam, & sæuitiam animalis nouerant, miraculo fuit, puduitque ipsos fœminam interficere, cui canis pepercisset;* à feris ipsis clementiam discite homines. Prudẽs (aiebat Cassiodorus) se ipse compellit. Minus cautus est, qui vrgetur ab altero: sed quia rara prudentia, & frequẽs ignauia, necesse est violentia eam sæpè comprimere. Prudenter sanè (notauit Naxera) se in Principem eligi detrectauit ille, qui nec panis habebat copiã, nec medicinæ peritiam. *Non sum medicus, & in domo mea non est panis, neque vestimentum: nolite constituere me Principem populi:* vtrumque Superiori necessarium; patris animum, pane delargito, ostentare, & medici sæuitiam referre. Non potest ad medicinæ deuenire remedia, qui priùs panis, vestimentiq; non præbuit liberalis auxilia. Aureo illo seculo, quo penes sapientes fuisse regnum Possidonius scribit, horum erat officium. Continere manus, à validioribus infirmiores tueri: suadere, dissuadere; vtilia atque inutilia monstrare. Horum prudentia, nè quid deesset suis, prouidebat; fortitudo arcebat pericula; beneficentia augebat, ornabatque subiectos. Aser sortem accipit quintam: *Cecidit sors quinta tribui filiorum Aser per cognationes suas, fuitque terminus eorum Halcath.* Quid sibi velit Aser? Moralis respondit: *Aser interpretatur carcer; & conuenit statui Principum, ad quorum spectat officium illos, quos paterna castigatio corrigere non potuit, vinculis, & carceribus mancipare.* Hic ille Aser de quo Iacob: XXIII.
Aser pinguis panis, & præbebit delicias Regibus. Genes. 49
O quàm aptè in vno Asere coniũguntur pinguem esse panem, delicias ministrare, & reos vinculis alligare, carceribusquè includere. Sed quibus Regibus Aser est panis? illis sanè, qui seipsos nouerunt regere, & ad Regis normam componere; refractarijs verò, & ceruicosis haud panis delicatus est Aser, sed carcer durissimus. Illis est carcer, quos paterna admonitio, & blanda nequiuit emendare suasio: morigeris namque præbet panis delicias, & deliciarum cupedias. Tentator ille pessi- XXIV.
mus Satan, pietatis prætextu, dum mentitur obsequium, diuinitatem aggreditur tentans, vt in panem mutaret lapides. Christus, cuius vti Superioris licet omnia videre, haud tamen arguere intererat; blande respondit *non de solo pane viuit homo.* Instetit deceptor. *Si filius Dei es, mitte te deorsum.* Iterum Dominus patientia sui, occultat perduellis perfidiã, qui adhuc non didicerat Deum cadere non posse. Tandem cum Domini tolerantià diaboli augeretur malitia, durè increpans, tartaream iussit repetere domum. *Vade Satan* Principes aduertite regimen. Bis præbuit Regum Rex exemplum patientiæ, iræ flammas semel ostendens: & cum de modestia incrementaret dæmon insolentiam, pia Christi

Margin notes: [...]merar. 1.c.38 XXI. — Var. XXII. — Iosue 9.§.20 — Isai.6. — Matth.

XXV. ira illius, frenatur audacia. Samaritanus ille misericos in hominem incidens plagis saucium, & vulneribus confossum, protinùs ex equo desiliens, hominem resouens, oleum, & vinum plagis infudit. *Alligauit vulnera eius, infundens oleum, & vinum.* Sed cur priùs oleum, & postea vinum? Optimi Principis præferebat imaginem: oleum blandè fouet, tumorem demulcet, & austeritatem nescit: vinum acriùs vrit, viuaciùs mordet. Ad olei igitur prius recurrit subsidium, sed cum crudiora essent vulnera, quæ blandis nequirent curari fomentis, fortiora adhibet remedia, vt sic medici placiditas, & vulneris denunciaretur proteruitas. *In vino morsum districtionis adhibet, in oleo mollitiem pietatis: per vinum vngantur putrida, per oleum sananda foueantur.* Apuleij Asinus Aureus cum ad Apollinis quereretur tribunal, durius quàm par esset, & intolerabili sæuitia à Domino vapulare, respondit Apollo, sibi non Domino imputaret:

Luca 10. Gregor. Boccali. Rag. 8.

XXVI. Æthiopem enim lauat, qui aquilarum moribus imbuere iumenta laborat. Quod sibi sæuum, alteri videtur pium: & sicut hominum baculus ratio est, canum lapides sunt. Cum Regio canant vati, quos iumentis haud dissimiles, vel natura produxit, vel mala educatio deformauit; *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt.* Senilem animam mollis dum exolueret sopor Iacobi Carrariensis Patauini Principis, facta sui omnibus potestate, foribusque laxatis, vt cuique insimulandi pateret aditus, & si quid aliquem defraudasset, redderet quadruplum; Laudabant omnes, vnum præter, cui pecuniam ob remissam sibi capitis damnationem, vti indebite solutam restitui petenti, generoso spiritu, sed exili voce, respondit: *si tunc iustitia in te reddita fuisset, modò non quérereris de me. Capitale erat crimen, cuius pecuniaria pœna in solius Reipub. gratiam conuersa est. Abi, nam si pecunia reddatur, tu quoque caput, pariter reddas, necesse est. Huius tantùm conscius sum sceleris, quod mitiùs, quàm merueras, mulctatus fueris.* Illis ergo metum incutias, apud quos ratio non proficit. Sit modus in rebus: plus enim committitur, quàm quod possit coercitione sanari. Lento adiutorio opus est contra mala continua, & fecunda; non vt desinant, sed nè vincant. Periculosius enim timeri, quàm despici: Necesseque est multos timeat, quem multi timent. Nemo regere potest, nisi, & qui regi. Regem æquitas regit.

Psal. 2. Scardeonius lib. XXVIII XXIX



LIBER



LIBER QVINTVS

CAPVT PRIMVM.

CAROLVS CALVVS.

Occidentis Imper. V.

1 *Caroli Calui hieroglyphicum explicatur.*
2 *Carolus Caluus nepotibus vsurpat regna.*
3 *Carmina M. Antonij Moles pro Carolo Caluo.*
4 *Carmina Comitis Cæsaris Ploueni pro Carolo Caluo.*
5 *Antiqua Micylli carmina pro Carolo Caluo.*
6 *Carolus cur Caluus?*
7 *Carolus in recte agendo instabilis.*
8 *Patrem tuetur aduersùm fratres.*
9 *Lothario fratri victo regnum restituit.* 31.
10 *Ecclesiæ prædia militibus distribuit.* 32.
11 *Comitem Barcinonensem occidit, vt Ducatum Septimaniæ lucretur.*
12 *Nordmannos auro placat.* 34.
13 *S. Mauri sacellum à Nordmannis diripitur.*
14 *Carolus Caluus à Lupo Episcopo ad meliorem frugem inuitatur.* 36. 37.
15 *A Britonibus vincitur, & fugatur Carolus Caluus.*
16 *A Nepotibus victus Carolus Caluus acie instaurata triumphans, in Monasterium nepotes detrudit.*
17 *Sanctis legibus regnum reformat.* 38.
18 *A fratre insimulatus ad Pontificẽ appellat.*
19 *Episcopos, Thronos Dei vocat.*
20 *Lotharingiã patrueli vsurpat, vt ex numis.*
21 *Filium Karolomannũ carceribus tradit.* 45.
22. *Pontifici obedire renuit.* 46.
23 *Imperium à Io: Papa (dubium) an pretio redemerit.*
24 *Oliuarum ramis à Pontifice redimitur.*
25 *A Medico Iudæo perimitur veneno.*
26 *Epitaphium Caroli Calui.*
27 *Hermendrudis prima vxor Caroli Calui, ex qua quatuor filij: & duæ filiæ.*
28 *Richildis secunda vxor Caroli Calui, ex qua duo filij.*
29 *Principum insignia, qui cum Carolo Caluo bella gessère.*
30 *Moneta aurea Caroli Calui.*
31 *Numisma pacis inter Carolum Caluum, & Lotharium.*
33 *A S. Rhemigio flagellantur vsurpatores bonorum Ecclesiæ.* 35.
34 *Nordmannos vincit, vt ex numismate.*
39 *Carolus Caluus, vt tyrannus apud fratrem insimulatur.*
40 *Galliæ Episcopi ad Concilium inuitati contra Carolum Caluum à Ludouico Germaniæ Rege, cur venire detrectauerint?*
41 *Commonitorium Episcoporum Galliæ ad Ludouicum Germaniæ Regem.*
42 *Vuenilonem Senonum Archiepiscopum Carolus Caluus, vt proditorem accusat.*
43 *Vuenilo, citatur ad Concilium.*
45 *Hadrianus Pontifex Carolum Caluum rogat, vt filium à vinculis soluat.*
47 *Romæ coronatum Carolum Caluum numisma dicit, sed Ticini in annalibus legitur.*
48 *Vincitur à nepote Ludouico Germaniæ Rege.* 24.

Diade-

I. Diademata sub libra iustitiæ litigantibus exposita, in Caroli Calui Hieroglyphico, Germaniæ, Bauariæ, Italiæ sunt, quæ post Ludouicum Caroli fratrem hæreditario iure transmitebantur in Carolomannum, Ludouicum, & Carolum cognomento Crassum Ludouici filios, & Caroli Calui nepotes respectiuè. Hæc, illegitimæ successionis dolo, & auri fraude, cuius symbolum sunt scripturæ, & numi in statera proiecti, II. nitens inuadere patruus, quia fraude detecta, & librata successio nepotibus inclinabat, Carolus ius ponens in armis, cuius hieroglyphicum libram præponderare gladio, regna nepotibus vsurpat.

EPIGRAMMA.

Allusio ad Hieroglyphicum.

Siccine tutaris Patruus malefide Nepotes?
III. *Arripis armatà, regna paterna, manu.*
Cur venit è Cælo Pueris Tutela Deorum?
Iustitiam nummo pressit, & ensæ Nefas.
Vix Astræa manu demittit ab Aethere Libram,
Nè scelus, at videat, se latuisse, iuuat.
Regna dedit nullum Tibi Ius; sub pondere Libræ,
Altera Pupillis pendet onusta Bilanx.
Altera, quæ leuior mihi Lanx non suppetit, inquis,
Hoc ense apposito, suppetat illa mihi.
Anne tibi e Geminis, quas profert Ara coronas,
Regia facta duplex Gloria, maior erit?
Imperiũ amplificas Regnis; sunt Regna, Rapina?
Fit minus Imperium, quo magè Regna rapis.

M. Anton. Moles Neap. S. Theol. D.



ALIVD.

Quid quereris spoliate Nepos? ius regnat in armis,
Atque in se Fortes omnia iura trahunt.
Nec legem, vt regnes, nec pone in lance coronas,
Aurum cum ferro ponderat Imperia.

Comes Cæsar Plouenus Patritius Venet.

Pro Carolo Caluo Carmina Micylli.

Hic fratris regni præuertit fraude nepotes,
Dum petit Augustas ambitiosus opes.
Britone dehinc victo, vastantibus omnia Mauris.
Perfidia Medici perditur ipse sui.

De eodem.

Hunc etiam bello Caluum petiere nepotes,
Qui Medici infidi fraude venena bibit.





ELOGIVM.

Sine Cæſarie Cæſarem nè mirèris,
Cincinnos glabrauit, cum iuris circinos fregit,
Caroli Magni nepos, Ludouici Pij filius.
Comparatione reſonat deterrima
Sapientiæ alopecia pilorum foret phalacroma,
Si ex Maiorum fonte, longiùs procedens,
Non decurriſſet, ſed creuiſſet vberiùs. VI.

Alopecia i. abūdantia phalacroma i. deficientia.

Caluitio exuitur, vitio induitur,
Nè lupus ſtaret in veſtimentis ouium.
Seruitutem ferens in capite,

Serui antiquitus non poterāt nutrire comam.

Radere, non tondère pecudes, quiuit.
Regalis Leo comatus naſcitur,
Tyrannus decaluatus noſcitur.
Non protoplaſti ficulnea, ſed lauro pudenda operit.
Qua callidum, vel refrigeret caput,
Vel Cœli retundat fulmina.
Innube fortè Cęlum,
Si facinore lucèret trinus, & vnus. VII.

Caroli inſtabilitas.

Patrem cum fert, parricidam ferit;

Pro patre pugnat in fratrē.

Mulcenſque mœrentem, VIII.
Inno rifti. 2. Victum fratrem victoris ſolatur Imperio,
Triumphum ducens,
Dare, non quærere regna.
Superis gratus,
Ambitionis pretio ex hoſte feciſſe fratrem.

Nithardus lib. 4 Victo Lothario licet ad idolatriam prouocaſſet Saxones, iterum Carolus Imperium reſtituit, vt labanti ſuccurreret Eccleſiæ.

(Clemens amaſſet Atropos, ſi hamaſſet ad rogum,
Quem ſæua finit adire regnum.) IX.
Gloria noui Principatus fuit, X.
nn. 843 Armatæ militiæ, militantis Eccleſiæ prædia dare,
Foſſati, & Deucotori choros locare pro caſtris.

Baronius. Hincmarus de traſlatione S. Remigij.

nn. 844 Septimaniæ Ducatus Barcinnonenſi Comiti ſuſtulit annum:
At in ſeptimo quieturus Carolus non diù Septimaniæ quieuit.

Annales apud Pithęum Occidit ducem (vt potiretur ducatu) Barcinonēſe incautū, & nil mali ſuſpicantē ibid. Aimoinus de Geſtis Francor. lib. 5. c. 20.

nn. 845 Pacem Galli cantu, ſolita dare Lutetia,
Auro, Germanique lacrymis à Nordmannis redèmit.
Canat nunc Mercurius, animamque ad Tartara mittat:
Bella gerunt armis alij, ſed Carolus auro, XI.
Hi ferro, hic auro caſtra inimica fugat. XII.
Aurea ſi tali fiunt ſub Principe Bella,
Qualia tranquillæ tempora pacis erunt?
Aurea, ſed ſacra pluuia, Martis igne reſtincto,
Dedit Iupiter fulmina Sanctis.

Baronius ex Cod. ſcripto Odonis.

Munera ſi placant Deos, non placant Sanctos,
Ab hominibus exulare coactos.
Sanctorum, Hominumque monomachia preſſa Patria,
Viuentes, querebatur in mortuos nè ſæuirent.

S. Maurus vindex in Nordmannos, qui profanauerant, eius ſacellum. i. duellum.

Si Superum haud ſeptus tumulus, XIII.
Quid erit inferorum thalamo?

Deglubentem oues non tondentem,
Misertus Lupus venit erudire pastorem.
At equus, & mulus sine intellectu, Ann. 850
Rigido duos respuens ore lupos,
A Britonnibus biduo vincitur, triduo fugatur:
Vt si non literis, edomaretur armis.
Patruelium regno, Barbarorum reparaturus iacturam
Inermia retulit arma,
Cum à minori pelleretur maior,
Superbia victoriam clepsit,
Et victoris carpento triumphans victus;
Pipinum coronauit, & Carolum, Ann. 852
Radendo, non redimendo,
Prodiga posthac ciscat iuuentus,
Si auara præscidit vetustas,
Labantem Ecclesiam legibus fulcisse Carolum,
Galliam instaurasse Galliæ, Ann. 856
Cum hominibus retulit humanitatem.
Apud fratrem, vt ouium insimulatus lupus, Ann. 858
Orbis Pastorem iudicem petijt.
Et Petri clauibus, Paulique gladio Ann. 859
Iurgia fraterna subdens,
Thronos Dei fatur Episcopos, Regumque Censores.
Rothaldo succidens, quem infructuosum succiderat. Ann. 865
Iam satis Carole,
Humana excessisti facta, si cedas Fato.
Sed heu? serò sanus, citò insanus,
Regnandi cupedinem Deorum cupedia ducens,
Hanc protulit legem,
Quidquid excelsum est, cadat,
Cadat Nepos, nec arbitratus rapinam equari maiori,
Lotharingiam Patruelis Patruus inuadit, Ann. 869
Et nè quid impietati deesset,
Filium Pater, Carolus Karolomannum Ann. 870
Struthio struit.
Fas cum Religionem
Nefas crederet Religiosum fore,
Iuramento stetit,
Cum Periurium esset inutile Regno.
Simulatione Protheus,
Execrans orando.
Pharisæorum impietate,
Phylacterijs sacris tyrannidem obtegebat. Ann. 871
Petrique Primatum
Ex Tartareis euomens eructatum cuniculis,
Sub Pontificis lege negauit Reges.
Licet Augustales fasces
Solo colligauerit annulo Piscatoris,
Empto, vel Romæ dato, Ann. 875 16. Kal. Ianuar.
Solis Cælorum clauibus postes reserauit Imperij

lmorum corrĕctionĕ. Lupus piscopus scribit ad Carolum Baronius.

XIV.
Genus freni. Ouid. 4. de Tristibus.

XV.
Regino, sed Boemos dixit cũ Sigeberto Bar. An. 850. n. 14 quib. diabolus dicitur præcessisse.

XVI.
Vincitur Carolus à nepotibus. An. Fuld. sed victoria elati, regnũ turbantes nouo prælio victi Monasterio dantur. Annal. Fulden. Sigeber. Corbeia Carolũs Suessione Pipinũ. Ecclesiæ reformatio Baron.

XVII.
Pithæus Baronius n. 46.

XVIII.
Vuenilonĕ Archiepiscop. Senonũ, perduellem accusat in Cõc. Tullensi. Duch. p 436. Ann. t. 2.

XIX.
Honorat Rothaldũ Episcopum, quem insimulauerat. Baron. Ann. 865. n. 30.

XX.
Mortuo Lothar. Lotharingiã debitã filio Ludou. occupat Aimoinus. 5. c. 24. Sacro Ritu in cõciliabulo Metensĭ ab Episcop. iniuste coronatur. Duches p. 449. t. 2. Filium carceribus tenet.

XXI.

XXII.
Iussus ab Hadr. Pp Romã Hincmarũ Laudunĕsĕ Episc. mittere qui ad Põt. prouocauerat insolenter rescribit. Baron. n. 93.

XXIII.
Annal. Fuld. Aimoin. 5. c. 31. à Io. Papa eligitur Imp. postquã munerib. Romanũ sibi sociasset Senatũ Annal. Fuld. An. 875. licet Aim. scribat Romam petisse Papa inuitante.

Oliuarum

n.877 Oliuarum à Pontifice redimitus ramis
In cupressus exaruit
n.876 Quum suorum sanguine sacras irrigauit palmas.
Iupiter, & Cæsar solo Iustitiæ sociantur in Throno.
Et frustrà legis petens auxilium, qui comittit in legem
Nouam cùm sauciasset, ad Veteris accurrit medicum,
Vnde venenum.
Præter fel, & acetum,
Quid Dijs propinet sitientibus
Iudæa non habet.
Mortalitatis calamitas
n.878 Ac si viæ morti deessent per medicamenta grassatur.
Moritur, & in Cæsarum Fastis
Eius digladiantur Virtus, & Vitium.

Oliuis Benedictis à Io. Pontif. donatur. Baron. n. 12.

XXIV. *Vincitur à Nepote, Ludouico Germanico, quē iniusto bello petierat. Aimoin. Annal. Frācor. apud Pithaum. p. 126.*

XXV. *A Iudæo Sedechia nomine, veneno perimitur. Gaguinus.*

Epitaphium Caroli Calui.

In Natuacensi Monasterio.

Hoc Domini Caroli seruantur membra sepulcro,
Conspicuus Romæ, qui fuit Imperio.
Dardanidæque simul gentis, non sceptra relinquēs
Sed potius placide regna tenens alia.
Ecclesiamque pio tenuit moderamine Christi,
Semper in aduersis tutor, & egregius.
Italiam pergens febribus corrumpitur atris
Et rediens nostris abijt in finibus.
Quem Deus excelsis dignatur iungere turmis,
Sanctorumque choris consociare pijs.
Quinta Dies mensis lumen cum panderet Orbi
Octobris Spiritum reddidit ille Deo.

Vel in Ecclesia S. Dionysij Martyr.

XXVII. *Imperio Carolus Caluus Regnoque potitus*
Gallorum iacet hic sub breuitate situs.
Plurima cum villis, cum clauo, cumque corona
Ecclesiæ viuus hunc dedit ille bona.
Multis ablatis nobis fuit hic reparator
Sequani fluuij, Ruoliique dator.

Vxores Caroli Calui Imp. II.

HErmēdrudis prima Caroli Calui vxor, cuius familia latet; ex ea nascuntur Ludouicus III. Balbus Imper.

Lotharius adhuc in teneris extinctus.

Carolus Aquitaniæ Rex; quem Albinus athleta in lucta, humi prostratum, ignarus quisnam esset, ita aflixit, vt dorso perfracto, expiraret.


Carolomannus quum in genitorem moliretur, à patre excæcatus.

Iuditha Anglorum Regis Edinulphi vxor, quam mortuo marito, ad patrem reuertentem *Balduinus* Arduēnæ saltuarius intercepit, & speciosæ feminæ debacchatus amore, & ipse pulcherrimus, nec ignobilis, volentem an non, Carolo inconsulto, sibi desponsauit. XXVIII *Annal. Francor. Sigon. Regino.*


Hermendrudis abbatissa in Monasterio Losnaniensi.

Vxor Secunda Caroli Calui Richildis est, filia Buccini, Soror Bosonis Burgundiæ Regis, ex qua duos suscepit liberos Carolum, & Ludouicum, qui annum non vixerunt. XXIX.

Aurea Moneta Caroli Calui Imper.



Principum insignia, qui cum Carolo Caluo Imp.



CAPVT II. Adnotationes Historicæ.

XXXI. *8 Victum, &c.* Victum Lotharium ad Imperium reuocat, nè Dominij libidine dimicasse crederetur. Numisma inspice.



10 *Armatæ Militiæ*. Qualibus Sacrilegijs Sacrum tunc temporis profanaretur Petri, Sanctorumque patrimonium ex Hincmaro transcripsit Baronius.

e transf. S. Remigij. XXXII. Ann. 843 9.

Quando tres fratres Reges, Lotharius, Ludouicus, & Carolus Regnum post patris sui obitum inter se diuiserunt: Episcopium Rhemense, quod tenebat Fulco Presbyter, Carolus inter homines suos diuisit. Villam Iuliacam Richuino in beneficium dedit. Cum autem vxor illius nomine Berta in Cubiculo Villæ ipsius iaceret, venit ad eam S. Remigius, dicens: Non est iste locus tuus ad iacendum; alterius meriti, & officij esse debet, qui hanc Villam habere, & in hoc cubiculo iacere debet: surge quantocyus, & hinc abscede.

XXIII. *Quod illa paruipendit, putans se visum inane videre. Altera vice venit ad eam S. Remigius, & dixit ei: Cur hic non abscessisti, sicut tibi præcepi? vide nè ampliùs hic te inueniam. Quod illa, vt priùs pro nihilo duxit. Tertio, vt venit ad eam Sanctus Remigius dixit: Nonne etiam semel, & secundò tibi præcepi, vt hinc abscederes? sed qui contempsisti hinc pergere, aliorum deportatione abscedes: & percussit illam virga, quam tenebat in manu. Quæ, toto corpore in maximum tumorem conuerso, quod vidit, viro suo Richuino, & alijs quamplurimis dixit, & per aliquantos dies seuerissimè cruciata, vitam finiuit. Cuius Corpus vir eius in Ecclesiam Sancti Remigij deportari, eamque ibidem sepeliri fecit.* Et inferius. *Licet non tam frequenter exerat Deus in perniciosos vindictam, non tamen vsquequaque inulta nostris temporibus deserit præsumptorum piacula. Nam Blithgarius quidam nuper mansum de thesauro Ecclesiæ in Villa Tenoilo pretio, apud Bernardum custodem obtinuit, vnde famulos Sancti Remigij cum flagellis eiecit. Clamantibus autem eis S. Remigium, vt eos adiuuaret; idem Blithgarius cum irrisione illis respondit: Modò parebit, qualiter vos Sanctus Remigius adiuuabit. Videte quomodo in adiutorium vestrum venit. Et inter hæc verba cum maximo clamore ingemuit; & incredibiliter inflando intumuit; sicque medius crepuit, & mortuus est, &c.*

11 *Parem, &c.* Normannorum irruptio
XXIV. licèt penes auctores certam temporis haud habeat sedem, cum ex numismate sub anno 874. triumphum videatur egisse



apud Pithæi tamèn, veteres Francorum Annales, sub anno 845. refertur. *Normanni Regnum Karoli vastantes per Sequanam vsque Parisios Nauigio venerunt, & tam ab ipso, quā incolis terræ accepta pecunia copiosa cum pace discesserunt. In Frisia quoque tribus prælijs confixerunt, in primo quidem victi, in secundis verò duobus superiores effecti magnam hominum multitudinem prostrauerunt.* Idem scripsit Aimoinus *gens Normanica Galliam irrumpens, Parrhisios vsque venit: Monasteriumque Beati Germani Parrhisijs depopulata est. Quorum Dux, Ragenarius nomine, sub Principe Horic se iactaret opulentissimum Regnum Caroli adquisisse, & Monasterium almi Germani deuastasse, & quod ibi maiorem mortui, quam viui numerum haberent; nullumque sibi restitiße præter Germanorum senem mortuum, continuò virtutem beati viri expertus concidit; ac post triduum expirauit: nec solum ipse, verum etiam, & cæteri raptores, & violatores Sancti loci dysenteriæ morbo perierunt.*

li. 5. c. 20 de Gestis Francor. Ann. 846

13 *Dedit Iupiter*. Remeantibus Normannis victoribus Bello, sed auro victis, aliud XXXV.
legitur Deus suscitasse flagellum in profanatores. Maurum nempè, vt ex scripto codice Odonis eorum temporum chronographo transcripsit Baronius. *Postquam cuncta (eius sunt verba) quæ animo conceperat, iusta Dei permissione de eodem exercuit loco Gaidulphus conuocatis amicorum, atque affinium turmis ad conuiuium apparatioris prandij: scelerate à se gesta post insatiabilem lautitiorum edacitatem ciborum, & meri nimiam potationem cunctis, qui aderant, iactantia, desperabiliter barathro demersus, referre cœpit: Ne, inquiens teterrimum genus monacorum per succedentia tempora locum hunc, vanis spebus animarum, repetere, aut vendicare valeat, cum Domorum euersione testamen-*

Est in Vaticana Biblioth. Ann. 845 n. 41.

ſtamenta ſunt ablata prædiorum, quibus ſe opinari poterant poßeſſiones tantorum recuperaturos fundorum. Nec dum verba compleuerat, cum ecce contra ſe ſuper menſam, ad quam laſciuiens reſidebat, aſtare vidit venerandi Monachum habitus, virum cuius facies igneo reſplendebat aſpectu, canicies verò comptiſſimi dignitate honoris, ſuper niuem micans, candebat. Qui ferulam manu geſtans, toruiſque aliquantiſper reſpiciens luminibus eum forti conamine calce, quidem in ventre, ferula autem in capite validè percuſſit. Qui illico amens effectus, atque caput huc, illucquè ſuper ſcapulas crebro iactans, eiulando clamare cœpit: Maure tu me interficis, Maure tu me interficis. Cumquè hæc, & alia cunctis, qui aderant audientibus oculis iam cæcatus, quos capitis percuſſione amiſſerat, frequenter repeteret, Arij mulctatus damnatione, effuſis inteſtinis infelicem (vt erat dignus) finiuit vitam particeps demoniorum effectus. Hæc ita geſta Germanus Monachus noſtræ Congregationis, qui à patruo ſuo ipſius loci Monacho, ſe ita peracta, ſicut hic inſerta ſunt, frequenter iſta audiße, confirmat, qui de eodem cœnobio cum cæteris fratribus ab ipſo peruerſæ mentis homine expulſus, ſæpe ad Domum patris huius Germani fratris veniens, cuncta ex ordine referre ſolitus erat. Aſtipulantur etiam huic aſſertioni religioſæ admodum, & reuerendæ perſonæ, quæ ab eodem tempore vſq; ad noſtram perdurantes ætatem, euidentiſſimis iſta profitentur indicijs; ex quibus ego etiam duos vidi, quos pro hoc ipſo ad me euocans, atque ab eis cuncta diligenter ſciſcitans, veriſſima, hæc eſſe prout ea ipſi oculis inſpexerant, aßeruere; addentes etiã hæc, quod poſt expulſionem loci illius habitatorum, & eiuſdem deſperabilem ſcelerati viri percuſſionem, prædia, & villæ, quorum ſubſidijs, & redditibus locus ille eatenus ſubſtiterat, perceptione ſatis iniuſta tam à Comite Andegauenſi, quam ab alijs quibuſcumque præſumptuoſæ, ac cupidæ mentis hominibus vſurpatæ ſunt, atque peruaſæ. Exinde flagella in Ferrarienſi cœnobio S. Iudoci cella, quam peregrinis exhibendam Carolus M. cõmiſerat, inter multa, quæ pro recuperatione Lupus Abbas Ferrarienſis ſcripſit, quùm violenter occuparetur à Comite Odulpho, extat Epiſtola 45. ad Carolum. *Omnipotentis Dei, quæſo recordamini, qui gratis dedit vobis vitam, nobilitatem, pulchritudinem, potentiam, laudabilemque prudentiam, & quod maius eſt omnibus, ſui cognitionem. At honorate eum in ſeruis eius, quia ipſi vtpote habenti omnia, conferre nihil poteſtis. Polliceri dignatus eſt ille: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur: Eſtote nobis nimium indigentibus miſericordes, vt pro nobis Beatitudinẽ miſericordium ipſe vobis reſtituat. Plus minuſuè quadriẽnium eſt, ex quo ſeptuaginta duo Monachi, quos ad eorum votum, electionemque mihi commiſiſtis, quiue indeſinenter vobis in diuerſa occupatis pro ſalute, ac proſperitate veſtra excubant, propter abſtractas facultates patiuntur incredibilem veſtimentorum, leguminum, ac piſcium indigentiam, & publica hoſpitalitas peregrinis iuxta conſtitutionem piorum Regum exhibenda, intermiſſa eſt: famuli Monaſterij ſqualore torquentur, & frigore, nec poßunt ſubuenire miſeris, quoniam ab alijs multitudo collecta, mihi relicta eſt, & copia vndè ſuſtentabatur, ablata. Siquidem intercedente matre veſtra Sereniſſima, Pater veſter Ludouicus Auguſtus remedium animæ ſuæ ad ſalutem poſteritatis ſupplementum hoc cœnobio noſtro contulerat. Nec tamen cum id haberemus diffluebamus abundantia, vt in delicias incompetenter ſolueremur, quia quæ regula concedit, integris facultatibus Monaſterij vix poterant procurari; nunc autem longè pauciora conſecuti, abſtinemus inuiti, algemus coacti: pueros, ſenes, atque infirmos propter inopiam non fouemus. In tanta calamitate Patri, & Matri veſtræ quotidianas preces, & annuum officium perſoluimus, quaſi quod illi contulère, poſſideamus. Fecerunt enim illi totum quod potuerunt, & domum ſuam robuſtiſſimè firmauerunt. Tangat itaquè vos affectus eorum, per quos eſſe cæpiſtis; inſtaurate illorum eleemoſynam, ingenti periculo hactenus intermiſſam, nec obliuiſcamini noſtri, etiam vos iam eleemoſyna indigetis. Tempus eſt, vt Dei timor, atque amor veſtram compungat mentem, quia iam peruenit corpus ad virilem ætatem. Nec differatis quæſo vlterius bonũ, quod vos velle dicitis, quoniam cum neſciatis, quid ſuperuentura pariat dies: tamen, quia nobiſcum quotidiè ad eius iudicium tenditis, cui veriſſimè dicitur. Tu redde vnicuique iuxta opera ſua: dubitare non poteſtis. Horribile eſt autem incidere in manus Dei viuentis. Nec vero dicere dignemini vos, non poſſe. Siquidem, vt ait Apoſtolus; Deus non irridetur. Scit ille quantum*

XXXVI

poteſtis

poteſtis conferre, qui non niſi quod iuſtum eſt, exigit, nec trepidetis timore, vbi non eſt timor. Audite potiùs benefacere, ſi in hac vita proſperè, & in futura feliciter deſideratis regnare. Cur enim non conſtanter audeatis immutare, quod nullus, iuſtum eſſe, poſſit oſtendere? Conſenſu bonorum omnium iuſtum eſt, quod poſſimus, poſſibili regali potentiæ, neceſſarium nobis, vtile, non tam nobis, quam vobis; nos enim ex hoc beneficio temporalem conſequemur vſum; vos autem accedentibus alijs bonis præmium ſempiternum. Flectant igitur pietatem veſtram iuſtiſſimæ ſupplicationes, humilimæ preces, quas maxima extorquet egeſtas. Et nunc perficere dignamini, quod tunc firmiſſimè conceſſiſtis, cum vobis Dauidicum illud fixum eſt, quod locutus ſum. Namque nec aliter decet veſtram nobilitatem, atque probitatem, quæ omnibus imitabilis eſſe debet, nec verò aliter conuenit veſtræ ſaluti, ac Reip. paci. Nos autem, nec in debito famulatu reddendo inueniemur ſegnes, & in placanda vobis, quantum poterimus Diuinitate, curabimus eſſe feruentes.

15 *Miſertus Lupus*. Anno 850. Salutis: Ætatis vero Caroli Regis 30. cum Galliç omnis graſſaretur malitia, ac renuentem Regē à Sacerdotibus leges recipere, coactum à Barbaris ſuſcipere armata iura, Lupus ad meliorē frugem, & morum incrementum ſequentibus Epiſtolis perducere ſatagit.

3. 64. Vt pacificè, feliciterque regnetis, obſeruanda vobis fideli dilectione collegi. Creatori veſtro Deo, & Iudici futuro gratias habete ſemper, &
XX- VII. agite, qui vos hactenus malis pluribus liberauit, & bonis multiplicibus exornauit; Vtiquè vobis initium profectum, atquè perſeuerantiam in bonis actibus largiatur quotidianis precibus flagitate, cum eſſetis paruuli, loquebamini, vt paruuli, ſapiebatis, vt paruuli: Nunc autem ad virilem perducti ætatē ſecundum eumdem Apoſtolum in quo euidenter Dei ſpiritus loquebatur euacuate, quæ fuerunt paruuli. Scilicet, ſtulta, atque inania declinantes, rationabilia præſenti, & futuræ ſaluti profutura ſectamini. Quæ agenda ſunt, proſpicite diligenter, & rectractate ſubtiliter commune, quale conſilio cum Dei veſtriſquè perfectè fidelibus; quia id Diuinum nos inſtruit eloquiū. Qui ſibi nequam eſt, cui bonus erit? Nec vos cuilibet, ita ſubijciatis, vt ad eius arbitrium omnia faciatis: Cur enim Regium nomen prætenditis, ſi Regna neſcitis? vt Pace cunctorum dixerim, non expedit vobis, & populo, vt aliquem vobis æquatis, ne dum proponatis. Quoniam Deus, qui ſcit, quid ſit in lumine, præmonet: Ne des poteſtatem filijs tuis in vita: quia melius eſt, vt illi te deprecentur, quam tu illos, ſi filijs hoc non eſt concedendum, quanto minus alijs? Vicem vos gerere Dei, quis ignorat; at ipſe dicit, gloriam meam alteri non dabo. Non admittentur ergo à vobis monitores, quos Baiulos vulgus appellat, nè gloriam veſtram ipſi inter ſe partiantur, & meliorem amorem alienant à vobis. Imitatione Dei, nolite perſonaliter iudicare, ſed in cauſa eadem diues, mediocris, & pauper eumdem vos ſentiant, vt ſit quod potentes terreat, & quod mulciat, non reſiſtentes. Benè ſemel geſta nunquam niſi in meliùs mutaueritis, vt fidem veſtram, atquè conſtantiam cuncti mirentur. Fugite leuitatem, morum maturitatem apprehendite, vt veſtra probitas cunctis poſſit prodeſſe ſubiectis. Vitate malorum ſocietatem, quoniam, vt ſcriptum recolitis; Corrumpūt bonos mores colloquia mala. Amplectamur bonorum collegium, quoniam cum ſancto, ſanctus eris, & cum viro innocente, innocens eris. Et apud eumdem Regem, & Prophetam pulcherrimè dicitur: Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat: &, Nè metuatis Potentes, quos ipſi feciſtis, & quos cum vultis, extenuare poteſtis. Nè confidatis in Principibus, in filijs hominum, in quibus non eſt ſalus; ſed transferte ſpem veſtram ad Deum, qui fecit Cælum, & Terram, qui cuſtodit veritatem in ſeculum. Concipite honeſtam virtutem, vt quod vos non decet præſtare, nemo ſcienter à vobis audiat poſtulare. Cogitate multa, nè dicatis omnia; quia vel iuxta diuinam Scripturam. Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit ab anguſtijs animam ſuam. Vel iuxta ſecularem literarum ſententiā. Quòd occultum velis, nemini dixeris. Quomodo namque poteris ab alio exigere ſilentium, quod tibi ipſi non præſtas? &, Non poteſt vox emiſſa reuerti. Communem vtilitatem, & opportunitatem omnium cariſſimam vobis omnes intelligant, & certatim omnes ſibi vos præferre contēdet. Diuinas, & humanas leges iuſtas dumtaxat nemo ſinatur contemnere, quia malorum impunitas vitiorum ſemper peperit incrementum. Humilitas cuncta opera veſtra venuſtet, quia ſcriptum eſt. Quid ſuperbit terra, & cinis? Et quanto magnus eſt humilitate, in omnibus, &

coram

coram Deo inuenies gratiam. Et ipse Redemptor noster admonet. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animi vestri. Eleemosynis assiduis Deum vobis placate, secundum illud. Miserere animæ tuæ placens Deo; quia, vt sacræ continent literæ; Eleemosyna à morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras. Saluator quoque hanc ita commendat: Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Glorificate Deum in omnibus, quia ipse testatur: Qui glorificat me, glorificabo eum, & qui contemnunt me, erunt ignobiles. Rex, & Propheta eximius sic sibi Deum proponit. Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Hæc studiose custodientes, Deo, & bonis quibuscumque placebitis: rebelles Dei, vt credimus, vobis pugnantibus comprimetis, atq; vincetis: & post Regnum temporale, ac laboriosum consequemini sempiternum, & vere quietum.

Sic in Epistola 93.

Explicari facile non potest, quam cupiam, Domine mi Rex Gloriæ Carole, Ego vltimus vester famulus in omnibus vestram prosperitatem, & spiritualem, & secularem; propterea aliquoties, & verbis, & scriptis vltrò me ingessi, vt mea deuotio, opitulante Dei gratia, vestræ prodesset felicitati. Nunc etiam, quod vtilissimum vobis, & vestro Regno multa meditanti occurrit, paucis aperio. Obseruantia iustitiæ, non solum apud Dominum meritum vobis comparat; verum etiam terrenam potestatem confirmat. Bonorum societas perfectam vobis, & laudem parit ad exemplum Beati Dauid, qui se imitandum proponens, ait. Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Segregatio etiam peruersorum, æquè laudabilis est, vt idem ipse Dauid instituit: Non habitabit in medio Domus meæ, qui facit superbiam: qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum. Quod autem fidelissimus quisque debeat esse familiarissimus illa sententia instituimur: Quæ pestis ad nocendum efficacior esse potest, quam familiaris inimicus? Quorum Consilio Republica Domino faciente (de quo dicitur; Fiat Pax in virtute tua) possit esse tuta, & quieta, sanctæ literæ his verbis insinuant, Multitudo Sapientium sanitas est orbis terrarum. Item intelligunt, quod non est sapientia, non est prudentia, non est Consilium cōtra Dominum, & in Dauidis consilijs ab æquitatis tramite non recedunt. Vnde eadem consilia ab ipso Domino ad vtiles rediguntur affectus. Alibi etiam satis hic apertè docemur, vbi legimus: Consilium semper à sapiente require. Sapientem hic intelligimus, quem aut experientia docuit, aut lectio erudiuit, aut inspiratio Diuina cæteris pretulit magnum aliquid fieri. Quæso recolite memoria illud, quod prudentissime dictum est. Antequam incipias consultio, & vbi consulueris maturè facto opus est. Sic enim, & præcipitatio vitabitur, & nociturna dilatatio. Romani Orbis terrarum Domini quibus Consiliarijs vsi sint, hac vna, & breui sententia ad vestram, nostramquè vtilitatem considerare dignemini: Fidum erat, & altum Reipublicæ pectus, curia silentiquè salubritate munitum, & vallatum vndique, cuius limen intrantes abiecta priuata charitate publicam induebant. Tales quæso, tales quærite, qui publicam dilectionem, hoc est totius Populi preferunt priuatis commodis, & miserante Domino, motus isti molestissimi: conquiescent. Imperatorum gesta breuissimè comprehensa vestræ maiestati offerenda curaui, vt facilè in eis inspiciatis, quæ vobis imitanda sint, vel cauenda. Maximè autem Traianum, & Theodosium, suggero contemplandum, quia ex eorum actibus multa validissimè poteritis ad imitandum aßumere. Ita diuinissimè regnetis, vt semper Deus regnet in vobis.

Item ex Epistolam 96.

Glorioso Domino precellentissimo Regi Carolo integrè fidelis Lupus. Cum à vestra maiestate digrederer præcepistis, vt impendente Quadragesima, quædam vobis dirigerem, vnde caperetis fructum aliquem ædificationis. Sermonem itaq; Beati Augustini, in quo iurandi consuetudinem dissuadet, quamquè sit ferale periurium ostendit, vestræ prudentiæ destinaui, profuturum vobis plurimum credens, si vobis admonentibus, quidam assiduè iurare desistant, & quòd rectè iurauerint, non contemnant. Non adulandi vitio in gratiam vestram dico, sed desidero salutis eorum, qui nobiscum in Cælum inuocant, quicumque fidem vobis iureiurando firmauerunt, si ab ea saltem latenter deficiunt, iam sibi mortem animæ intulerunt, nec possunt esse Filij Dei, qui nolunt esse pacifici. Admoneantur ergo nostra industria, sui periculi, & saluberrima institutione tanti Doctoris ad correctionis remedium inuitentur. Misi præterea celsitudini vestræ gemmas, quas dudum opifex noster exculpendas, & poliendas

liendas acceperat, quarum formam, atque nitorem si approbaueritis memorato artifici gratulabor. Opto, & Oro, vt benè semper agatis, & propitio Deo, felici successu diutissimè gaudeatis.

-on. 1. n.856 17 *Labantem Ecclesiam.* In Gallia vndiq; grassante malitia in Sanctuario, & in capite, Sacerdotibus scilicèt, & Iudicibus, vulnus; ad meliorem frugem Concilium habuit Carolus in Villa Carisiaci, vt ex Antonij Augustini Codice transcripsisse Baronius profitetur. .20. .22.

XX- VIII. *In nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis Carolus Dei gratia Rex Illustris, Episcopis, & dilectis, ac fidelibus Missis illustribus Comitibus nostris salutem. Notum sit fidelitati vestræ, quia Decimoquinto Kalend. Martij, secundum sacram auctoritatem synodum venerabilium Episcoporum, ac Conuentum fidelium nostrorum, apud Carisiacum fecimus conuenire. Cum quibus inter cætera Ecclesiastica vtilitatis, ac Regni necessitatis negotia, considerauimus, qualiter rapinæ, & deletiones, quæ partim occasione superirruentium paganorum, partim mobilitate quorundam fidelium nostrorum in Regno nostro per eos etiam, qui Ecclesiam Dei defendere, & tueri, & Regni soliditatem, & quietem debuerant prouidere, grassantur: aliquo modo, annuente Domino, sedari valeant, & amoueri. Quorum consultu decreuimus, vt quia peccata, quæ in suo initio, vt sunt, magni ponderis æstimantur, pernicioso processu ipso etiam exitiabili supra ius mentis loquantur, & quasi insensibilis: ac si quando resipiscere moliuntur casibus suis obligent, vt si resurgere velint, non possint. Antequam censura Ecclesiastica, ac legales sententiæ huiusmodi prædatores terribiliter, & damnabiliter feriant, Episcopi quique in suis Parochijs, & Missi in illorum Misaticis, Comitesque in eorum Comitatibus pariter placita teneant, quo omnes Reipublicæ Ministri, & Vassi Dominici, omnesque quicumque, vel quorumcumque homines in ijsdem Parochijs, & Comitatibus, sine vlla personarum acceptione, & excusatione, aut dilatione conueniãt. Et Episcopi illius Parochiæ breuiter annotatas sententias de huiusmodi causa, Euangelicæ, videlicèt, & Apostolicæ, & Propheticæ auctoritatis, nec non, & decreta Apostolica, atque Canonica omnibus relegant, & aperto sermone cunctis, quale, quantumque peccatum sit, & qualẽ, quantamque pœnitentiam, & quam immanem seuerissimam vindictam exposcat, cum alijs debitis, & necessarijs, atque vtilibus prædicationibus innotescere curent. Missi quoque legales sententias, sicut eas cognitas habent annotent, & prædecessorum nostrorum Regum, atque Imperatorum, nostraque capitula de hac causa in vnum collecta omnibus nota fiant. Et Episcopi Dei, & Apostoli auctoritate, tales deprædationes omnibus interdicant, & Missi, & Comites nostri cuncti ex Regio nostro banno prohibere firmiter studeant, & cognoscant omnes, quia si ab hinc in antè in Regno nostro talia facere aliquis præsumpserit, secundum Diuinas sententias specialiter excipiet sententiam, & secundum Leges, ac Capitula Regia emendari cogetur, & secundum iudicium fidelium nostrorum condignam vindictã suscipiet. Et si talis persona fuerit, vt Episcopi, & Missi nostri, ac Comites in illorum ministerijs, quòd prauum actum fuerit, potuerint emẽdare, secundum præfixa monita, illud emendare studeant, aut per fideiussores ad nostram præsentiam venire faciant. Si autem aliquis quiscumque inobediens extiterit, cum summa festinatione nobis notum facere curent, vt quanto citius ad nostram præsentiam illum venire iubeamus, & dignam vltionem, secundum Iudicium fidelium nostrorum sustineat. Et si (quod absit) talis emerserit, qui Dei timorem postponat, & Ecclesiasticam auctoritatem contemnat, ac regiam potestatem refugiat, fiat quiscumquè ille fuerit, quia, & secundum canonicam auctoritatem ab omnium Christianorum cœtu, & Sanctæ Ecclesiæ consortio, & in Cælo, & in Terra alienus efficitur, & Regali potestate, atque omnium Regni fidelium vnanimitate, sicut Dei, & Ecclesiæ inimicus, & Regni deuastator persequetur, vsque dum à Regno exterminetur. Et si aliquis Comes fuerit, qui hoc in suo Comitatu fecerit, aut ibi talia increscere permiserit, & ipse illa non emendet, aut nota nobis, non fecerit, vt nostra auctoritas talia corrigat; sciat quia talem sententiam indè sustinebit, sicut tempore antecessorum nostrorum consuetudo fuit. Et si aliqui itinerantes deprædationes, & rapinas per Regnũ nostrum fecerint, & Episcopi, sui Missi, & Comites hoc emendare non potuerint; quam citiùs possint, nobis notum facere curent; vt iubeamus ipsos deprædatores per eamdem viam cũ Misso nostro redire, & illa omnia, quæ alij egerunt legaliter emendare, & talem armiscaram*

ſicut à nobis iuſſum fuerit, aut iudicium, ſicut cum fidelibus noſtris conſiderauerimus ſuſtinere, ſi antè dilecti fratris noſtri, ac nepotum noſtrorũ homines fuerint, qui talia egerint, et hoc nobis innoteſcat, vt illis nota faciamus. Et illi ſuos homines, ſicut illis melius viſum fuerit, de talibus caſtigare procurent, ſicut & nos noſtros homines caſtigare volumus. Si in illorum Regnis indecentia, & aliqua noxa (quod abſit) facere præſumpſerint: admonendi ſunt, qui in aliena rapere contendunt, vt ſolicite audiant, quod veniens in iudicio, Dominus dicat: Eſuriui, & non dediſti mihi manducare, &c. quibus dicit; Diſcedite à me maledicti in ignẽ æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius. Hinc ergo colligendũ eſt, quanta damnatione plectendi ſint, qui aliena rapiunt, ſi tanta animaduerſione feriuntur, qui ſua indirecte tenuerunt. Perpẽdant quo eos obliget reatu res capta, ſi tali ſubijcit pœnæ non tradita. Perpẽdant quo demeretur iniuſtitia illata, Si tãta percuſſione digna eſt pietas nõ impenſa. Audiant raptores, qui multiplicant non ſua vſquequaq; & aggrauant cõtra ſe denſum lutũ! Denſum lutum contra ſe aggrauare, eſt terrena lucra cum pondere peccati cumulare. Audiant, quid Chriſtus dicat: Quid prodeſt huomini, ſi totum Mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur: ideſt, quid prodeſt homini ſi totum, quod eſt extra ſe congregat, & hoc ſolum, quod ipſe eſt, damnat. Audiant illi, qui rapiunt in hoc ſeculo, deficient autem, & in ſeculo demittent; ſed ſecum ad iudicium cauſas rapinæ, ideſt, damnationem ſecum ferrent: vt alibi ſcriptum eſt. Audiant, quia Propheta Iſaias dicit: Rapina pauperis in domo veſtra, & cauſa Viduæ, non ingreditur ad eos, et lacryma Viduæ vſque ad maxillam deſcendit; & Dominus non delectabitur in illis. Audiant, quia in cuius domo rapina eſt, ſiue in domo corporis, ſiue in domo manſionis, non habitat in domo Spiritus Sanctus, ſed Spiritus malignus. Et ſi accedit ad communionem Corporis, & Sãguinis Chriſti, ante dignam ſatisfactionem, non mundatur per illã Communionem à peccato, ſed plenius, ſicut Iudas, quando in Cœna plenus rapina, & iniquitate communicare præſumpſit de manu Chriſti, poſſidetur à Diabolo; vnde, & ſuſpenſus crepuit medius. Ad quem Cauſa viduæ non ingreditur, nec ipſe ſi digne non ſatisfecerit, in Cæleſtem Eccleſiam intrare valebit. Audiant raptores, quid iterum Propheta dicat. Qui prædaris, nonne, & ipſe prædaberis? Videlicet, quia ille, qui prædatur res pauperum, & Eccleſiarum, ac ſeruorũ Dei deprædatur à Diabolo, et præda illius fit. Audiant, quid S. Apoſtolus dicat, per quem locutus eſt Chriſtus, & qui raptus fuit vſq; ad tertium Cælum, et qui raptus fuit in Paradisũ, & audiuit talia ſecreta verba, quæ nõ licebat hominibus loqui: ait namq; Quia neq; rapaces, neque homicidæ, neque adulteri Regnum Dei poſſidebũt. Ille intẽdat quale, quantumquè peccatum eſt rapina, quam cũ adulterio, & homicidio factus comparauit Apoſtolus. Itẽ ipſe dicat: Si quis fornicator, aut adulter, aut Rapax aut homicida eſt, cum huiuſmodi nec cibũ ſumere Chriſti diſcipulo, (ideſt) Chriſtiano licet ante ſatisfactionem, ideſt, correctionem, ac emendationem, & dignam pœnitentiam. Audiant, quod Sanctus Ioannes Apoſtolus electus, & dilectus Chriſti, qui in Cœna ſupra pectus, eius recubuit, talem hominem ſalutare vetat, dicens: Nec Aue dixeris, nec in Domum receperis. Audiant, quid in Toletano Concilio Sancti Epiſcopi, qui in Cælo, & cum Deo regnant, & in terris miraculis coruſcant de totius Mundi partibus congregati decreuerũt. Si quis de potentibus Clericum, aut quemlibet pauperẽ, aut Religioſum expoliauerit: et mandauerit ad ipſum Epiſcopus, vt eum audiat, et ſi contempſerit; inuicẽ mox ſcripta percurrant per omnes Prouinciæ Epiſcopos, quoſcumq; adire potuerint, vt excommunicatus habeatur, donec audiat, et reddat aliena. Ecce de pauperum raptoribus. Audiant Raptores, et prædones rerum Eccleſiaſticarum, quod Sanctus Anacletus Papa, ab ipſo Petro Apoſtolo Presbyter ordinatus cum totius Mundi Sacerdotibus iudicauit: dicit namquè: Qui abſtulerit aliquid Patri, vel Matri homicidæ particeps eſt. Pater noſter ſine dubio Deus eſt, qui nos creauit, mater verò noſtra Eccleſia, quæ nos in Baptiſmo regenerauit: Ergo, qui Chriſti pecunias, et Eccleſiæ rapit, vel fraudat, homicida eſt, vtq; homicida ante conſpectum iuſti Iudicis deputabitur. Qui rapit pecuniam proximi ſui, iniquitatem operatur: qui autem pecuniã vel res Eccleſiæ abſtulerit, ſacrilegium facit, et vt ſacrilegus iudicandus eſt. Item S. Vrbanus Papa, et Martyr: Res, et facultates Eccleſiæ oblationes appellantur, quia Domino offeruntur, et vota sũt fidelium, et pretia peccatorum, et Patrimonia pauperum. Si quis illa rapuerit, reus eſt damnationis Ananiæ, et Sapphiræ, et oportet huiuſmodi tradi ſatanæ, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini. Item ſanctus Lucius Papa: Rerum Eccleſiaſticarum, et facul-

facultatem raptores, à Liminibus fanctæ Ecclefiæ anathematizatos Apoftolica auctoritate pellimus, et damnamus, atque facrilegos effe iudicamus: et non folùm eos, fed etiam omnes confentientes; quia non folùm, qui faciunt, rei iudicantur, fed etiam, qui facientibus confentiunt. Par. enim pœna agentes, et confentientes comprehendit. Et Sanctus Auguftinus in fermone Euangelij Sancti Ioannis, ita dicit. Fur facrilegus loculorum facrorum, et Dominicorum eft Iudas; et qui aliquid de Ecclefia furatur, et rapit, Iudæ perdito comparatur. Item in Sacris Canonibus Sancto Spiritu dicatis, et Chrifti fanguine confirmatis fcriptum eft: Si quis oblationes Ecclefiæ extra Ecclefiam accipere, et dare voluerit præter confcientiam Epifcopi, et eius, cui huiufmodi officia commiffa funt, nec cum eius voluerit agere Confilio, anathema fit, Epifcopus autem omnibus dicere debet, quid anathema fit, et nè difperent oftendere debet quamdiù duret anathema, ideft, quamdiù quifque errorem non corrigit, et digna fatisfactione non emendat, vt reconciliationem, et indulgentiam valeat promereri. Si quis vero ante fatisfactionem, et reconciliationis indulgentiam in peccatis fui perfeuerans mortus fuerit, iam anathema perpetuum ad mortem pro quo non dicit Apoftolus, vt oretur. Sed et plura fi neceffe fuerit Epifcopus quifque colligere, et dicere procurabit.

18 *Apud fratrem.* Galliarum turbato regimine, Carolum, vt tyrannum apud Ludouicum fratrem Germaniæ regem infimulant.

e Ann. ter. rancorū ibus. nu.858 XXIX

Menfe autem Iulio collectis, et ordinatis exercitibus ireque profectis, repentè Die media fubijt Regem curarum maxima moles. Legati enim ab occidente venerunt Edalhartus Abbas, et Otho Comes poftulantes eum, vt populo periclitanti, et in anguftia pofito prefentia fua fubueniret. Quod nifi celeriter fieret, et ex parte eius fpe liberationis priuarentur à Paganis cum periculo Chriftianitatis quærere deberent defenfionem, quam à legitimis, et orthodoxis Dominis inuenire non poßent, Tyrannidem enim Caroli fe diutiùs ferre non poffe, teftati funt, quia quod ex eis pagani extrinfecus nemine refiftentè aut fcutum opponente, predando, captiuando, occidendo, atque vendendo reliquiffent, ille intrinfecus fubdole fæuiendo, videndo difperderet, nec quemquam effe in omni Populo, qui iam promiffionibus, aut iuramentis eius fidem adhiberet cunctis de bonitate illius in difperationem cadentibus. Quibus auditis Rex grauiter conturbatus eft. Duplici enim premebatur anguftia, quoniam fi Populi votis acquiefceret, contra fratrem, quod impium effet, agere deberet: fi autem fratri parceret à periclitantis Populi liberationem, quod æquè impium eßet, ceffare deberet. Ad hoc acceffit etiam non modicus anguftiarum cumulus, Vulgi, videlicèt æftimatio, fufpicatur totum, quod actum fuerit in huiufmodi negotio, non voto fieri Populo condolentis, fed fola intentione regnum dilatare cupientis. Quod longè aliter effe, quam fe vulgi fert opinio, cuncti confiliorum Regis confcij veraci fermone teftantur. In ifta igitur curarum moleftia pofitus, tandem Confilio fapientium acquiefcens, fimul & confcientiæ fuæ puritate præditus maluit multorum vtilitatibus confulere, quam vnius hominis pertinaciæ confentire: præcibufquè legatorum fauens, votis Populi præfentiam eius defiderantis, cum Diuino adiutorio fe ad futurum promifit. Mediante autem menfe Augufto VVangioni collecto comitatu per Alfatiam profectus: venit in Galliam ad Villam Regiam in Regno Caroli, quæ vocatur Panticona, vbi occurrerunt ei ferè omnes Primates partium illarum exceptis eis, quos tunc Carolus fecum in præfidio habuit, pugnans contra Normannos fupra Ligerem fluuium, qui vt audiuit Ludouicum effe intra terminos Regni fui, dimiffa obfidione, cum exercitu occurrit, in loco, qui vocatur Briacus, viafq; multitudine Orientalium fimul, & eorum, qui è fui contra Tyrannidem eius coniurauerant, cum fe virtute cerneret imparem, nec poffe fine grandi periculo fuorum cum fratris copijs in acie congredi, difpofito tamen, & quafi ad pugnandum milite ordinato ipfe quidem cum paucis latenter abfceffit. Exercitus verò in loco certaminis derelictus cognito ducis abfceßu ad Ludouicum trãfiuit. Ille verò fedato impetu populi Carolum perfequi cupientis ad difponenda Regni negotia, quafi libera vtens poteftate, diligentiam, curamquè conuertit. Et primùm quidem nimis incauta ductus fecuritate, omne robur totius exercitus, quem ab Oriente fecum adduxerat, remifit

in Patriam, frustrà in desertores, & proprij Domini proditores spei suæ fiduciam ponens, quorum etiam consilio ibi decreuit hiemare, ignarus per omnia imminentis sibi periculi, quod ei parabatur ex parte Caroli, cuius animum ad vtilitatem iniuriarū suarum erexerat filij Conrati Comitis; Ludouicum securum, & paucos esse, qui cum eo ex suis remanserant indicantes: quos ille quidem quasi sibi fideles ad explorandos, sibique renunciandos actus Caroli transmiserat. Illi vero fidem mentiti, & Carolo coniuncti, quomodo Ludouicus ex improuiso cum multitudine exercitus obrueretur, tota intentione moliebantur. Interea nunciatum est, ei in Oriente Rempublicam Sorabici limitis esse turbatam; eo quod Sorbari, duce eius Ezistibro nomine, sibi fidelissimo, insidiose, perempto, defensionem meditarentur. Ac per hoc, ille quidem ad comprimendam seditionē exortam in Regnum suum quanta potuit celeritate regressus est. Carolus verò post discessum eius, sedem Regni sui nullo aduersante, sine difficultate, recepit.

Verùm cum Ludouicus sola duceretur pietate, Episcoporum Consilio, imminentibus tentauit occurrere malis, antequàm arma experiret; quo voto Galliarum Episcoporum Concilium inuitauit. Sed pauidi nè pietatis prætextu tyrannidem moliretur, detrectantes venire, sequenti rescripserunt Epistola, cuius inscriptio.

XL. *Ex Antonij Augustini Codice trāscripsit Baron. Ann. 858 n. 18.*

Hæc, quæ sequuntur, Capitula miserunt Episcopi Prouinciarum Rhemensis, & Rothomagensis à Carissiaco palatio, quo conuenerant per Vuenilonem Rothomagensem Archiepiscopum, & Exchanraum Catalaunensem Episcopum Hludouico Regi in Attiniaco palatio consistenti. Anno Incarnationis Dominicæ octingentesimo quinquagesimo octauo, in mense Nouembris. Domno Hludouico Regi glorioso, Episcopi Rhemorum diæceseos, atque Rothomagensis, qui adesse potuimus. Literas admonitionis vestræ quique nostrorum habuimus, quibus iussistis, vt vobis octauo Kal. Decembris Rhemis occurreremus, quatenus ibi nobiscum, & cum cæteris fidelibus vestris de restauratione Sanctæ Ecclesiæ de statu, et salute Populi Christiani tractaretis. Sed nos ad placitum illud occurrere non potuimus, et propter incommoditatem, et breuitatem temporis, et propter inconuenientiam loci, et (quod est lugubrius) propter compassionem tumultus exorti; sed et Diuinis legibus, quas, & vos obseruaturos cum fratribus nostris, nobis denunciastis, cautum esse dignoscitur, quia sicut, nec Archiepiscopi sine Episcopis, ita nec Coepiscopi sine Archiepiscoporum literis nos voluimus de Conuentu habere sermonem. Quapropter nouerit vestra sublimitas, quia mandatum vestrum nostra non contempsit humilitas, sed (sicut longè est ante nos dictum) qui iubet impossibile, facit se contemptibilem. Sed, & tractatum de restauratione sanctæ Ecclesiæ, & Statu, & salute Populi Christiani, quod nunc vos nobiscum habere velle dicitis; iustius, & rationabilius illud haberi potuisset; si nostris, quin potius Diuinis consilijs, & obseruationibus superno respectu obtemperare voluissetis, quia non nostra scripsimus, mandauimus, sed quæ dictante charitate, quæ Deus est, in literis sacris inuenimus, & quæ Naturæ insita recognoscimus. Cæterumque contra illa, quæ scripsimus, mandauimus, diximus, acta sunt, vel aguntur naturalis legis morbus, & vitium etiam animis sapientibus esse dignoscitur. Qua de re prudens quisque respiciat, & sapiat, quam granditer Deus offenditur, quando in sic grandibus, & apertis non ignoranter pecatur. Vnde scriptum est descendant in Infernum viuentes, idest, labantur in peccatū Psal. 54
scientes, quæ Diuina permissione meritò mundi patientis, propter communia peccata nostra pastorum scilicet, & gregum propter delicta Regni eueniunt, sicut scriptum est: immissiones per angelos Psal. 77
malos, viam fecit Dominus semitæ iræ suæ. Tamen sicut Dominus protestatur, non erit sine vltione vindictæ; nec ipsa virga furoris Domini. Sic legimus, sic audiuimus, sic vidimus, & pro certo, sic citò videbimus. Quoniam licet peccatores simus, sed pœnitentes, & in Diuina clementia fortiter confidentes, ministerium sacrum operante Spiritu Sancto suscepimus, sine quo sacra non ministramus. Nam nobis dictum à veritate Matt. 10.
veraciter scimus. Non vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Et licet Dominatio vestra melius nouerit, de quibus scriptis mandatis, & dictis dicamus; tamen non ab re est, si etiam, & nos illa ad memoriam vestram reducamus. Primo, quidem, quod per Hildeganum venerabilem Episcopum scriptis, & dictis: Secundo per Aeneam Parisiorum Episcopum literis, & verbis, deinde per Hincmarum Rhemensem, & Vuenilonem Rothomagensem Archiepiscopos, item per eosdem cum

aliis,

alijs, quos ipsi vocastis, ea quæ saluti fuerint congrua sufficienter audiatis, quando, sicut & ante, petiuimus, vt frater vester, & omnes fideles illius, ante vestram fideliumque vestrorum præsentiam in rationes loco, & tempore congruo venissemus, & quæ male gesta fuerunt, vestro Consilio, et auxilio, cum Dei adiutorio fuerint emendata. Pro quibus omnibus non obaudientibus valdè timemus, quod dicitur: sermonem meum
Ioan. 15. *seruauerunt, et vestrum seruabunt, et reliqua, quæ Dominus comminatur. Et si illa non sunt exaudita, putari potest, quod nec ista, quæ vos dicitis, apud nos velle quærere, et audire, exaudientur. Videturque quibusdam, vt sicut Dominus quandò quæsiuit ficus in ficulnea, cui maledixit, cum non esset, teste Euangelio, tempus ficorum aliud voluerit significare: ita, et in hoc citato, et incongruo Conuentu, remota Dominationis vestræ sinceritate, de qua nihil contra puritatem volumus autumari, haud alia quædam possunt intelligi. Et quia Beatus Petrus omnem monet*
1. Pet. 3. *Episcopum, vt paratus sit ad satisfactionem omni petenti se rationem, quæ nunc videmus, pro tempore damus fideliter Dominationi vestræ Consilia. Primo quidem in ipsa radice Cordis aduentum vestrum in hoc Regnum inspicite, et coram oculis Domini, cui secundum Psalmistam, cogitatio hominis confitetur, statera æquitatis*
Psal. 75. *ponderate, et quid hortatores, et consiliarij, ac laudatores vestri, vobis dicant, ad cor reducite, et quidquid ad commendationem aduentus vestri inuenire, et dicere poteritis, vestram conscientiam interrogate; et si talia substinere vultis, qualia facitis, indicate. Et illam horam, qua certi estis, quia, nullo modo poteritis effugere, quando anima vestra de Corpore exierit, ante mentis oculos ponite. Quando totum Mundum, et omnem potestatem, et omnes diuitias, et ipsum Corpus derelinquet, et sine adiutorio vxoris, ac filiorum, et sine solatio, et comitatu Drudorum, atquè vasorum, nuda, ac desolata exibit; et quidquid cogitauit, et ordinare disposuit infectum dimittet, sicut dicit Scriptura: in die illa peribunt omnes co-*
Ps. 145. *gitationes illorum, & videbit omnia peccata sua, & sentiet, videns diabolos se constringentes, quidquid contra charitatem, & fidem debitam cogitauit, parabulauit, & fecit in isto seculo, & per dignos pœnitentiæ fructus non emendauit, ante oculos semper habebit, & effugere volet, & non valebit. Nam certum est, quia ad omnes homines, quando egrediuntur è corpore, veniunt diaboli, & ad iustos, & ad peccatores, sed & ad ipsum Christum venit, in quo suum nihil inuenit, sicut scriptum est. Venit Princeps huius Mundi, & in me non habet quidquam. Et credes nobis* Ioan. 14.
veraciter Rex, vtinam semper bonè, & Christianè, nec longè est, sed satis, & plusquam speratur, prepropera inest illa hora; propterea non te seducant ista, quæ vides. In tempore quippè Patris vestri vidimus, per aliquos incœpta, & facta, quæ in tempore isto, per istos, qui ista conficiunt, videmus fieri, & per alios videbantur compleri. Et quando tibi adueniet hora exitus tui, sicut rident nunc, quando per te obtinent, quæ volunt; in hora voluntatis suæ, sic ridebunt in hora exitus tui, & quærent, quomodo per alium teneant, quæ per te obtinuerunt. Quod, & fieri potest, vt quidam etiam pereant in tempore suo. Sed, & illi nisi dignam pœnitentiam egerint, miserabiliter ad illam horam venient exitus sui, sicut venerunt, & illi, qui defecerunt à Patre suo cum fratre suo. Nam & illi ordinantes seditiones in Paternam reuerentiam, sic, & isti vos excitantes in fraternam dilectionem, nomen pacis, & statum Ecclesiæ, & salutem, & vnitatem Populi obtendere studuerunt: sed latebat sub melle venenum. Et completum est in illis Psalmistæ dictum: Qui loquebantur Pacem Psal. 84.
cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum, & quæ sequuntur. Et receperunt illi in seculo isto, quæ nota sunt, sicut, & receperunt in seculo altero, quæ in Iudicio plenius cognoscentur. Quorum isti intuentes exitum, timere debuerant actionem. Quid facient, si illos respexerit Dominus, qui respicit humiles, & custodit paruulos? & sic pestilento flagellato sapientior erit paruulus, vt scriptum est, et sapiet. Quia non repellet Domi- Prou. 19.
nus Plebem suam, nec obliuiscetur in finem: quoniam propter miseriam inopum, et gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus. Alioquin sicut tunc illis dixit, ita et nunc dicit Dominus Psal. 11.
istis: Tacui, nunquid semper tacebo; quasi parturiens, clamabo: Non dum venit hora mea, sed Isa. 42.
hæc est hora vestra, et potestas tenebrarum. Et Luc. 22.
quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis, quia venient dies in te Rogæ tibi, quæ sumus in tali loco, vbi bene possis intendere afferri homiliam Sancti Gregorij legere in lectione Euangelij, quæ incipit. Videns Iesus Ciuitatem, fleuit super illam.

illam. Precamur vos, Domine, vt diem ante mentis oculos habeatis, quando cum omnibus hominibus animam vestram proprium Corpus recipiet, & venietis ante faciem æterni Iudicis in cõspectu omnium Angelorum, & hominum. In qua die (sicut fecit Sanctus Paulus) iudicabit Dominus vnumquemquè non per aliud testimonium, sed occulta vniuscuiusque per cogitationes accusantes, aut etiam quando recipiet vnusquisque proprij Corporis prout gesserit, siue bonum, siue malum. Et non despicientur tunc nostra verba, quæ scripsimus, ab eis, qui nunc illa contemnunt, quando sine dubio replicata erunt in testimonium in ipso tremendo Iudicio. Et nullus illorum, te nunc adiuuabit, qui nec seipsum adiuuare sufficiet, quando ibunt, qui talia agunt (qualia audiuimus, & sentimus, atquè dolemus, si in talibus perseuerauerint) in ignem æternum, & iusti, qui iniusta patiuntur, in vitam æternam. Qui tanta, & talia crudelia, & abominanda fieri per Parochias, quas pertransitis, audiuimus, & quædam sentimus, & quædam sentire retinemus, (& alijs, qui præsenserunt, & sentiunt dolemus,) quæ calamitatem, & miseriam, quam à Paganis patimur, superant, quoniam à Christianis in Christianos, à parentibus in parentes à Rege Christiano, in Regem Christianum, à fratre in fratrem contra omnes leges Diuinas, & humanas aguntur. Contra quos clamat Ecclesia à Paganis afflicta: Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Et nos omnes, cunctiquè patientes, sustinuimus Pacem, & non venit. Quæsiuimus bona, & ecce turbatio. Propterea talia cohibete, compescite, & sedate: quoniam palatiũ vestrum debet esse sacrum, & non sacrilegum. Palatium enim Regis sacrum dicitur propter rationabiles homines inhabitantes, & non propter parietes insensibiles, siue macerias; & Rex à regendo dicitur, vt se sub Deo, & bonos cum Deo puritate cordis, veritate oris, firmitate stabilitatis regat, & prauos à prauitate corrigat, & in rectitudine dirigat: & si, quæ malè facta sunt, emẽdare venistis; peiora, quæ vidimus à Christianis in Christianos fieri; ingerere, non debetis. Illam caritatem; quam Christus per Paulum docuit, monstrare debetis, ait enim. Caritas non est ambitiosa, non agit perperam, non quærit, quæ sua sunt, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, quæ est de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta, quæ operatur per dilectionem non per potestatem, vel indebitam cupiditatem: sine qua Caritate, etiam si quis tradiderit Corpus suum, ità vt ardeat, nihil illi prodest, quoniam omnibus Dominus in signum dedit, vt sciant si quisque est Christianus, aut si intrabunt in Regnum Dei. An non dicit: In hoc cognoscent homines, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem? Namquè in primordio fidei, Discipuli appellabantur, nunc Christiani dicuntur. Et ipsa est vestis nuptialis, quam qui non habuerit è nuptijs, Cælestis conuiuij in futuro iudicio eijcietur in tenebras exteriores, & in ignẽ æternum, vbi fletus, & stridor dentium. Ipsa Charitas vos contra Paganos accendat; & qui tunc moti non sunt ad pietatem, vt nobiscum irent contra eos, qui de isto Regno amplos habebant, & habent honores (quod si faceret, & zelo recto accensi, vnanimiter vellent, expelli, aut disperdi Pagani, adiuuante Domino poterant) vel nunc quacumque intentione à dominatu illorum per vestram ordinationem sancta liberetur Ecclesia, & Regnum, quod contra eos redimetur à tributo indebito eripiatur. Sed, & qui fugiunt à facie Paganorum, cum in illas partes venerint, in quibus degitis, refugium tranquillum inueniant, & non talem deprædationem, vt nec incolæ viuere, nec fugientibus solatium possint præbere, quia nunc peccatis nostris exigentibus, completur, quod olim dictum est per Prophetam: Qui fugerit à facie Leonis, irruet in vrsum, & cum intrauerit Domum, & innixus fuerit super parietem, mordebit eum coluber, et cum fugerit, arma ferrea irruet in arcum æreum. Sic omni ex parte miseri afflictionem inueniunt. Et si Ecclesiam Dei, sicut nobis scripsistis quæritis restaurare; debita Episcopis, et sibi commissis Ecclesijs priuilegia intemerata, sicut diuinitus constituta sunt, custodite, præcepta, immunitates, et honorem earum, sicut auus vester conseruauit, conseruare curate. Et quæ frater vester, Dominus Carolus, scilicet, qui, et Paterna donatione, et vobiscum cum vestris, vestrorumque fidelium, cum suis firmitatibus Regni partem accepit, pro cultu, et honorem Ecclesiarum egit similiter conseruate, et rectores, et Pastores Ecclesiarum, vt Patres, et Christi vicarios colite, sicut Scriptura Sacra præcepit, dicens: Sacerdotes Dei sanctifica, et magnatibus humilia caput tuum, eorum spiritualia consilia obaudite. Et item Interroga Sacerdotes meos legem meam, et dicent tibi: Et Dominus per Malachiam Prophetam:

Psal. 17.
Ierem. 19
1. Cor. 8.
Amos 5.
Agg. 2.
Malac. 2.

phetam : Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. Eosquè tempore incongruo, & inopportuno nolite inquietate, sed liceat eis ministerium sacrum, ad quod ordinati sunt, in Populi salutem peragere, sibique domestica cura subiectos, nolite concutere, et non sinatis dehonestare, siue opprimere. Vt Presbyteris honor congruus, et iura debita, quæ Canones, & Capitula aui, & proaui vestri statuerunt, conseruentur, satagite. Vt Episcopi quietam libertatem suas Parochias circumeundi, & prædicandi, ac confirmandi, atquè corrigendi habeant, ordinate. Vt missus Reipublicæ, idest, Minister Comitis cum ipsis, si iusserint, eat, qui liberos homines incestuoso si per admonitionem Presbyterorum venire ad Episcopum noluerint, eos ad Episcopi placitum venire faciat, commandate. Vt si Episcopus pro quacumque necessitate Ecclesiastica ad vos direxerit, ad quem suus missus veniat, per quem rationabiliter petierit, obtineat in Palatio vestro, sicut Comes Palatij est in causis Reipublicæ, ministeria. Congruum constitutum habete, vt temporibus à sacris regulis constitutis comprouinciales synodos cum Episcopis, & speciales cum Presbyteris habere, qui possint annuite. Res, & facultates Ecclesiasticas, quæ sunt vota fidelium pretia peccatorum, stipendia Ancillarum, & seruorum Dei deprædari, & ab Ecclesijs discindi, nolite sustinere, sed fortiter, vt Rex Christianus, & Ecclesiæ Alumnus resistite, & defendite. De quibus consecratis Deo rebus, quod habent liberi homines Ecclesijs seruientes per dispositionem rectorum ipsarum Ecclesiarum; ideo constituerunt Apostolorum successores, hoc ordinari, vt quia creuerunt Fidelium vota, & increbuerunt infidelium mala, augeretur per dispensationem Ecclesiasticā Regni militia ad resistendum malorum nequitiæ, quatenus ipsi defensionem Ecclesiæ haberent, & pacem, & Christianitas obtineret trāquillitatem. Quapropter sicut illæ res, & facultates de quibus viuunt Clerici: ita vt illi sub conseruatione immunitatis sunt, de quibus debent militari Vassalli, & pari tuitione à Regia potestate in Ecclesiarum vsibus debent muniri. Quia verò Carolus Princeps Pipini Regis Pater, qui primus inter omnes Francorum Reges, ac Principes res Ecclesiarum ab eis sperauit, atque diuisit: pro hoc solo maximè est æternaliter perditus. Nam Sanctus Eucherius Aurelianensium Episcopus, qui in Monasterio Sancti Trudonis requiescit, in Oratione positus, ad alterum est seculum raptus, & inter cætera, quæ sibi, Domino, ostendente, conspexit, vidit illum in inferiori inferno torqueri; cum interroganti ab Angelo eius ductore responsum est, quia Sanctorum Iudicatione, qui in futuro Iudicio cum Domino iudicabunt, quorumcumquè res abstulit, & diuisit; ante illud Iudicium anima, & Corpore sempiternis pœnis est deputatus, & recepit simul cum suis peccatis pœnas propter peccata omnium, qui res suas facultates, in honore, & amore Domini ad Sanctorum loca in luminaribus Diuini cultus, & alimonijs seruorum Christi, ac pauperum, pro animarum suarum redemptione tradiderunt. Qui in se reuersus Sanctum Bonifacium, & Fulrandum Abbatem Monasterij Sancti Dionysij, & Summum Capellanum Regis Pipini ad se vocauit; eisque talia dicens, in signum dedit, vt ad sepulchrum illius irent, & si corpus eius ibidem non reperissent, ea quæ dicebat, vera esse concrederent. Ipsi autem pergentes ad prædictum Monasterium, vbi corpus ipsius Caroli humatum fuerat, sepulchrumquè illius aperientes, visus est subitò exijsse Draco, & totum illud sepulchrum interius inuentum est denigratum, ac si fuisset exustum. Nos autem illos vidimus, qui ad nostram vsque ætatem durauerunt, & nobis viua voce veraciter sunt testati, quæ audierunt, & viderunt. Quod cognoscamus, filius eius Pipinus Synodum apud Liptinas congregari fecit, cui præfuit cum Sancto Bonifacio Legatus Apostolicæ Sedis Gregorius nomine. Nam, & Synodum ipsam habemus, & quantumcumque de rebus Ecclesiasticis, quas Pater suus abstulerat, potuit Ecclesijs reddi procurauit, & quoniam omnes res Ecclesijs, à quibus ablatæ erant, restituere propter concertationē, quam cum Vuaifario Aquitanorum Principe habebat, non præualuit, precarias fieri ab Episcopis exindè petijt, & nonas, ac decimas ad restaurationes tectorum, & de vnaquaque casata duodecim denarios ad Ecclesiam, vndè res erant beneficiatæ (sicut in libro Capitulorum Regum habetur) dari constituit, vsque dum ipsæ res ad Ecclesiam reuenirent. Vndè, et Dominus Carolus Imper. adhuc in Regno nomine constitutus, edictum fecit, vt nec ipse, nec filij eius, neque successores huiusmodi res agere attentarent, quod manu propria firmauit cuius plenitudinem habemus, et de quo Capitulum excerptum in libro Capitulorum

rum eius quicumque librum illum habet, & legere voluerit, inuenire volebit. Hanc etiam relationem, & in Scripturis habemus, & quidam nostrum etiam viua voce dominum Hludouicum, Imperatorẽ, Patrem vestrum referre audiuerunt. Sed, & Sacri Canones Spiritu Sancto dictante, eos, qui facultates Ecclesiasticas diripiunt, & res Ecclesiasticas indebitè sibi vsurpant, Iudæ traditori Christi similes computant. Et Sancti, qui cum Deo in Cælo regnant, & in terris miraculis coruscant, Diuino Iudicio tanquam necatores pauperum ab Ecclesiæ liminibus, & Cælestis Regni secludunt. De quibus sacrilegis in Prophetico Psalmo dictum est. Qui dixerunt, Psal. 82. hæreditate possideamus Sanctuarium Dei: Deus meus pone illos, vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti, et ignis, qui comburit syluam, et sicut flamma comburens montes, ita persequeris illos in tempestate tua, et in ira tua turbabis eos: imple facies eorum ignominia. Monasteria etiam Religiosa, atque præcipua Canonicorum, et Monacorum, atque Sanctimonialium habitacula, quæ ab antiquo tempore Parentes vestri sub Religioso habitu constituerunt, et in eis rectores, et rectrices fuerunt, et quando Parentes vestri primatum Regni tenuerunt, et etiam quando Sanctus Remigius Francos ad Fidem, cooperante Domino, conuertit, et cum Regem ipsorum baptizauit, et frater vester Dominus noster, innuente partim fragilitate, partim aliorum callida suggestione, etiam, et animarum necessitate, quia dicebant petitores, nisi eis illa sacra loca donaret, ab eo deficerent, et ipse aliquando per vos, sicut nunc paret, aliquando per fratrem vestrum Regno destitutus, ab eis penderet; talibus (sicut scitis) personis commisit: debito priuilegio restituite. Nam idem frater vester, et Diuina inspiratione, et Sacerdotali redargutione, et etiam ab Apostolica Sede admonitus, ex aliqua parte, quæ peregit, correxit: quæ autem incorrecta erant, quomodo emendare posset gemebundus quærebat. Absit autem, vt vos, qui pro restauratione Sanctæ Ecclesiæ huc venistis, aut illa, quæ ipse emendauit, deterioratis, et sicut ille offendit, et vos offendatis: aut quod ipse, nec dum emendare potuit inemendatum sinatis. Qui sæpè (sicut, et nos testes sumus) fratres vestros de talibus monuistis, et in omni annunciatione, quam communiter faciebatis promptissimè indè disputabitis, sicut, et secus Theodonis Villam in loco, qui Iuliacum dicitur, capitula, quæ habemus cum vestris fratribus acceptastis, et in chirographo apud Marsnam manu propria confirmastis; contra quod si fortè aliquis egit, non propterea vos immunes eritis, si illud, quod teste Domino, pepigistis, et confirmastis, obseruare (quod absit) non studueritis. Neminem quippè adiuuat, qui aliena mala reprehendit, nisi & ipse illa caueat. Quod demonstrat Paulus dicens; Putas ò homo, quod tu euades iudicium Rom. 2. Dei, qui eadem agis, quæ iudicas? Rectoribus etiã Monasteriorum, quibus Monasteria committitis firmiter, & obnixe, præcipuè, vt secundum ordinem, & habitum, & sexum, quo inhabitantes constituti sunt solicitè, & solerter prouideant, vt secundum ordinem debitum serui, & ancillæ Domini viuant, & necessaria stipendia in victu, et vestitu, & cæteris quibuscumque habeant, & domos, ac seruos habeant, prout competit, sicut Religiosi, & habitus, & conuersationis Rectores eius prouideant, susceptionem etiam hospitum, ac pauperum nullo modo negligant, quin, & inconuenientes personæ, & res tales, quæ Religioni non congruunt in Monasteria, non introducantur, non dicimus, quoniam Religiosi Rectores prouidentiam, et curam debitam inde sumere debere non ignoramus, Hospitalia Peregrinorum, sicut sunt Scotorum, ac quæ tempore antecessorum vestrorũ Regum constructa fuerunt, vt adhoc ad quod deputata sunt, teneantur, et Rectoribus Deum timentibus ordinentur, custodiantur, nec dissipentur, obtinete. Sed, et Rectoribus Monasteriorum, et Xenodochiorum, idest, hospitalium præcipite, vt sicut canonica docet auctoritas, et Capitula Aui, et Patres vestri præcipiunt, Episcopis proprijs sint subiecta, et Monasteria, et hospitalia sibi commissa ipsorum regant Consilio. Quoniam Episcopi paternam solicitudinem eis secundum Ministerium illorum studebunt impendere. Et quia sæpè vnicuique in omni ordine competentem legem, et iustitiam, vna cum fratribus vestris frequenti annunciatione perdonastis. Ecclesiastici, et Religiosi habitus viri, et fœminæ, atque Peregrini, et pauperes, in quibus Christus specialiter suscipitur, per donationem vestram sibi sentiant semper adesse. Et quia de statu, et salute populi Christiani, sicut nobis scripsistis, vultis quærere: primo à vobis ipsis incipite, qui alios debetis corrigere, sicut scriptum est. Medice cura te ipsum. Et munda Luca 4. debet esse manus à sordibus, quæ alienas sordes curat detergere: et quæ in alijs debetis corrigere,

re,

re, nemo in vobis iuſtè valeat reprehendere. Super quanto ſiti eſtis in Regni culmine, tanto moribus ſeruire debetis, & ſicut lucerna ſuper candelabrum poſita in domo bonitatis exempla monſtrare; quia omnium oculi in vos debent intendere; quos ſi malo exemplo deſtruxeritis, qui per vos, & a vobis in bonum debuerant ædificari, ſub tantis ſine dubio in futuro ſeculo pœnis vos neceſſe eſt torqueri. Præterea oportet, vt qui Rex eſtis, & Dominus appellamini in illum ſemper ſuſpenſo corde ſuſpiciatis; à quo videlicèt Rege Regum, & Domino Dominorum nomen Regis, & Domini mutuatis. Vt ſicut ille diſponit orbem terræ in æquitate: & adhoc (ſicut in libro ſapientiæ dicitur) conſtituit hominem, vt ipſe ſimiliter faciat: imitamini illum ſi vultis regnare cum illo. Quia qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare, qui dicit: Eſto-
th.5. te perfecti, ſicut Pater veſter Cæleſtis perfectus eſt. Et ſi dixeritis, quonam modo poßum eſſe perfectus, cum alia ſcriptura dicat. Si quis in verbo non oſtendit, ille perfectus eſt, vir non cadit à perfectione, qui non peccat malitiæ cupiditate.
n. 24. Septies enim cadit in die iuſtus, & conſurgit, impij autem corruunt in malum. Et
l. 36. iuſtus cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus ſupponit manum ſuam. Qualitercunque verò quis peccet cupiditatis voluntate, aut fragilitatis neceſſitate, nemo illi meliùs præualet indicare, vt conſcientia ſua, quæ non poteſt latere oculis inſpectoris ſui. Propterea ita oportet vos viuere, iudicare, & agere etiam in occulto, quaſi ſitis ſemper in publico: quia ſi de vobis irreprehenſibilia iudicabit, ſæpè etiam illa, quæ vobis, & in vobis laudauerit apud alios, de vobis reprehenſibilia iudicabitis. Sic autem, vt dicimus, adiuuante Domino, viuere, iudicare, & agere præualebitis, ſi vos non ſtimulauerit amor priuatus, ſi vos non inflammauerit cupiditas Gloriæ, diuitiarum poſſeſſionem, & potentatus; ſi non plus credideritis alienæ linguæ, quèm propriæ conſcientiæ; ſi vos non roſerit tinea adulationis; ſi vos non arſerit liuor alienæ felicitatis, ſi vos non vexauerit neglectus animæ, & amor carnis, ſi credideritis Regem Chriſtum non pro ſe, ideſt, non pro ſuâ neceſſitate mortuum, ſed pro nobis, vt viueremus, qui mortui eramus; & vos plus ſtudeatis alijs viuere in ſalutis ſuæ vtilitatibus, quàm vobis in proprijs voluntatibus; ſi ſcientes vos eſſe morituros, & vos credideritis de factis proprijs rationem Domino reddituros, & quæ dignè receperitis ſine fine, & commutatione aliqua habituros. Domum veſtram domeſticam ſic nutrite, regite, & diſponite, vt quando Regni Populus ad vos conuenerit in vobis, & dodomeſticis veſtris, videant qualiter ſe, atque domum cum quanta humilitate, atque caſtitate, quàm ſobriè, quàm iuſtè, quàm piè nutrire, diſponere debeant, & gubernare. Quia ſicut quidam ſapiens dixit: ſecundum mores Domini erit familia cuſtodita, & ideo Domus Regis ſchola dicitur, & diſciplina, quia non ſcholaſtici, ideſt diſciplinati, & bene correcti ſunt ſicut alij, ſed potiùs ipſa ſchola, quæ interpretatur diſciplina, ideſt correctio dicitur, quæ alios habitu, inceſſu, verbo, & totiùs bonitatis continentia corrigat. Et vos ſi caput illius non benè infixi in Domino virtutum; inimici fortè fueritis: & vos cadetis, & qui a vobis pendent, labantur. Quapropter ſicut Dominus ſub poteſtate conſtitutos ex tentatorum occaſione docuit reddere, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, quæ ſunt Dei, Deo; ita, & vos qui ſub Deo eſtis, & ſuper homines eſtis, reddite quæ ſunt Dei Deo: & ſicut Cæſar æquus, quæ ſubditorum ſunt, ſubditis reddite. Reddite Deo puram, & immaculatam fidem, & ſinceriſſimum cultum in Sacerdotibus, in Eccleſiarum priuilegijs, in ſacris locis, & in Eccleſiaſticis, & Religioſis viris, ac fœminis in defenſione Eccleſiæ, & Chriſtianitatis in æquitate, & iuſtitia Populi Chriſtiani in ſubleuatione, & tranquillitate, & conſolatione omnium indigentium, ſicut præmiſimus; reddite illi quotidianum penſum in quotidiana oratione in iuſtis, & aſſiduis eleemoſynis. Offerte illi deuotionem veſtram in ſacris oblationibus, & lacrymis, ſecundum multitudinem, ac magnitudinem quotidianorum peccatorum profuſis: reddite ſubditis iudicium cum miſericordia, iuſtitiam cum æquitate, ſtudete exaltare humiles, & debellare, atque humiliare

superbos: studete a nobis plus diligi quàm timeri: curate, vt mali, si non propter Deum, vel salutem, propter timorem vestrum malum agere, metuant; non plus apud vos lingua dolosa, manus plena, obsequium indebitum valeat, quàm veritas, æquitas, & sinceritas, scientes seipsum, qui excutit manum suam ab omni munere, iste in excelsis habitabit; vnde consequenter intelligi debet, & non aliud: munus enim est a lingua fauor, munus à manu donatio, munus ab obsequio indebita subiectio. Constituite ministros Palatij, qui Deum cognoscant, ament, & metuant, qui maximam curam gerant, quatenùs quicunque mœstuosi Palatium adierint, & per quos perrexerint, patrem, & consolatorem mirantes gaudendo vos videre, occurrant non qualiter dicere nolumus, quomodo, & maledicendo refugiant. Constituite Comites, & Ministros Reip. qui non diligant munera, qui odiant auaritiam, qui detestentur superbiam, qui non opprimant, neque dehonestent pagenses, qui messes, & vineas, & prata, & syluas eorum, nequaquam deuastent, qui illorum pecora, vel suscinchas, vel quæcunque illorum sunt, non prædentur, atque diripiant, ac per violentiam, & mala ingenia, quæ illorum sunt, nullo modo auferant, qui Episcoporum suorum Consilio, quæ Dei sunt, & Christianitati conueniunt, faciant: qui placita non pro acquisitione lucri teneant, sed vt causæ Dei viduæ, & pupilli, hanc Populus iustitiam habeant, & plus litigantes ad concordiam salua iustitia, reuocare studeant, quàm committere, vt ipsi indè aliquod lucrum possint habere; quos si pacificare non potuerint, tunc sicut rectum est, iustum Iudicium decerni cum magna solicitudine faciant, scientes scriptum esse. Indicabo tibi homo, quid sit bonum, idest, facere Iudicium, & Iustitiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo; idest, vt quod illi placet, & tibi placeat, & facias; quod illi displicet, tibi displiceat, & non facias, quòd si fragilitatem feceris, non contumaciter, vel pertinaciter in tuo malo facto perseueres, sed statim pedem sicut à ferro calido reuoca, & in viam voluntatis Domini tui dirige. Et sicut scriptum est: Quia sunt vitæ, quæ videntur hominibus bonæ, & ducunt ad interitum: fac sicut scriptura tibi præcipit: Quicumque es homo, interroga de via bona, & ambula per eam. Quia si creditur Euangelio ampla via est, quæ ducit ad perditionem, & multi vadunt per illam; & arcta, & angusta via est, quæ ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam. Propteteà quicunque est, homo, audi Prophetam, & ora cum Propheta; Legem pone mihi Domine viam iustificationum tuarum, & exquiram eam semper. Et deduc me in semitam mandatorum tuorum. Et viam iniquitatis amoue à me, & de lege tua miserere mei. Quia sicut Ieremias Propheta dicit: Non est hominis via eius, nec viri est, ambulet, & dirigat gressus suos, sed à Domino diriguntur greßus viri, et viam eius volet. Ipsi Comites similiter quantum potuerint, similes sibi timentes Deum, et iustitiam diligenter per se Ministros constituant, quia sicut seniores suos benignos, et affabiles pagensibus suis viderint; et ipsi pro modulo suo illos imitari in omni bonitate, et iustitia certent.

Homines etiam, et Potentes seculi, qui inter illas seditiones legis iugum, et iustitiam æquitatis refugiunt, et talia, et tanta fecerunt, pro quibus Ecclesiasticam, et specialem excommunicationem meruerunt: ad legis, et iustitiæ tramitem reuocate, et vt ad nos Episcopos humiliter sicut ei necesse est, veniant, iubete, vel cogite; et vt Ecclesiæ in quam peccauerunt, aut cum debita, ac necessaria humilitate satisfaciant, aut humilitèr, et veraciter se excusent, qualiter absolui à Domino per Ministerium Episcopale valeant, suadete, atque regia potestate præcipite. Et si forte vos, vel quicunque alij de eorum societatis, et de coniunctionis communicatione infecti, et condemnati sunt: pœnitentiam quiscunque se recognoscendo faciat, quia teste sacra auctoritate, non poterit absolui à suis, quia peccatis damnabiliter grauatum externis, sicut ornans Deum Sanctus Propheta Dauid demonstrat dicens: Ab occultis meis munda me Domine, et ab alienis parce seruo tuo.

Iudices deniquè Villarum constituite, qui non sunt cupidi, qui non diligant auaritiam, et vsuras nec ipsi faciant, nec pecunias Re-

gias, vel suas ad vsuras dent, neque à suis subditis vsuras fieri sinant: Quæ omnia per vos super omnes Ministros vestros ordine exigant, neque per angarias in tempore congruo illos affligant, neque per dolos, aut mala ingenia, siue inconuenientes precationes colonos condemnent, quia si per tales, et alias huiusmodi affectiones pondus argenti, vel auri habueritis in arca; maiùs, et grauiùs pondus erit peccati, quod habebitis in conscientia vestra, et anima. Aedificent Villas vestras moderatis Castellis, vt, et honestas necessaria sit, et familia non grauetur. Laborent, et excolant terras, et vineas in tempore cum debita solicitudine: soluant, & dispensent laborata cum fideli discretione: faciant nutrimenta congrua, & necessaria; custodiant syluas, pastionem defendant, et excolant prata, vndè habeant pabula, quatenus non sit vobis necesse per quascunque occasiones quorumcunque hortatibus circumire loca Episcoporum, Abbatum, Abbatissarum, vel Comitum, & maiores, quàm ratio postulat paratus exquirere, & Pauperes Ecclesiasticos, & fidelium vestrorum mansuarios incaricaturis, & parauered is contra debitum exigendis grauare, & peccatum de facultatibus indebitè consumptis in animam vestram congerere.

Neque à Comitibus, vel fidelibus vestris plus studeatis, quam lex, et consuetudo fuit tempore patris vestri de hoc, quod de francis acciperent, exquirere: quin potius habeatis, vndè sufficienter, & honestè cum domestica Corte vestra possitis viuere, & legationes palatium vestrum adeuntes recipere: & sicut scriptum est, vndè possitis de iustis laboribus necessitatem patientibus tribuere; quia Rex, & largus debet esse, & non quòd largiatur (dona scilicet accipiat) de iniustitia, vel iniquitate debet conquirere. Iudices verò Villarum Colonos distinguant, vt non Ecclesiasticos homines, vel Francos pauperiores, aut alienos seruos propter priuilegium regium opprimant, aut syluas, vel quæcunquè aliorum sunt id sua vicinate deuastent; quia Rex iustus, qui iustitiam debet diligere, ministros, & Colonos impios, & iniquos, non debet habere, sed omnibus in se, & in suis debet imitationem debitam demonstrare; quia si ipse Deum dilexit, omnes boni diligent eum, et si ipse Deum timuerit, omnes mali timebunt illum, et Rex atque sui Ministri per amorem Dei bonum faciant, & omnes bona facere doceant, vt per timorem Dei mala fugiant, & omnes in illis mala fugere discant. Missos etiam tales per Regnum constituite, qui sciant qualiter Comites, & cæteri Ministri Reipublicæ iustitiam, & iudicium populo faciant; qui sicut Comitibus præponuntur, & in scientia, & in iustitia, ac veritate eis præemineant.

Hæc, quia literis vestris significastis, quod nobiscum de restauratione Sanctæ Ecclesiæ, & de statu salutis Populi Christiani tractare velletis, dominationi vestræ scripto pandere curauimus, quia & pro inclementia aeris, & propter inconuenientiam temporis, & propter imminentem diem Domini Nostri, Natalis, venire ad præsentiã vestram nequiuimus. Operamini vos interim ista, quæ cum fidelibus vestris, sine nostra Corporali presentia operari valetis. Et cum tempus congruum, & sacris Canonibus designatum aduenerit, quando, & pro Paganorum infestatione, & propter exortos tumultus, ac deprædationũ, atque rapinarum miseriam nimis confusionem nòbis licuerit cum Dominis, ac fratribus, et Prouincialibus, Archiepiscopis, & Coepiscopis Synodum, faciente Domino, celebrare, quæ his sunt residua cum eis sicuti cum magistris, & patribus tractare, & vestræ Dominationi debitum Consilium dare studebimus, & si Deus soliditatem, & salutem Ecclesiæ, atq; Regni in manu vestra adunare, & prosperare decreuerit: quæ cum Archiepiscopis, & Coepiscopis nostris plus congruere Diuinis dispositionibus viderimus, agere sub famulatu recti regiminis vestri studebimus. Potens est enim Deus minùs bonum initium, in perfectè bonum commutare processum, cui noscitur esse possibile, quod impossibile solent homines iudicare. Si enim sapientia vestra dignum iudicat loqui, & tractare cum vicino Rege, eiusque fidelibus suadente, & de ista parte Regni, Domino Nostro fratre, videlicet vestro; multo magis oportet vos expectare tempus Canonicum, & cum fratribus, & comprouincialibus Archiepiscopis, & Episcopis loquamur, quia generalis causa circinet totius Cisalpinæ Galliæ: maximè autem nobis necesse est loqui cum illis Archiepiscopis, & Episcopis, qui consensu, & voluntate Populi Regni illius, Dominum nostrum fratrem vestrum vnxerunt in Regem sacro Chrismate, Diuina traditione, quemque Sancta Sedes Apostolica mater nostra

literis Apostolicis, vt Regem honorare studuit, & confirmare.

Legite libros Regum, & inuenietis quanta reuerentia reprobatum, & abiectum à Domino Saul ducere dignum duxit Sanctus Samuel, cuius locum in Ecclesia nos licèt indigni tenemus; & attendite, quam magnipendat Sanctus Dauid in locum illius electus, & vnctus à Domino, mittere manum in Christum Domini, cum Saul non solum ex alia progenie, sed ex alia tribu esset, & illum eiectum, & se electum à Domino cognoscebat, & nihil infirmitatis Sauli Dauid fecerat, sed primum adiutorium, & deuotam seruitutem ei impendebat, & neque bello auferre, neque ingenti dolo illi Regnum subripere, attentauit. Et cum multos ad hoc suasores, & Consiliarios habuißet, nulli autem, vt hoc moliretur, accommodauit, quamuis multas persecutiones, & morti proximas ab eo sæpissimè subslinuerit. Insuper bene scitis, quid de illo iusserit, qui licèt mendaciter pro illius tamen gratia acquirenda se manum missise in Christum, idest, vnctum Domini, nunciauit. Nam si est aliquis, qui hæc ignorat, nos ei dicimus, quia gladio eum interfici iussit. Sic, & qui infideliter, & contumaciter in vnctum qualemcunque Domini manum mittit, Dominum Christianorum Christum contemnit, & in anima proculdubio spiritualis gladij animaduersione perit.

Hæc dicimus, non vt exagerationes contra Dominationem vestram incongruas exquiramus, sed vt euidentius pro qualitate nostri Ministerij, quid excepta debita fide, & beneficia nobis in fratre vestro reuerendum sit, demonstremus. Talem nempè vos debemus, & volumus credere, vt nec vos Regni augmentum cum animæ vestræ detrimento velitis habere, & neque nos cum tali dedecore ad adiutorium Ecclesiastici Regiminis, & gubernationis recipere, vt sine sacerdotio simus; quo priuati erimus, si contra Deum, & rationis auctoritatem nos, Ecclesiasque nostras vobis studuerimus committere. Ecclesiæ siquidem nobis à Deo commißæ, non talia sunt beneficia, vt eiusmodi Reges, & pro libito suo inconsultè illas possint dare vel tollere; quoniam omnia, quæ Ecclesiæ sunt, Deo consecrata sunt. Vndè, qui Ecclesiæ aliquid fraudat, aut tollit, sacrilegium, secundum Sanctam Scripturam facere noscitur. Et nos Episcopi Domino consecrati, non sumus eiusmodi homines nos cuilibet commendare; sed ad defensionem, & adiutorium gubernationis in Ecclesiastico regimine, Ecclesiasque nostras committere, aut iurationis Sacramentum, quod nos Euangelica, & Apostolica, atque Canonica auctoritas vetat, debeamus quomodo facere: manui enim Chrismate sancto perunctæ, quæ de pane, & vino aqua mixto per orationem, & Crucis signum conficit corpus, & Christi Sanguinis Sacramentũ, abominabile est, quicquid ante ordinationem fecerat, vt post ordinationem Episcopatus secularem tangat vllo modo Sacramentum, & linguæ Episcopi, quæ facta est, per Dei gratiam clauis Cæli, nefarium est, vt sicut secularis quilibet, super sacra iuret in nomine Domini, & Sanctorum inuocatione, nisi forte (quod absit) contra eum scandalum accideret Ecclesiæ suæ, & indè sic temperanter agat, sicut Domino docente, constituerunt Rectores Ecclesiæ synodali Concilio. Et si, quando Sacramenta ab Episcopis exacta, aut facta fuerint contra Deum, & Ecclesiasticas regulas, quæ Spiritu Sancto dictatæ, & Christi sanguine sunt confirmatæ, irrita sanctæ Scripturæ paginis declarantur, & exigentes, atquè facientes medicamento exindè salutaris pænitentiæ indigent.

Propterea expectate Domine patienter, sicut Princeps Christianus, & Ecclesiæ filius, & honorate Ecclesiæ Sanctæ Rectores, vt vos honoret, qui nobis dixit: Qui vos audit, me audit, Luca 10.
qui vos spernit, me spernit; & honorantes me, 1. Reg. 2.
honorabo, & qui contemnunt me, erunt ignobiles,
& qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei; et in Zach. 2.
Psalmo, nolite tangere Christos meos, et in Prophe- 104.
tis meis nolite malignari, et qui maligna agunt exterminabuntur; sustinentes autem Dominum, ipsi hæreditabunt terram, hoc est Regnum Dei. Et cum venerit tempus, et locus (sicut superius diximus) loquemur cum nostris confratribus, et sicut Domini iustis dispositionibus conuenire viderimus, sine dubio faciemus. et non est rationabilis causa, quæ contra hoc, quod petimus, vos debeat stimulare, quia non sumus, huiusmodi homines, vt cum cognouerimus voluntatem Domini, velimus, aut debeamus quoquo modo resultare, rixas, et dissensiones, seu seditiones, quas vulgus, vuerras (modo guerras) nominat, debeamus commouere, et conserrere, et tenere, quos Dominus Pacis Prædicatores, et Sectatores voluit ordinare, et peccata nostra, et nobis commissi,

etiam

etiam totius populi constituit plangere, et curare, bellum cum vitijs, pacem cum fratribus iussit habere. Nos æquidem pacem, et quietem, non rixas, et bellum optamus, et quærimus: quia, sicut dixit Apostolus, non sunt nobis carnalia arma, sed spiritualia potentia Deo, qui sumus calceati pedes in præparatione Euangelij Pacis, induti loricam Iustitiæ, et galea salutis tecti accincti lumbos in veritate, habentes scutum fidei, et gladium Spiritus Sancti, quia non est nobis colluctatio aduersus Carnem, et Sanguinem, sed aduersus Principes, et Potestates, aduersus rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in Cælestibus. Et non militamus terreno Regni, sed Cælesti pro salute, et nostra, et terreni Regis, et totius Populi nobis commissi. Quorum officium est, nulli nocere, contra neminem infideliter agere, omnibus autem velle prodesse.

Tandem Domine noster Rex, contra Deum, et contra Animam vestram, non audiatis illos, qui dixerint (si forte vobis dixerint) non tibi referant illi felones, atque ignobiles; hoc fac, quod tibi Diximus, quoniam cum nostris, et non cum istorum Parentibus tenuerunt Parentes tui Regnum. Nos autem obsecramus Dominationem vestram, attendite potius (si Christianus Rex estis, sicut, et Deo gratias, estis, et in illum creditis, et pro illum regnare vultis, per quem, sicut scriptum est, pro me Reges regnant, cuius est Regnum, immò orbis Terræ, et plenitudo eius) quia idem Deus in carne veniens, qui solus Rex fieri potuit, et Sacerdos, et in Cælum ascendens, suum Regnum idest Ecclesiam inter Pontificalem auctoritatem, et Regiam potestatem gubernandam disposuit, non elegerit adhoc diuites, et Nobiles, sed pauperes, et Piscatores, et sicut scriptum est, 1. Cor. 1. *ignobilia, et contemptibilia mundi elegit, vt confundat fortia. Et fieri potest, vt tales vobis ista dicant (si fortè minus necessario Deum timentes, vobis dixerint) cum quorum parentibus diabolus, qui secundum scripturam,* Iob. 41. *est Rex super omnes filios superbiæ Regnum Christi, (quod est Ecclesia) conturbauerit, et nunc eos in Regno suo, idest, in inferno retineat, et secum in secula retinebit: pro certo autem sciatis, quia cum nostris Parentibus, idest, cum Apostolis Christus Rex Regum Regnum suum, idest, Ecclesiam conquisiuit, ampliauit, et erexit, et per nos, et nobiscum (vtinam non ad iudicium vestrum dicamus) eamdem Ecclesiam, idest, Regnum suum quotidie acquirit, auget, et gubernat idem Dominus Iesus Christus, sicut dictum est à Domino Ecclesiæ per* Psal. 44. *Prophetam: Pro Patribus nati sunt tibi filij, idest, pro Apostolis creauit tibi Episcopos, qui te regant, et doceant. Cum qua Ecclesia nobis à Deo commissa, Rex Christiane, ac Domine sicut literis vestris iussistis, ieiunijs, ac orationibus, et Litanijs Dominum Summum Gubernatorem in Naui Sanctæ Ecclesiæ fluctuante in hoc mare, idest, seculo naufragoso, peccatis pulsare, et excitare, et pro vobis deprecari studebimus, vt quanto citiùs pro sua ineffabili dignitate euigilet, et imperet, ventis, ac mari, idest, tentationibus diabolicis, & inquietudinibus secularium hominum, vt redeat quantumcumque tranquilitas, gratia, et misericordia eiusdem Domini nostri Iesus Christi, cui est, & sit potestas, & honor, & gloria, & Imperium in secula seculorum. Amen.*

Hisce perterritus Ludouicus, Episcopis replicauit, alienum regnum haud temerasse, sed insimulantium vocibus excitatum, ad tyrannidem extirpandam accurrisse. Quæ pacis essent, proponerent; & ruenti Imperio Ecclesiasticis succurrerent præceptis. Propterea Vuormatiam petere, vt concordiam quantùm posset, exhiberet. Protinùs igitur ad eum Legationem Episcopi dirigentes, sequentia docuère Legatos, quæ *Commonitorij* nomine tunc temporis vulgabantur. Baron. Ann. 859 num. 9.

XLI. *Dilectis in Christo fratribus, & consacerdotibus nostris Legatis, videlicet Diuinæ Pacis, ac nostræ Vnanimitatis Hincmaro, Ganthario, Vueniloni Archiepiscopis, & venerabilibus Coepiscopis nostris Herlumo, Hildegaro, Aduento, Hebboni, Hincmaro, Erchanrao, Episcopi quorum nomina subter habentur adscripta. Qui fauente Domino, & annuentibus gloriosis Principibus nostris Carolo, et Lothario in Mediomatricum Ciuitatem, Anno Incarnationis Dominicæ Octingentesimo quinquagesimo nono, indictione septima, quinto Kalend. Iunij, synodali decreto conuenimus.*

Nota, et (proh dolor) minis est discordia, atque calamitatis pernicies, quæ factione quorumdam seditiosorum hominum nuper inter fratres Reges nostros Hludouicum, et Carolum accidit. Vndè talia, et tanta in Ecclesia nobis ad regendum Diuina dignatione commissa, et in hoc Regno perperam sunt admißa, vt ipso etiam auditu horribilia cognoscantur, et si hæc discordia pestilentia

lentia diutius operante humani generis antiquo hoste, durauerit, quam exitialis, & mortifera existet, ipsi scitis. Qua de re memores, quid veritas missis Prædicatoribus iusserit, & Diuinus Paulus dicit. Legatione fungimur pro Christo: reconciliamini Deo. Legatione pro Christo fungentes, vos fratres carissimi, Legati Dei amatæ Pacis: quoniam exinde iam vos ad gloriosos, Principes nostros Carolum, & Lotharium Episcopali auctoritate, non minus Dominum Hludouicum Regem gloriosum mediante Domino, ordinauimus, sicut Saluator dicit: In quamcunque domum intraueritis primum dicite: Pax huic domui, & si ibi fuerit filius Pacis, requiescet super illum pax Lucæ 10. *vestra; sin autem, ad vos reuertetur, qua, aut erit quisque prædestinatus ad vitam, & Cœleste verbum sequetur, quod audiet: aut si audire voluerit, ipse prædicator sine fructu non fuerit.*

Post prædictam verò, & postulatam pacem legatio vestræ Paternitatis huiusmodi erit conditionis, vt idem Rex nobis, & vtinam Deo semper amabilis, admissorum indulgentiam consequatur; videlicet si sese de omnibus, quæ cum malitiosorum hominum persuasione, atque seductione in Parochijs nostris, fratrumque nostrorum perpetrata sunt, veraciter recognouerit, sicut scri-
Psal. 33. *ptum est: Iuxtà est Dominus, qui tribulato sunt corde, & Sacrificium Deo spiritus contribula-*
Psal. 50. *tus, quoniam cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet. Et sicut hi, qui fictè Deum quærunt, minimè inueniunt: ità propè est Deus omnibus inuocantibus eum in veritate. Et si post veram recognitionem, pariter confessus fuerit: quia dicit scriptura: Qui abscondit scelera*
Prou. 28. *sua non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur: Et si confiteamur peccata nostra, fidelis est, & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, ac emundet nos ab omni iniquitate.*

Post puram autem confessionem si promiserit, quæ malè gesta sunt, per dignos pœnitentiæ fructus, præueniente, adiuuante, et subsequente Diuina gratia, se pro viribus emendaturum; quia
Luc. *scriptum est: Facite fructus dignos pœnitentiæ, vt tanto maiora quærat bonorum quisque lucra, quanto grauiora sibi intulit damna per culpam. Quoniam, & illi beati, quorum tecta sunt peccata, & vt scriptum est, quia peccauit, & Populum peccare fecit: tanta sint bona, quæ tanta*
Psal. 31. *operiant mala. Deinde si spoponderit, ad Pacem, & Concordiam præsentialiter, & in toto corde, & ore, quanto citius rationabiliter, & possibiliter, atque conuenienter ex communi consensu fieri poterit, etiam præsentia corporis ad Pacem, & Concordiam cum fratre suo Carolo se rediturum, & in Pace, & Charitate Deo placita cum præfatis Principibus nostris Carolo, atque Lothario; si ipsi eamdem Pacem, & Concordiam erga eum seruauerint, permansurum: & in se peccantibus debita ita dimiserit, sicut sua debita a Deo sibi cupit dimitti: quia itidem scriptura dicit. Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum, & mala* Heb. 12. *cuncta bonis sequentibus debeantur. Tantum est discordiæ malum, quæ nisi extincta funditus fuerit, bonum nullum sequi, Euangelio teste, permittat. Et Charitas est, quæ operit multitudinem peccatorum, sine qua etiam, si quis corpus suum* 1. Cor. 13. *tradat ad ignem, nihil ei nisi ad damnationis iudicium proderit. Et Dominus dicit: Si non dimiseritis peccata eorum, nec Pater vester cælestis* Matth. 6. *dimittet vobis peccata vestra.*

Post hæc si promiserit, quod iam vlteriùs, tale vel simile schisma in hac Sancta Dei Ecclesia, atque in ista Christianitate, non iteret. Nam scriptum est: Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit illum, quid proficit lauatio eius? Baptiza- 1. Cor. 15 *tur quippè a mortuo, qui mundatur fletibus a peccato; sed post Baptismum mortuum tangit, qui culpas post lacrymas repetit. Et iterum: Canis reuersus ad vomitum suum, sus lota in volutabro luti: Quia qui peccatum post pœnitentiam repetit, quasi in lutosa aqua sus, semetipsum voluit vitæ munditiam subtrahit, ipsas etiam lacrymas ante Dei oculos sordidas facit.*

Tunc demum promittat se ab illorum perditorum hominum tuitione, atque fauore, per quos tam grauiter Deum offendit, disiungere; Et qui quasi ad eius fidem, sed potius infideliter ad eum venerunt: ad rectam rationem in proximo placito antè fratrem suum Carolum, nepotemque suum Lotharium, sicut Deo teste, apud Marsnam propria manu firmauerit, venire si potuerit, faciat: & quæcumque illorum recta ratio significauerit, digne honore suo fruatur, & qui per rectam rationem ante seniorem suum iustificari non potuerit rationabilem misericordiam illi obtineat. De illo verò, quem recta ratio, & iustum iudiciū condemnauerit, & Rex Christianus cum Rege Regū Christo condemnet, & alienæ perditioni se non com-

com-

commisculet; quia, vt Paulus dicit: non solum, Rom. 1. *qui faciunt, sed etiam, qui male facientibus consentiunt, digni sunt morte. Vndè Sanctus Innocentius dicit, quia non multum interest inter committentis animum, et consentientis fauorem. Addo amplius: plerumque dedidiscit errare, cui nemo consentiet, et iterum Sanctus Paulus cum talibus hominibus, nec cibum sumere permittit. Et Sanctus Dauid dum totum se ad fœdera Pacis internæ constringeret,* Ps. 138. *testatur, quod cum malis concordiam non teneret, dicens: Nonne, qui te oderant Domine, oderam illos, et super inimicos tuos tabescebam? perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. Inimicos enim Dei perfecto odio odisse est, ad quod facti sunt diligere, et quod faciunt increpare. Mors prauorum premere est, vitæ prodesse. Hinc Phinees peccantem ciuem coeuntem cum Madia-* Num. 25. *nitide perculit, et ira Dei ipse iratus placuit. Et Iosaphat, qui tot de anteacta vita præconijs attolitur, de Achab Regis amicitijs pene periturus inculpatur, cui à Domino per Prophetam dicitur: Impio præbes auxilium, et ijs, qui oderunt Dominum amicitia iungeris, et idcirco iram quidem Domini merebaris; sed bona opera inuenta sunt in te. Hinc Sacri Canones promulgati a Spiritu Sancto dicunt, vt qui post excommunicationem, vel interdictum cum excommunicatis, communicauerint, condemnati habeantur. Et Sanctus Cyprianus Regis Ministerium esse dicit, impios de terra perdere, homicidas periuros, adulteros, veneficos, sacrilegos non sinere viuere; Et in libro Regum scriptum est, dicente Domino per* 3. Reg. 20. *Prophetam: Qui demiserit reum morte dignum, erit anima sua pro anima illius, et Populus suus pro Populo illius. Et quàm noxia sit, indebita erga iniquos Misericordia, monstratur in opere Saul, ac Samuelis, quoniam cui Saul pepercit offendens Dominum, Samuel Propheta in frusta* 1. Reg. 15. *conscidit. Nam sicut quisque in se peccantibus, debet propter Deum dimittere, ita peccantes in Deum, et Ecclesiam conculcantes, et Regni peruasores, & Christianitatis depopulatores, & Pacis perturbatores, debet minister Domini Rex debitam vindictam propter Deum exercere. Quapropter sciat Rex nobis amabilis, quia sicut infirmus lauari non potest, qui à medico coquitur, quamdiù ferrum ignitum in illius tenetur corpore: ita, & nemo sanari potest à peccato, quamdiu ei, qui in peccato manet scienter, & libenter communicauerit.*

Tandem si se promiserit adiutorem, & cooperatorem Dei pro viribus de cætero, & rationabiliter futurum, qualiter Ecclesia Dei, quæ in suo Regno, ac Regnis nostrorum Principum vna est, sicut & vnum sacerdotium secundum qualitatem periculosi temporis, in vnoquoque ordine restituatur, & Sacerdotes Dei debita priuilegia, & Ecclesiasticum vigorem obtineat, & Populus iustitiam habet, & pacem: congregatis vobis, & nostro, immo Diuino Spiritu, qui est remissio omnium peccatorum, per Ecclesiasticā Apostolicæ auctoritatis potestatem, illi peccata in nostris Parochijs per illum, & ab illo commissa; Ecclesiastica pietate, & Canonico more dimittite, eique indulgentiam postulanti donate, atque illum sacræ communioni, qua se ipse priuauerat, excommunicatis communicans, restituite. Et licèt multorum annorum secundum præfixos à Sacris Canonibus gradus pœnitentiæ hæc perpetrata facinora indigerent: tamen confisi de Dei misericordia apud quem, non sic acceptatur mensura temporis, vt doloris, nec abstinentia ciborum, sicut mortificatio vitiorum: non prædicantes Patrum sententijs, quæ de huiusmodi decreuerunt, sed potius sequentes eorum humaniorem definitionem hæc scribimus. Ait Sancta Synodus Africana: Pœnitentibus secundum differentiam peccatorum Episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora discernantur: & Sanctus Leo Apostolicæ Sedis Pontifex: His inquit, qui in tempore necessitatis, & in periculi vrgentis instantia præsidium pœnitentiæ, & mox reconciliationis implorant; nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda, quia misericordiæ Dei, nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ moras vera confessio, dicente Dei Spiritu per Prophetam: Cum conuersus ingemuerit, tunc saluus erit. Et alibi: Dic iniquitates Ezech. 33 Isa. 43. *tuas prior, vt iustificeris: item Propheta Dauid inquit: Quia apud Dominum misericordia, &* Ps. 129. *copiosa apud eum redemptio. In dispensandis itaque donis non debemus esse difficiles, nec se accusantium gemitus lacrymasque negligere; cum ipsam pœnitendi affectionem ex Dei credamus inspiratione conceptam, dicente Apostolo. Ne forte det illis Deus pœnitentiam, vt resipi-* 2. Tim. 2. *scant a diaboli laqueis, a quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem, & Sanctus Gregorius in Homilia dicit: Veniat foras mortuus, idest, confitea-*

fiteatur Peccator; venientem verò foras soluant discipuli, vt Pastores Ecclesiæ ei pœnam debeant admouere, quam meruit, qui non erubuit confiteri, quod fecit.

His perpetratis, fratres carissimi (sicut diximus) iam dictum Regem, nobis amabilem, si ita contemperatum Diuinæ voluntati, & sacræ auctoritati inuenietis secundum ministerium vobis a Deo traditum cum nostra vnanimitate absoluite. Sin aliàs vos nullo modo cum eo, quem absoluere non poteritis, ligare nolite: quoniam nec coram Deo, nec in Synodo nos in eo auctores habebitis. Si agere aliter (quod absit) præsumpseritis, vos, & in Synodo, & coram Deo pro facto irrito dabitis rationem, & si ipse (quod Deus longè faciat) ea quæ egit, vnde illum nunc commonere, vos mittimus, reiterauerit: omnia, & ante diuinos oculos, & antè Ecclesiastica iudicia rediuiuo vulnere curanda, & amputanda nouerit reuenire. Si quid contra Sanctam auctoritatem præsumptum, & subreptum, siue extortum fuerit: non solum in diuinis examinationibus, verum nec in diuinis legibus quidpiam præualebit. Et non sit de cætero immemor idem Rex gloriosus, quod dicit Sanctus Gregorius: sciendum est, inquiens, quia quisquis illicita nulla cōmisit; huic iurè conceditur, vt licitis vtatur; sicque pietatis opera faciat, vt tamen si noluerit, ea quæ Mundi sunt, non relinquat. Quilibet verò tanto a se licita debet abscindere, quanto se meminit, & illicita perpetrasse. Neque enim par fructus esse boni operis debet ei, qui minus, & ei qui amplius, vel qui in quibuslibet facinoribus recidit: sed tanto quisque maiora quærat bonorum operum lucra per pœnitentiam, quanto grauiora sibi intulit damna per culpam. Vnde a vobis nostra, quin potius Dei voce commoneatur, vt sic studeat præteritorum pœnitens, & imminentia atq; futura cauens, Deo militare in regno terreno, quatenus mereatur conregnare Christo in regno Cælesti.

19 *Thronos Dei*. Inter Caroli proditores Vuenilo Senonum Archiepiscopus fuit,
XLII. quem ipse punire haud audens, apud Synodum sequentibus accusauit.

Libellus Proclamationis quia sicut dicit Sanctus Gregorius, & ex consuetudine Olitana, cognoscitis in Francorum Regno, Reges ex genere prodeunt mihi a Domino, & genitore meo piæ memoriæ Ludouico Augusto, pars Regni inter fratres meos Reges diuina dispositione est tradita. In qua parte Regni vacabat tunc Pastore Metropolis Senonum, quam, iuxta consuetudinem prædecessorum meorum Regum, Vueniloni tunc Clerico meo in Capella mea mihi seruienti, qui more Liberi Clerici se mihi commendauerat, & fidelitatem Sacramento promiserat, consensū Sacrorum Episcoporum ipsius Metropolis, ad gubernandum commisi, & apud Episcopos, quantum ex me fuit, vt eum ibidem Archiepiscopum ordinarent, obtinui.

Post hæc de diuisione Regni inter me, & fratres meos ratio est exorta notissima, vnde partem diuisionis cum mutuis, nostris scilicet, nostrorumque fidelium Sacramentis, sicut etiam primores Regni totius inuenerat, tenendam, & gubernandam suscepi. Quam diuisionem inter me, & fratres meos de cætero a me substantialiter tenendā, sicut alij, qui ibi adfuerunt Episcopi, VVenilo mihi fratribusque meis propria manu iurauit: pacem etiam, Et mutuum adiutorium inter me, & præfatum Fratrem Ludouicum VVenilo Sacramento firmauit.

Sed & post hoc, electione sua, aliorumque Episcoporum, ac cæterorum fidelium Regni nostri voluntate consensit, & acclamatione cum alijs Archiepiscopis, & Episcopis; Vuenilo in diœcesi sua, apud Augelianis ciuitatem, in Basilica Sanctæ Crucis, me secundum traditionem Ecclesiasticam, Regem consecrauit, & in Regni regimine Chrismate Sacro perunxit, & diademate, atque Regni Sceptro in Regni solio sublimauit. A qua consecrationis vel Regni sublimitate supplantari vel proijci a nullo debueram, saltem sine audientia, & Iudicio Episcoporum, quorum Ministerio in Regem sum consecratus, & qui Throni Dei sunt dicti, in quibus Deus sedet, & per quos sua decernit Iudicia: quorum paternis correctionibus, & castigatorijs Iudicijs me subdere fui paratus, & in præsenti sum subditus.

Denique cum seditiones in Regno nostro per homines irreuerentes cœperunt crebrescere, consensu Episcoporum, ac cæterorum fidelium nostrorum, Chirographum inuicem conscripsimus, qualiter ego erga eos cooperante Domino, agere vellem, & qualiter mihi consilio, & auxilio ijdem fideles nostri ab inde postmodum solatium ferre debuissent. Cui scripto Vuenilo apud Baiernam villam propria manu subscripsit, sicut in præsenti videri potestis.

Dein-

Denique, cùm contrà Paganos ad insulam loci, qui Oscellus dicitur, cum fidelibus nostris, & terreno itinere, & nauigio, sicut scitis, perrexi, quidam à nobis deficientes fuga lapsi sunt. VVenilo autem se pro infirmitate sua illuc ire non posse dicens, ad sedem suam reuersus est. Dum autem in procinctu eo nos infirmi degeremus, frater noster Ludouicus, sicut scitis, eum manu hostili, & seditiosis hominibus ex Regno suo Regnum nostrum irrupit. Ad cuius colloquium, sine mea voluntate, atque licentia, Vuenilo venit, quem supplantatorem meum esse cognoui, quod nemo Episcoporum ex regno nostro alius fecit. De cætero cum contra prædictum fratrem meum inimicos meos, ac vastatores Ecclesiæ, & depopulatores Regni, qui cum illo erant cum fidelibus Dei, ac nostris perrexi, nec per se ipsum, nec per debitum solatium, quod antecessores mei Reges, & ego ipse ex Ecclesia illi commissa habere solitus eram, aliquid adiutorij, præbuit præsertim cum hoc deuotè ab illo petierim. Cum autem ratio, & necessitas mihi accidit, de villa Breona, vt à prædicto fratre meo secederem, & ipse frater meus Ludouicus adhoc rediјt in partem Regni mei, vt mihi meum Nepotem subriperet, & homines meos mihi subtraheret, ac fideles meos vastantèr imprimeret: VVenilo eum quo potuit solatio ad prædictum fratrem meum Ludouicum in meam contrarietatem venit. Cum quo erant excommunicati istius Regni, & seditiosi, de quorum excommunicatione Coepiscoporum suorum literas accepit, & missas publicas fratri meo cum quo ipsi seditiosi erant in Palatio meo Attiniacco, & Parochia, & Prouincia alterius Archiepiscopi fidelis nostri sine sua licentia, ac Coepiscoporum consensu, VVenilo excommunicatis, vel excommunicatorum particibus celebrauit, & in eo Concilio, atque Consilio fuit, quo Nepos meus Lotharius per mendacia quantum ex seductoribus suis subriperetur, & debitum, ac Sacramento promissum solatium, atque adiutorium ex illo mihi subtraheret. Prædictis nihilominus fratris mei Consilarijs, & publicis, ac secretis tractatibus VVenilo cum specialibus familiaribus, & inter priores eius familiariter cum Episcopali iudicio, vt diximus excommunicatis, & iudicio Regni diiudicatis interfuit, quatenus partem Regni quam idem frater meus, & VVenilo mihi iurauerant me regem sacrauerat: sæpefatus frater meus obtineret, & ego illam perderem VVenilo in eo Consilio, & tractatu fuit, vt Episcopi, qui mihi fidei promissæ debitores erant, & Consilium, atque auxilium manu propria confirmatum ferre debuerant deficerent, & ad fratris mei Ludouici obsequium, & subditionem se verterent. De Abbatia sanctæ columbæ, & rebus, vel honoribus Regni mei apud Ludouicum fratrem meum præceptum obtinuit, & literas ad Missos, quo eandem Abbatiam reuocarent Ecchardum, & Theodoricum impetrauit. Sed in eiusdem literis ad præfatos iussionem fratris mei Ludouici VVenilo obtinuit, vt de muro Castelli Meloduni, quod ius Regiæ est potestatis, petras haberent licentiam prehendere. Vndè constat, quod in plebe istius Regni mihi a Deo collati, eum studebat colere, & satagebat tenere. VVenilo in eo Consilio, & tractatu cum præfatis excommunicatis fuit, vbi consideratum est quatenus illi homines, qui mihi fideles erant, & mihi Sacramento fidelitatem promiserant, siue nolentes siue volentes fratri meo Ludouico iurarent, vt ei adiutorium ferrent, qualiter Regnum meum contra me obtinere potuisset. & non solum consilio VVenilo interfuit, sed & ipse hoc idem Consilium fratri meo Ludouico contra meam fidelitatem quam mihi promisit Sacramento donauit. VVenilo per se, & per familiares suos supradictos scilicèt excommunicatos apud fratrem meum Ludouicum obtinuit, vt vacans Episcopatus, Baiocacensis scilicèt Ciuitatis, propinquo suo, Clerico meo, nomine Fortoldo, qui mihi se commendauit, & fidelitatem Sacramento promisit donaretur, qui eundem Episcopatum in mea infidelitate, & contra fidelitatem mihi promissam consensu Ludouici fratris mei accepit. Tandem postquam mihi Deus vires recuperandi mei, per solatium fidelium meorum contra fratrem

meum donauit; perrexit propè de ciuitate VVenilonis, qui me contra fratrem meum ad recuperadum regnum meum pergere sciuit, & nullum adiutorium, vel per se; promißo, ac subscripto Consilio, vel per militiam, quæ ex Ecclesia sibi commissa solet exire adiutorium aliquod præstitit.

Epistola Synodalis ad Vuenilonem Archiepiscopum.

Dilecto, & venerabili Vueniloni Senonum Metropolitano Remigius Ludunensium Metropolitanus Episcopus, Rodulfus Biturigum Metropolitanus Episcopus, Guntarius Agrippinensium Metropolitanus Episcopus, Hincmarus Remorum Metropolitanus Episcopus Arduicus in Vesontionum Metropolitanus Episcopus, Teutgaudus Treuerorum Metropolitanus Episcopus, Vuenilo Rotomagensium Metropolitanus Episcopus, Herardus Turonum Metropolitanus Episcopus, immo Houiomagorum Episcopus, Ionas Aeduorum Episcopus, Vngerus Traiectensis Episcopus, Ebbo Gratianopolitanus Episcopus, Fredebertus Basiliensis Episcopus, Arnulfus Tullensis Episcopus, Rothadus Suessionum Episcopus, Ermenfridus Bellouacensis Episcopus, Aduentus Merensis Episcopus, Atto Virdunensis Episcopus, Abbo Antisiodorensis Episcopus, Aeneas Parisijs Episcopus, Bataldus Argentariensis Episcopus, Erguinus Siluariectensium Episcopus, Gistebertus Cannotensis Episcopus, Guntbertus Ebrocensis Episcopus, Ratbertus Valentiensis Episcopus, Franco Tungrensis Episcopus, Agius Aurelianorum Episcopus, Hildegarius Meldensis Episcopus, Hincmarus Laudunensis Episcopus, Erchanraus Catalaunensis Episcopus, Rotbertus Cenomannensis Episcopus, Erboinus Costantiæ Episcopus, Abbo Maurogensis Episcopus, Hildebrandus Sagensis Episcopus, Airandus Lexouiensis Episcopus, Vualtbertus Abricatensis Episcopus, Godelsadus Cabilonensis Episcopus, Isaac Lingonensis Episcopus, Erdambertus Baiocensis Episcopus, Hilmeradus Ambianensis Episcopus, & multi alij episcopi, qui ad vniuersale Concilium in suburbano Tullensi conuenerunt, in Domino salutem de instauratione pacis, totiusque status Ecclesiastici redintegratione conferentibus nobis, gloriosus Rex Domnus noster Karolus XVIII. Kal. Iulias submissè vnanimitatem nostram adijt implorans, vt quæ vobis vehementer indebitè passus esset cognosceremus, & maculam nostri ordinis iusto iudicio tergeremus. Imputat, quòd cum iureiurando fidei à vobis accepto Senonum Præsulatum vobis largitus sit, & in diuisione Regni iuramentum cum alijs feceritis pacis, & alterni adiutorij interse, & fratrem Hludouuicum, perpetuitate Sacramento priùs à vobis firmatâ: cumque vestra electione, & aliorum Episcoporum, cæterorùmque fidelium consensu, in Regem à vobis sit diuina gratia consecratus, ac chirographo, quod vestræ fidei qualitatem, & immobilitatem erga se continet, illius verò in vos firmam beneuolentiam ad omnes sinistras suspiciones vtrimque abolendas composito, subscripseritis, quod omnes absque recusatione fecerunt duntaxat fideles. Post repetita toties sacramenta in procinctu contra Paganos vestro eum, vestrorumque destitueritis auxilio, & Hludouuico fratri impulsu seditiosorum Regnum inuadenti, soli omnium Episcoporum spontè accedentes, eius iniussu fueritis conlocuti. Se verò contra eumdem fratrem, & vastatores patriæ proficiscentem, consuetam Ecclesiæ vestræ priuaueritis militiam, quam supplex ipse à vobis poposcerat, & post discessum à Breona, ad fratrem, cum quo erant excommunicati in eius damnum accesseritis, & in eo Concilio fueritis, quo Lotharius Rex nepos confictis mendacijs eius auxilio subtrahebatur: & familiariter interfueritis Hludouuici fratris Consilijs publicis, & priuatis, quibus ei partem Regni parabat subripere, pro qua obtinenda vterque vestrum ei iurauerat. Ei quoque, in quo tractabatur, vt Episcopi à se deficerent, & ad dominationem Hlodouuici transirent. Imputat præterea, quod Monasterium Sanctorum Columbæ à Hludouuico impetraueritis, & de assignatione eius Literas ad missos Echardum, & Theodoricum. Saxa quoque muri Meledunensis Castelli à Hludouuico popósceritis. Vnde satis claruerit, eum potius Principem, quàm se illo vos tempore adprobasse atque duxisse. Quòd id etiam Consilium dede-

dederitis, vt fideles eius Sacramento constringerentur, qui occupatum Regnum Hludouico contra se tueretur: & quod vacantem Sedem Baiocacensium Tortoldo propinquo vestro à Hludouico obtinueritis, & postquam se virtus diuina annisu fidelium in Regnum restituerit, & id aduersus fratrem sibi cœperit vindicare. Nullum ei per vos, aut milites Ecclesiæ vestræ præstiteritis suffragium. Hæc plenius in libello comprehensa gloriosus Rex nobis obtulit, quæ strictim vobis fide integra expressimus ne ex improuiso obiecta amplius pertubarent. Elegit autem terminandæ querelæ Iudices me Bemigium, & VVenilonem Rotomagensium, & Herardum Turonum, & Rodulfum Biturigum Episcopos, cæteris nostrum Iudicium suo consensu adprobaturis, Proindè, frater carissime, a tempore, quo literas has acceperis, post diem 30. quocunque euocatus fueris, ita Canonicè instructus, occurre, vt defensionis tempore, ac loco accepto, si conscientiæ, quod plurimum optamus, confidis, suffragante veritate probabiliter obiecta dissoluas: sin autem in defensione defeceris, sententias a maioribus institutas excipias.

XLIV. 20 *Lotharingiam, &c.* defuncto Lothario Lotharingiam successionis iure Ludouico filio debitam vsurpasse Carolum, & in Concilio Metensi Coronatum fuisse, numisma habet.



XLV. 21 *Filium, &c.* Carolomannum filium in vinculis detinente Carolo Caluo, pietate motus Hadrianus Pontifex ad Carolum pro Carolomanni libertate, scribit: *Hadrianus Episcopus Seruus Seruorum Dei Karolo Regi. Inter cætera excessuum tuorum, quibus aliena vsurpando inuasisse crederis, illud quoque nihilominus obijcitur, quod etiam bestiarum feritatem excedens, contra propria viscera, idest, contra Karolomannum genitum tuum sæuire minimè vererearis; ita vt more strutionis, quod ex libro beati Iob discimus, obduceris ad filium tuum quasi non sit tuus, eum videlicèt non solùm paterna gratia, & beneficijs priuans, verùm etiam Regni finibus eliminans; atque quod impium est, vt ex communioni submittatur, affectans. Verum quia idem Carolomannus Sedem Apostolicam Legatis suis tanquam quibusdam pedum suorum passibus adijt, & per proprias literas nos appellat, quin potiùs interpellat: primò quidem ab huiusmodi conatum tuum intentu, auctoritate Apostolica refrenamus; deindè verò nè aduersus Apostolum ad iracundiam prouoces filium tuum, salubriter exortamur. Atque ideò, & gratiam ei tuam, sicut conuenit, redde; et illum, vt reuera proprium filium paternis affectibus suscipit: necnon, & pristinis beneficijs, ac honoribus restituere satage, donec saltem Apostolatus nostri missi ad te veniant; & saluo debito vtriusque vestrum honore, quidquid de illo salubrius inuentum fuerit, competenti executione, ac dispensatione ordinetur, ac disponatur. Ergo nè adijcias peccatum super peccatum, sed & de pristinis inuasionis, & auaritiæ prauitatibus deprecare, & correctionis ostensa perfectione, veneam Ecclesiasticam recipere totis medullis exopta; & nè finetenùs pereas, vsquequaque decerta; quatenus per hoc finis prauitatum, finis animaduersionis efficiatur, & præstante Deo, cum termino culpæ, terminus accedat, & pœnæ. Dat. IV. Idus Iulij, Indictione IV.* Eodem voto ad Comites pro Carolomanno scripsisse legitur.

Ann. 870 .18. Ex Treuirensi cod. desumtsit Baron.

Baronius ib.

Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei omnibus gloriosis Comitibus, & cæteris fidelibus in Regno Karoli, & in Regno quondam Hlotharij Regum constitutis.

Auditui nostro sonuit, quòd Carolus Rex etiam belluarum furorem transcendens, contra propria viscera, idest, contra Carolomannum filium suum sæuierit; hunc videlicèt non modò paterna gratia, et beneficijs priuans, verum etiam Regni sui metis eliminans; quin etiam conetur aduersum illum exercitum congregare, & vos omnes aduersus eum totis nisibus destinare. Vndè quia per huiusmodi contentionem, atque conflictum, sæpè sanguinis effusio contigit: prouidendum summoperè ducimus, nè tale proh nefas, nostro proueniat tempore, ac per hoc nomen Domini blasphemetur in Gentibus. Ideòque pacem, & non bella volentes; nam Psalmista Do-

mino dicit, dissipa gentes, quæ bella volunt: ea quæ pacis sunt inter genitorem, et genitum si potestis, constituite: porrò si non potestis, saltem bellis cedite, prælia dissipate. Alioquin quisquis vestrum contra Carolomannum castra mouerit, ac per id vt effundatur fidelium sanguis confluxerit: non solum excommunicationis nexibus innodabitur, verùm etiam vinculis anathematis obligatus in gehenna cum diabolo deputabitur. Optamus vos in Christo benè valere. Dat. III. Idus. Iulij. Ind. IV.

Hæc ad Comites Hadrianus, ad Episcopos verò.

Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei reuerendissimis, & Sanctissimis confratribus nostris Archiepiscopis in Regno Karoli, & in Regno quondam Hlotharij Regum Ecclesiam Domini gubernantibus Præsulatus nostri auribus intimatum est, Karolum Regem Carolomannum filium suum gratia sua priuatum, post multa dira simul, & dura crudeliter irrogata, beneficijs, & ab ipsis quoque Regni sui metis eliminasse; quinimmò, vt vos etiam in eum excommunicationis spicula iaceretis sanctimoniæ vestræ nihilominus suasisse. In quo quid aliud intelligi datur, si rei se ita veritas habet, nisi quod resti delictorum, quam multipliciter extendendo contexuit, adhuc istud quoque impietatis genus velit adijcere, & sese talibus iniquitatum captum funiculis, & constrictum gestiat irretire? Vnde nimirum valde dolemus, & ei affectu spirituali compatimur; & quamuis exteriorem circa illum pacē soluamus, interiorem tamen integram conseruamus: nam, & ideò illum percutimus, vt sanemus, flagella idcircò extrinsecus adhibemus, vt intrinsecus vulnera delictorum curemus: verbera namque corrigentis sunt, non pene damnantis. Verum quia idem Carolomannus nos missis suis, quasi quorumdam pedum suorum gressibus adijt, & per syllabas proprias Apostolicam Sedem appelat, quin potiùs interpellat: decernimus nullam, vos in eum excommunicationis iaculaturos omninò sententiam; quosque videlicet nos, qui Sacerdotum Domini matura volumus esse iudicia, vniuersa, quæ gesta sunt veraciter agnoscamus. Alioqui inualidam Apostolicæ pondere auctoritatis futuram, contràque reuerentiam vestram potius non immerito sæuituram.

Satius autem, & sine dubitatione præstantiùs est, nè Karolus proprium filium spernat, nè domesticos seminis sui despiciat, nè iura propinquitatis solito more corrumpat, ne pacis, & charitatis fœdera violet, nè caduca mansuris anteferat, nè temporalia externis præponat. Prætereà præfatus Carolomannus insontem se circa patrem, multipliciter aßerit. Verum vt nos non astruendo, sed ratiocinando, quæ animaduertimus fateamur: quid mirum si Carolus præcepta Dei, præfixos metis suis terminos transferendo, aliena inuadendo, contemnens, ex suis reperit, qui eius voluptatibus contrairet, & de lumbis suis procederet, qui ipsius motibus resultaret? cum non ignoremus, protoplastum contra Dominum se per inobedientiam erigentem, & vetita contingentem, non solum exteriora quæque rebellantia cognouisse; verùm etiam in semetipso, quæ sibi obsisterent inuenisse. Quod tamen non dicimus, quasi Carolomannum rebellem circa patrem fatentes, aut contumacem genitum erga genitorem fore docentes; sed quid sacro iustoque Diuino Iudicio fieri possit considerantes, & vt Rex Carolus solerter attendat, salubriter admonentes. De quibus omnibus scitote nos ipsi Regi Carolo scripta nostra misisse, & exortatoria Pontificatus nostri direxisse. Optamus fraternitatem vestram in Christo benè valere.

22 *Ex Tartareis*. Ab Hadriano monitus Carolus Hincmarum Episcopum Romam mittere, ita rescribit. *Ann. 871 num. 93 Baron.*

XLVI

Sanctissimo, ac Reuerendissimo Patri Hadriano Summo Pontifici, & Papæ, Carolus Dei gratia Rex, & spiritualis filius vester.

Scriptum est etiam in præfatis literis, nobis ex nomine vestro directis de Hincmaro, hoc modo: volumus, & auctoritate Apostolica iubemus ipsum Hincmarum Laudunensem Episcopum vestra fretum potentia ad Limina Sanctorum, nostramque venire clementiam, &c. Quæ relegentes contra morem decessorum, ac prædeceßorū vestrorum, hoc dictum inuenimus vmbrosum seculi typhum inducere in Ecclesiam, quæ lucem simplicitatis, & humilitatis diem Domini videre desiderantibus, præfert. Quia humano animo facilè subripi potest, quod ex deliberatione conueniat immutari. Sed valdè mirati sumus vbi hoc dictator Epistolæ nobis per Actandum Episcopum delatæ, scriptum inuenerit esse Apostolica auctoritate præcipiendum, vt Rex, corrector iniquorum, & districtor reorum, ac secundum leges Ecclesiasticas, atque mundanas, vltor criminum, reum legaliter, ac regulariter pro excessibus

bus

bus suis damnatum, sua fretum potentia Romam dirigat, &c. Vndè sicut vobis rescripscimus, & nunc iterum vobis scribere non piguit, sed exigente causa necessarium est: quia Reges Francorum ex regio genere nati, non Episcoporum Vicedomini, sed terræ Domini hactenus fuimus computati: & vt Leo, ac Romana Synodus scripsit, Reges, & Imperatores, quos terris Diuina potentia præcepit præesse, ius distinquendorum negotiorum Episcopis Sanctis iuxta diualia constituta permiserunt, non autem Episcoporum villici extiterunt. Et Sanctus Augustinus dicit, per iura Regum possidentur possessiones: non autem per Episcopale Imperium Reges villici fiunt actoresque Episcoporum. Et Dominus, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo reddi præcepit, qui etiam censum Regi reddidit, & Apostolus seruiri Regibus voluit, honorari, & non conculcari Reges. Regem inquit, honorificate, & iterum: Omnis inquiens, anima potestatibus sublimioribus subdita sit; Reddite ergo omnibus debita, et paulò superius: Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed & propter conscientiam.

Et si reuolueritis regesta deceßorum, ac prædeceßorum vestrorum: talia mandata, sicut habentur in literis, ex nomine vestro nobis directis, deceßores nostros à decessoribus vestris accepisse, nullatenus inuenietis, &c. quis igitur hanc inuersam legem infernus euomuit? Quis tartarus de suis abditis, et tenebrosis cuniculis eructauit? contra quam sacris literis ostensa nobis est via, quam sequamur apposita forma, ut imprimimur, etc. Tandem quia vos non legiße, vel audiße collegimus, ex literis ab Actardo Episcopo nobis delatis, quæ anteà per illum paternitati vestræ direximus, iteratò scribimus ea, quæ tunc scripseramus; deprecantes vos in omnipotentis Dei honore, et Sanctorum Apostolrum veneratione, vt tales inhonorationis nostræ Epistolas, taliaque mandata, sicut hactenus ex nemine vestro suscepimus: nobis et Regni nostri Episcopis, ac primoribus de cætero non mandetis. Et non compellatis nos mandata, et Epistolas vestras inhonorandas contemnere, et Missos vestros dehonorare.

23 *Dato*. Qualiter verò Caroli electio pe-
Pag. 391. racta fuerit, & consecratio, Pithæus Romæ scribit, licèt Ticini numisma velit.



XLVII.

Gesta qualiter Domnus Karolus *filius Ludouici Imperatoris fuit factus Imperator, Tempore Ioannis Apostolici Anno Incarnationis Domini DCCCLXXVI. Indictione X. Sermo Domini Apostolici Ioannis in Synodo Episcoporum.*

Omnibus generationibus, immo cunctis mortalibus liquet, qualiter Omnipotens, et Creator vniuersorum Deus in Ecclesiæ suæ parte, quæ gemebunda peregrinatur in terris, per generationes, & generationes electos suos velut in Cælorum ambitu sydera noua produxerit, vt quodammodo in eiusdem Ecclesiæ Cælo fixa, diuino lumine radiantia merentium animos illustrarent, depulsis terræ mæstitiæ tenebris, & diuersarum angustiarum dissipata caligine. Inter quas tantum charissimum sydus diebus nostris ecce nobis Carolū Christianissimum Principem superna Prouidentia præfixum à se, & prælectum ante Mundi constitutionem, & prædestinatum, non nisi copiosissima miseratione circa nostrã salutem mota, secundum placitum suum, iuxta quod congruum erat in isto periculoso tempore, tribuit, nepotem videlicèt illius quondam magni Caroli, qui Rempublicam prælijs auxit, victorijs dilatauit, sapientia decorauit. Qui cum omnes Ecclesias sublimasset, semper in desiderio, sicut gestis, quæ de eo scripta sunt, legitur, vt Sanctam Romanam Ecclesiam in antiquum statum, & ordinem reformaret. Vndè, & hanc multis honoribus extulit, multis munificentijs, & liberalibus ampliauit, adeò vt amissas olim vrbes ei restituisset, & ex Regni quoque sui parte alias non modicas contulißet. Sed pauca dicta sunt, nisi quæ circa Religionis incrementum gessit magna, & sublimia, memorentur. Religionis quippe statum inter diuersorum errorum, & prauitatum vepres, incultum inuentum sacris literis erudiuit, diuina pariter, & humana scientia perornauit, erroribus expurgauit, raris dogmatibus saginauit, atque intra breuissimum tempus ita industrio pietatis studio egit, vt

nouus

nouus quodammodo videretur Mundus, magnis luminaribus venustatus, & varijs vernantibus floribus adornatus; cuius filius, diuæ scilicet recordationis Hludouicus Maximus Imperator pater huius a Deo electi Principis Caroli semper Augusti, patrum solium adeò Religione imitatus, pietate laudabiliter æmulatus est, vt & paterna diuini cultus vota, & erga prælatum principalis Ecclesiæ liberalitatis insignia pius natus æquipararet, & roboraret. Sed & vberioribus beneficijs, & dapsilibus munificentijs, vt hæres gratissimus, ampliauit. Verùm iste huius præfulgidus filius Carolus videlicet de quo nobis sermo est, serenissimus, & tranquilissimus Imperator, qui nobis, vt prætulimus, in quos fines seculorum deuenerunt, quique caliginosi temporis, ex quadam parte terras ærumnas, et miserias sustinebamus, tanquam splendidissimum astrum ab arce polorũ illuxit: non solum monumenta progenitorum bonitatem electæ radicis ferens in ramo alacriter æquiparauit, verumetiam omne prorsus auitum studium vicit, & vniuersum paternum certamen in causa Religionis, atque iustitiæ superauit: Ecclesias, videlicet, Domini diuersis opibus ditans, Sacerdotes eius honorans, hos ad vtramque Philosophiam informans, illos ad virtutes sectandas adhortans, viros peritos amplectens, Religiosos venerans, innopes recreans, & ad omne bonum penitus subsecutus, & omne malum medullitùs detestatus. Quapropter, & nos charissimi fratres, tot ac tantarum dilectionum eius, atque virtutum audientes insignia, & laudabilium longe lateque diffusa morum eius intuentes indicia, pietatis illius affectus experti frequentissimè, ac multifariè viscera, non immerito intelleximus istum esse proculdubio, qui a Deo constitutus esset Saluator Mundi, multo profectò præstantius, ac decentiùs ita vocatus, quam Ioseph, qui pene solam terram saluauit Aegypti. Vndè ab vniuersa Sancta Romana plebe voce almæ illius Annæ sanctæ personam gestantis Ecclesiæ sterilis, & fecundæ, prophetico quodammodo spiritu temulento quotidie clamabatur, Dominus dabit Imperium Regi suo, & sublimabit cornu Christi sui: & iterum eum Dauid orat, Rege pariter, ac Propheta, Da, inquiens, potestatem siue Imperiũ puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ, sanctæ videlicet Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ. Vnde nos tantis indicijs diuinitùs incumbentibus luce clarius agnitis, superni secreti consilium manifestè cognouimus: & quia pridem Apostolicæ memoriæ decessori nostro Papæ Nicolao idipsum iam inspiratione Cælesti reuelatum fuisse comperimus, eligimus hunc merito, & approbauimus, vna cum annisu, & voto omnium fratrum, & Coepiscoporum nostrorum, atque aliorum S. Romanæ Ecclesiæ Ministrorum amplique Senatus, totiusque Romani Populi gentisque togatæ, & secundum priscam consuetudinem, solemniter ad Imperij Romani sceptra proueximus, & Augustali nomine decorauimus, vngentes eum oleo extrinsecus, vt interioris quoque spiritus Santi vnctionis monstraremus virtutem, qua vnxit eum Dominis Deus suus præ consortibus suis, Christum hunc oleo lætiliæ delibutum extrinsecus faciens; & Principem Populi sui constituens, ad imitationem scilicèt veri regis Christi filij sui Domini nostri: itaut quod ipse possidet per naturam, iste consequatur per gratiam. Deinde non hic perpetuus Augustus ad tanta fastigia se velut improbus intulit, non tamquam importunus fraude aliqua, vel praua machinatione, aut inhianti ambitione ad Imperialem apicem aspirauit. Absit, neque enim sibi honorem præsumptuose adsumpsit, vt Imperator fieret, sed tamquam desideratus, optatus, postulatus a nobis, & a Deo vocatus, & honorificatus ad defendendam Religionem, & Christi vtique seruos tuendos humiliter, atque obedienter accessit operaturus, & roboratus in Imperio summam pacem, & tranquillitatem, & in Ecclesia Dei iustitiam, & exaltationem. Nisi enim nos talem eius cognouissemus intentionem, numquam animus fieret noster tam promptus ad ipsius promotionem, & hoc per Sacerdotum Dei manus, & ministrorum eius officium, sicut Dauid, & Salomon, & nonnulli alij Christiani, quos nimirum non esse tangendos Spiritus Sanctus per Psalmorum Cantica protestatur. Quapropter, fratres charissimi, vnanimes idipsum sentientes benedicamus Domino, & totis cordis, ac corporis vocibus collaudemus, qui, secundum quod pollicitus est, spernantes spreuit, & glorificantem se glorificauit, quisque hunc tantum nobis tamque contulit, per quem mærentium consolatio, et Paganorum contritio, et Christianorum proculdubio speretur cita redemptio: summamque maiestatem eius, et pietatem votis continuis obsecremus, vt confirmet hoc in eo, imo, et in nobis per eum, quod operatus est in eo a Templo Sancto suo quod est in superna Hierusalem

ſalem. Noſque quod iam in Romana Eccleſia, quæ eſt Magiſtra mater, & caput Eccleſiarum, auctore Domino famulatus noſtri Miniſterio geſſimus, preces benedictionis fundentes, & coronam imponentes ſceptri, & Diadema Imperij, etiam hic in Sanctam, ac generali fraternitatis noſtræ Synodo ad quam Domino Duce, pro innumeris neceſſitatibus, & vtilitatibus ſanctæ Synodi Eccleſiæ conueniſſe dinoſcimus, iteratò cordis affectibus, & oris vocibus, & manus ſubſcriptionibus roboremus, nec ſint, quod abſit, in nobis ſchiſmata, quæ Apoſtolus medullitùs execratur, nec animorum alicuius diuiſionis, & diuerſitatis diſſenſio.

Carolus

Reſponſio Epiſcoporum.

Ecce, beatiſſime, & Apoſtolice Domine Papa Ioannes, clariùs videmus mentem apicis veſtri gratia Sancti Spiritus Illuſtratam, qui profectò quos repleuerit, ardentes pariter, & loquentes facit niſi enim ipſe cor veſtrum irradians tetigiſſet, nec ad tantæ dilectionis erga nos flagrantiam accederet, nec ad tot mellifluos, et ſalutares effectus, quibus nos proculdubio piè, et aſſiduè inſtruitis proculdubio moueretur. Spiritualem autem filium veſtrum Dominum Imperatorem Carolum Chriſtianiſſimum, et manſuetiſſimum Principem tanto iure cupimus, et deſideramus Auguſtalia Romani ſceptri gubernacula inconcuſſa, et immutilata; imo augumentata, et ampliata fine tenus retinere, quanto liquidiùs non per hominem neque ab homine ſublimatum, et ad tantum culmen poteſtatis euectum, ſuperna gratia reuelante, cognouimus, qui nimirum cordi Sacratiſſimus Apoſtolatus veſtri interiùs inſpirauit, vt non vos priùs eligeret, ſed contra vos eum, & eligeretis, & diligeretis. Sed & nos, ò Domine, & coangelice Papa, veſtigia veſtra ſectantes, & ſalubria monita recipientes, quem amatis, amamus, quem dilexiſtis, diligimus, quem elegiſtis, elegimus, & quod in eo auctore omnium bonorum Domino, ſiue Diuina benedictione, ſiue ſacra vnctione, ſiue coronæ Imperialis impoſitione geſſiſtis, viſcerabili affectu ſequimur, & celebri laude proſequimur, & digna honorificentia veneramur, atque totius ſenſus noſtri niſibus ita permanere, atque pollere ſemper optamus. Sed & ſi neceſſitas fortaſſis exegerit, totis officij noſtri conatibus reſiſtere ſatagemus. Cum enim, ſecundum Apoſtolum, non ſit poteſtas niſi a Deo, et hæc præcipuè, quæ tam pio collata eſt, haud dubium quin Domini ordinationi reſiſtat, qui iſti ordinationi, quæ nobis miniſtrantibus cælitùs facta eſt, obſtinata mente reſiſtit. Apoſtolico quippè culmini, docente Sancto Bonifacio Papa, nemo vnquã obices manus intulit, niſi qui de ſe voluit iudicari. Durum autem contra ſtimulum calcitrare, vel aduerſus impetus fluminis conari.

Item Summus Pontifex.

Quia igitur fratres chariſſimi inſpiratio Diuina omnium noſtrum corda in vnum ſenſum, & in vnum eumdemque deliberationis finem direxit, vt ſcilicèt vnum ſentiamus, & vnum dicamus omnes, & non ſint in nobis ſchiſmata, quæ impræfato pijſſimo, & tranquilliſſimo Imperatore ſpiritali filio noſtro Carolo, auctore Domino, ſiue preces benedictionis ſuper caput eius infundendo, ſiue ſacræ vnctionis oleo celſum ipſius verticem contingendo, ſiue coronam Imperij conferendo geſſimus, ſententiæ prolatione, ſi vnanimi generalitati veſtræ videtur, & per manuum ſubſcriptionem etiam in præſenti, ac venerabili Synodo, ſicut iam hortati ſumus, iteratò promulgemus, & roboremus.

Sancta Synodus reſpondet.

Placet, & valdè placet in omnibus veſtra ſereniſſima ſectari veſtigia, neque fas eſt, vt à culmine Apoſtolatus veſtri in aliquo diſſentiamus, quem videlicèt ipſe Chriſtus Dominus noſter omnium noſtrum, ad vicem ſuam, in terris eſſe voluit caput.

Tunc ſurgens Summus Pontifex ſententiam protulit, dicens:

Pijſſimi, et Sereniſſimi ſpiritaliq filij noſtri Caroli Magni, et pacifici Imperatoris, ad Imperialia ſceptra electionem, et promotionem antè Mundi quidèm ordinem diuinitùs ordinatam, nuper autem, ideſt, præterita nona indictione per Miniſterium noſtræ mediocritatis exibitam, annuente Domino ex tunc, et nunc, et imperpetuum, firmam, et ſtabilem decernimus permanſuram.

Reſponderunt omnes, Placet, Placet.

Item ſiquis tantæ rei diuinitùs actæ proculdubio inſtitutionem ſuperbia, aut auaritia, vel certè aliquo peſſimæ ambitionis inſtinctu perturbare, aut violare tentauerit, cuiuſcunque ſit ordi-

ordinis, dignitatis, aut professionis, tanquàm Domini inimicus, & ordinationi eius tyrannide sæua resistens, & Ecclesiæ Dei hostis, totiusque pacis, & Christianitatis dissipator, anathemate, vsque ad satisfactionem, teneatur omni tempore annexus.

Responderunt, Fiat, Fiat item Summus Pontifex.

Patratores, & incitatores pessimi huius Concilij, qui profectò cum ministri sint diaboli, sua quærunt non quæ Iesu Christi, & in Imperium subintroducere simultates, & discordiam moliuntur, ac fraudulentia immittere schismata ad confundendam Ecclesiæ vnitatem regnique congruũ statum, & ordinem, Reiq; publicæ vtilitatem, & tranquillitatem conantur, si deinceps in talibus inuenti fuerint, si quidem Ecclesiastici viri extiterint, tanquàm viri schismatici, & à capite dissidentes omnimodis deponantur: Laici verò, & Monachi perpetuo anathemate feriantur.

Et responderunt omnes tertio, Fiat, Fiat, Fiat.

Subscripsit ergo Dominus Papa, & cum eo Episcopi, qui affuerunt.

Gloriosissimo, & à Deo coronato magno, & pacifico Imperatori Domino nostro Karolo perpetuo Aug. Nos, quidem omnes Episcopi, Abbates, Comites, ac reliqui qui nobiscum conuenerunt Italici regni optimates, quorum nomina generaliter subterhabentur inserta, perpetuam optamus prosperitatem, & pacem. Iam quia Diuina pietas vos beatorum Principum Apostolorum Petri, & Pauli interuentione per vicarium ipsorum Dominum videlicèt Ioannem summum Pontificem, & vniuersalem Papam spiritualem patrem nostrum ad profectũ sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorumque omnium inuitauit, & ad Imperiale culmen Sancti Spiritus iudicio prouexit, Nos vnanimiter vos Protectorem, Dominum, ac defensorem omnium nostrum elegimus, cui & gaudenter toto cordis affectu subdi gaudemus, & omnia, quæ ad profectum totius sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumq; omnium salutem decernetis, & santietis, totis viribus annuente Christo, concordi mente, & prompta voluntate obseruare promittimus.

Anspertus S. Mediolan. Eccles. Archiep. subscripsi. Iohan. S. Aretinæ Eccles. humilis Episcop. sub. Iohan. Ep. S. Ticinensis Eccles. subs. Bened. Cremonensis Ep. subs. Seudulfus Tertonensis Ep. subs. Adalgaudus Vercellens. Ep. subs. Azo Eporediensis Ep. subs. Gerardus exiguus in exigua Laudensi Eccles. Ep. S. Hilulumus Astensis Ep. S. Ratbomus sedis Augustanæ Episcop. S. Leodoinus Mutiensis Ep. S. Hildradus Alber. Episc. S. Bodo humilis S. Aquensis Eccl. Ep. Sabbatinus Iauensis Eccles. ep. S. Tilbertus Comensis ep. Adelardus seruus seruor. Dei Veronen. ep. S. Ego Paulus S. Eccles. Placen. Episc. Edo Andreas S. Florent. Eccles. Ep. S. Raginerius Abbas S. Sign. Bosonis incliti Ducis, & sacri Palatij Archiministri atq; Imper. missi. Sign. Richar. Comitis. Sign. Vualfridi Com. Sign. Luitfridi Com. Sign. Alberici Com. Sign. Supponis Com. Sign. Hardingi Com. Sign. Bodradi Com. Palatij Sign. Cuniberti Com. Sign. Bernardi Com. Sign. Airbolei Com. Acta sunt hæc in Palatio Ticinensi anno Domini 877. Regni domini Imp. Karoli Hludouici Aug. piæ memoriæ filij in Francia 36. Imperij primo, Ind. IX.

CAPVT TERTIVM.

De Hebręorum Origine.

1 *Iudæi odiosi.*
2 *Iudæi nostrorum temporum, vndè venerint? ignoratur.*
3 *Herodes M. sustulit Iudæorum genealogias, vt sui occultaret originem.*
4 *Speciositas cuiusdem Iudæi.*
5 *Hebræorum origo ex fabulis.*
6 *Iudæi an idem, quod Idæi?*
7 *Taciti Opinio de Mose, quomodò Iudæorum vsurpauerit Imperium.*
8 *Sue cur abstineant?*
9 *Sabbath. & Iabil. cur apud Hebræos?*
10 *Iudæi vnum Numen adorant.*
11 *Nec Regibus erigunt statuas.*
12 *Iudæi a Syris.*
13 *Ioseph, magus dicitur a Trogo.*
14 *Hebræi propter scabiem, Aegypto pulsi.*
16 *Hebræi ab Indis.*

17 *Au-*

17 *Augustinus, & Ambrosius ab Abraham Hebræos volunt.*
18 *Hebræi ab Heber.* 22. 32. 36.
19 *Heber in generatione quartus, cur in ordine ponatur primus?*
20 *Hebræi ab Abraham Hebræo.* 39.
21 *Hebræus idem est, ac transiens.*
23 *Caietani error de Heber, & Habar.*
25 *Hebræi ab Heber nomine proprio, & appellatiuo.* 35.
26 *Augustini error circa genealogias.*
27 *Hebræa lingua ab Heber.*
28 *Heber ita nominatus, quia natus, dum pater flumen traijceret.*
29 *Chaldæi ab Arphaxat.*
30 *Hebræi semper itinerantes.*
31 *Hebræi, cur sic vocati?*
33 *Nomina imponuntur ad excitanda facinora.*
34 *Gentiles quali superstitione nomina imponerent?*
35 *Agnum comedebant stantes, non sedentes.*
37 *Infideles etiam, aliquandò futura præuident.*
38 *Abraham cur non ante vocaretur Hebræus Lothi captiuitatem?*
41 *Syri, Moabitæ ex Heber descendentes, cur non vocentur Hebræi.*
42 *Euphrateus, & Hebræus idem sunt.*
43 *Loquela quemlibet manifestat.*
44 *Galaaditæ, & Ephratæi ex loquela dignoscebantur.*
45 *Hebræus idest seruus.*
46 *Hodierni Iudæi, an dicendi Hebræi?* 53.
47 *Iudæi à Iuda Machabæo.*
48 *Iudæi à tribu Iuda.*
49 *Iudæi à scissura decem tribuum.*
50 *Iudæi cur à Iuda?*
51 *Tribus Iudæ benemerita, quia ex ea nascitur Christus.*
52 *Iudas primus ingreditur mare Rubrum.*
54 *Iudæi ex adulterio progeniti, nè de natalibus superbirent.*
55 *Iudæorũ, cur Græci mẽtionẽ haud habuerĩt?* 58
56 *Græcis historicis haud fidendum.*
57 *Aegyptij, & Babylonici primi inter historicos Hebræos.*
59 *Græci ob gloriam latrocinantes.*



Erfidiæ originem insequor: vbi-
I. què perduellionis notata natio Iudæorum legitur. Æmulabantur antiquitùs Græcanicæ vrbes, vt sua agerent Homeri natalia; Iudaicæ stirpis totus Orbis dedignatur propaginem. *Iudæis, vnde id nomen esse cæ-*
In Vita Pompei. *pit, equidem nescio* (Dion Nicæus fatur) *quod nomen tamen latissime patet:* adeò gentibus inuisi, vt odioso nomine etiam laterent. *Nam ad cæteros quoque homines spectat, qui etsi alterius nationis sunt, legem tamen eorum imitantur.* Christicolæ isti sunt, vt infrà cum Augustino
II. dicam. Cæterum Iudæorum reliquias, quæ hodie diuagantur per Orbem, an natos, vel deditítios demonstrari, dubium est. Genealogias enim omnes, quæ ab Abrahamo Herodẽ Magnum vsquè diligentissimè in Archiuis asseruabantur, quo magis ille, regnum, quod ab Augusto Cæsare impetrauerat, etsi Idu-
III. mæus, & alienigena, sibi & posteris confirmaret, sustulit, & cremauit, nè in posterum
IV. alieni sanguinis notari nequiret. Ferrariæ
Antur. 3 cap. 8. vnum, quem ex tribu Iudæ oriundum gloriabantur, Philippus Camerarius vidisse scribit: magno prodeuntem comitatu, eius faciem dignam Imperio, mores liberaliores, & Iudæorum dissimiles. Verùm quàm vana de instaurando regno, iactauerint, declarauit euentus. Hebræorum igitur Originem, vel petimus ex arcanis sacræ paginæ, vel à Gentilium, & Poetarum fabulis. Opinio- V.
nem eorum, qui à Magis Gymnosophistas fluxisse asseuèrant, à quibus etiam Iudæos Diogenes Laertius memorat: Ægyptijs verò antiquiores esse Magos cum Aristotele sen- *Lib. 1. de Vita Philosoph.*
tiens. Sunt, qui dicunt apud Plutarchum, *Typhonem asino vectum è prælio per septem dies* *De Iside.*
fugisse, elapsumque filios genuisse Hierosolymum, & Iudæum. Sed, & ipsi Plutarcho fabellæ sunt. Multa consarcinat Tacitus, dumque è puteo veritatem haurire gloriatur, gentili- *Histor. 5.*
tatis tenebris obcæcatus, in foueam cadit. *Iudæos Creta Insula profugos, nouissima Lybiæ insedisse memorant; qua tempestate Saturnus vi Iouis pulsus cesserit regnis. Argumentum è nomine petitur: inclytum in Creta Idam montem, accolas Idæos, aucto in Barbarum* VI.
cognomento, Iudæos vocitari. Quidam regnante Iside, exundantem per Aegyptum multitudinem ducibus Hierosolymo, ac Iuda proximas in terras exoneratam. Plerique *Aethiopum prolem, quos*

Rege Cepheo, metus atque odium mutare sedes perpulerit. Sunt, qui tradant *Assyrios conuenas, indigum agrorum populum, parte Aegypti potitos, ac mox proprias vrbes, Hebræasq; terras, & propiora Syriæ coluisse.* Clara alij Iudæorum initia: *Solymos carminibus Homeri celebratam gentem, conditæ vrbi Hierosolymam nomen è suo fecisse.* Alij *consentiunt, orta per Aegyptum tabe, quæ corpora fœdaret; regem Bochorim adito Hammonis oraculo remedium petentem,* purgare regnum, & id genus hominum, vt inuisum Deis, alias in terras auehere *iussum. Sic conquisitum, collectumque vulgus, postquam vastis locis relictum sit; cæteris per lacrymas torpentibus, Mosem vnum exulum monuisse,* nè quam Deorum, hominumue opem expectarent ab vtrisq; deserti, sed sibimet, vt duci cælesti crederent, primo cuius auxilio credẽtes, præsentes miserias pepulissent. Assensere, atq; omniũ ignari fortuitum iter incipiunt. Sed nihil ęquè, quã inopia aquæ fatigabat. Iamq; haud procul exitio,
VII. totis campis procubuerant: cum grex asinorũ agrestium, è passu in rupem nemore opacam concessit. Secutus Moses, coniectura herbidi soli, largas aquarum venas aperit. Id leuamẽ, & continuum sex dierum iter emensi, septimo pulsis cultoribus, obtinuere terras, in quibus vrbs, & templũ dicata sunt. Moses, quo sibi in posterum gentem firmaret; nouos ritus, cõtrariosq; cæteris mortalibus, indidit. Profana illic omnia, quæ apud nos sacra: rursum concessa apud illos, quę nobis incesta. Effigiem animalis, quo monstrante errorem, sitimq; depulerant, penetrali sacrauère: cæso ariete, velut in contumeliam Hammonis. Bos quoq; immolatur, quem Ægyptij Apim colunt. Sue absti-
VIII. nẽt, memoria cladis, quod ipsos scabies quondàm turpauerat, cui id animal obnoxium. Longam olim famem, crebris adhuc ieiunijs fatentur. Et raptarum frugum argumentum, panis Iudaicus nullo fermento, retinet. *Septi-*
IX. *mo die otium placuisse* ferunt: *quia is finem laborum tulerit, dein blandiente inertia septimũ quoq; annum ignauiæ datum.* Alij *honorem eum Saturno haberi: seu principia religionis tradẽtibus Idæis, quos cum Saturno pulsos, & conditores gentis accepimus: seu quod è septem syderibus, queis mortales reguntur, altissimo orbe, & præcipua potentia stella Saturni feratur: ac pleraq: cælestiũ, vim suam, & cursũ septimos per numeros conficiãt.* Hi ritus quoquomodò inducti, antiquitate defendũtur; cętera instituta sinistra: fœda prauitate valuere. Nam pessimus quisq; spretis religionibus patrijs, tributa, & stipes illuc congerebant. Vndè auctæ Iudæorum res: & quia apud ipsos fides obstinata, misericordia in promptu, sed aduersus omnes alios hostile odium. Separati epulis, discreti cubilibus, proiectissima ad libidinem gens, alienarum cõcubitu abstinent, inter se nihil illicitũ. Circumcidere genitalia instituère, vt diuersitate noscantur. Transgressi in morem eorum, idem vsurpãt, nec quidquam priùs imbuuntur, quã contemnere Deos, exuere patriam, parentes, liberos, fratres, vilia habere. Augendæ tamen multitudini consulitur. Nam & necare quemquam ex agnatis, nefas: animasq; prælio, aut supplicijs peremptorum, ęternas putant. Hinc generandi amor, & moriendi cõtemptus. Corpora condere, quã cremare è more Ægyptio: eademq; cura, & de infernis persuasio cælestiũ contra Ægyptij pleraq; animalia, effigiesq; cõpositas venerantur. Iudæi mente sola, vnumq; Numen intelligunt, *Profanos, qui Deum imagines mortalibus materijs, in species hominum effingant. Summum illud, & æternum, neq; mutabile neq; interiturum.* Igitur nulla simulacra vrbi- X.
bus suis nedum templis sunt. Non regibus hęc XI.
adulatio, non Cæsaribus honor. Sed quia Sacerdotes eorũ, tibia, tympanisq; concinebant, hedera vinciebantur, vitisq; aurea templo reperta: *Liberum patrem coli Domitorem Orientis* quidam arbitrati sunt, nequaquam congruentibus institutis, quippè Liber festos, lætosque ritus posuit: Iudæorum mos absurdus sordidusq; Hæc Tacitus, quem laudarẽ, si tacuisset. In paucis discrepans Trogus Pompeius, ita scribit: *Iudæos quoque, qui in Macedonico Imperio sub Demetrio patre armis se in libertatem vẽ-* Lib. 36.
dicauerant, subigit. Quorum vires tantæ fuere, vt post hunc nullũ Macedonum Regem tulerint, domesticisq; Imperij vsi, Syriam magnis bellis infestauerint. Fuit namq; Iudæis origo Damascena, quæ Syriæ nobilissima ciuitas est: vndè & à Sy- XII.
rij regibus genus ex regina Semiramide fuit. Nomen vrbi à Damasco rege inditum: in cuius honore, Syrij sepulchrum Arathis vxoris eius pro templo coluere, Deamque exindè sanctissimæ religionis habent. Post Damascum Abraham, Moses, Israel Reges fuere. Sed Israe-
lem

lem felix decem filiorum prouentus maioribus suis clariorem fecit. Itaque populum in decem regna diuisum filijs tradidit, omnesque ex nomine Iudæ, qui post diuisionem decesserat, Iudæos appellauit: colique eius memoriam ab omnibus iussit. Eius portio omnibus accesserat, minimusque inter fratres ætate Ioseph fuit: cuius excellens ingenium veriti fratres, clam interceptum peregrinis mercatoribus vendiderunt. A quibus deportatus in
I. *Aegyptum, cum magicas ibi artes solerti ingenio percepisset, breui ipsi Regi percarus fuit. Nam & prodigiorum sagacissimus erat, & somniorum primus intelligentiam condidit: nihilque diuini iuris humanique ei incognitum videbatur: adeo, vt sterilitatem agrorum ante multos annos prouiderit: perijssetq; omnis Aegyptus, nisi monitu eius Rex edicto seruari per multos annos fruges iussisset: tantaq; experimenta eius fuerunt, vt non ab homine, sed à Deo responsa dari viderentur. Filius eius Moses fuit, quem etiam præter paternæ scientiæ hæreditatem, formæ pulchritudo commendabat. Sed quum scabiem Aegyptij, et pruriginem paterentur, responso moniti eum cũ ægris, ne pestis ad plures serperet, terminis Aegypti pellunt. Dux*
IV. *igitur exulum factus, sacra Aegyptiorũ furto abstulit: quæ repetentes armis Aegyptij, domum redire tempestatibus compulsi sunt. Itaque Moses Damascena patria antiqua repetita, montem Syneum occupat, in quo septem dierum ieiunio per deserta Arabiæ, cum populo fatigatus, cum tandem venisset, septimum diem more gentis,* Sabbatum *appellatum* In omne æuum ieiunio sacrauit: *Quoniam ille dies famem illis, erroremque finie-*
V. *rit. Et quoniam metu contagionis pulsos se ab Aegypto meminerant, ne eadem causa inuisi apud incolas forent, cauerunt, nè cum peregrinis communicarent: quod ex causa factum, paulatim in disciplinam religionemque conuertit. Post Mosen etiam eius filius Aruas, Sacerdos sacris Aegyptijs, mox rex creatur: semperq; exinde hic mos apud Iudæos fuit, vt eosdem, & reges, & Sacerdotes haberent: quorum iustitia religione permixta, incredibile quantum coaluère.* Hæc in fabulis *Plura* congessit Flauius, adeò erudito, & veridico stylo, vt nobis otium fecerit, Aristotelis prætereo commentum, quum ab Indiæ Sapienti-
VI. bus Iudæos deducit, mutato tamen nomine: quia Philosophi illi, qui apud Indos Calani appellantur, in caua Syria Iudæi dicuntur. Lysimachum haud prætereundum duco, non vt innotescat mendacium, sed refellentis eruditio. *His addam Lysimachum idem quidem habentem cum prædictis argumentum mendacij, verum enormitate figmenti illos vincentẽ: vndè apparet eum magno odio confixisse, dicit enim: Qua tempestate Bocchoris in Aegypto regnabat, Populum Iudæorum, quod essent lepra, scabie, & alijs quibusdam morbis infecti, ad templa confugisset, vt mendacio alerentur, multis autem hominibus morbo correptis sterilitatẽ in Aegypto accidisse. Bocchorim vero Aegyptiorum Regem ad Ammonem scitatum oracula de sterilitate misisse; responsum vero à Deo repurganda esse templa ab hominibus impuris, & impijs, eiectis eis è templis in loca deserta. Cæterum scabiosos, ac leprosos mergendos, tanquam sole horum vitam ægrè ferente: & templa expianda: atquè, ita fore, vt terra fructum ferrat. Bocchorim autem accepto oraculo, accersitisquè Sacerdotibus, ac sacrificijs, iussisse collectis impuratis, hos militibus tradi deportandos in desertum; leprosos verò, ac impetiginosos plumbi laminis inuolutos in pelagum deijci. Quibus submersis, reliquos congregatos, & in loca deserta expositos esse, vt perirent, eos habito Consilio consultasse de se ipsis, & nocte superueniente, accensis ignibus, ac lucernis custodias agitasse: sequentique nocte ieiunatum, vt numen propititium eos seruaret. Insequenti verò luce à Mose quodam Consilium datum, irent conferti vna via, vsque dum ad loca culta perueniretur: tum præcepisse eum, nè cui hominum in posterum beneuoli essent, vtquè Consilium malum potius, quam bonum darent: deorumquè templa, & altaria quotquot inuenirent, euerterent; quibus comprobatis, ac destinatis multitudinem interfecisse per desertum, ac post multa incommoda tandem ad loca culta peruentum, tum verò, & hominibus iniuriosè tractatis, et famis compilatis, ac incensis venisse in eam, quæ nunc Iudæa dicitur: conditaquè Ciuitate hic habitare, vrbem verò ex re nominatam aliquanto autem post iam auctos viribus mutasse nomen vitandi probri gratia: & vrbem Hyerosolima, seipsos Hyerosolimos vocasse. Hic non eumdem, quem illi inuenit Regem, sed recentius nomen confinxit: & omisso somnio, ac Propheta Aegyptio ad Ammonem abijt de impetiginosis, & leprosis responsum relationis; ait enim ad templa collectam multitudinem Iudæorum incer-*

Flauius lib. 2. contra Apionem.

[...]1. cõ[...] Apio[...]

[...]meus 1. c. 4.

incertum leprosis, ne nomen imponens, an quod
solos Iudæos morbus occuparit, dicit enim, populus
Iudæorum. Qualis, aduena, an indigena? cur
igitur eos, cum sint Aegyptij, Iudæos vocas?
Quod si hospites sunt, cur vndenam sint non di-
cis? Quomodo autem cum Rex tam multos ex
his mari mersißet, reliquos in loca deserta eiecißet,
tanta multitudo superfuit? aut quomodò pertran-
sierunt desertum, & occupauerunt regionem, quã
nunc tenemus, & condiderunt Vrbem, & extru-
xerunt templum apud omnes celebre? oportebat
autem de Legislatore, non solùm nomen dicere,
sed & genus, quisnam, & ex quibus ortus. Qua-
mobrem verò tales eis inter eundem aggressus sit
ferre leges, de Dijs, etiam erga homines iniustas.
Siuè enim Aegyptij erant genere, non tam facilè
patrios mores mutare potuissent: siue aliunde erãt
omnino aliquas habebant leges longa consuetudi-
ne obseruatas. Si igitur de expulsoribus suis ira-
rassent, numquam se illis fore beneuolos, rationem
non absurdam habuissent. Quod si bellum inter-
necinum aduersus vniuersos mortales susceperũt,
cum essent (vt ipse ait) miseri, & omnium, opis
egeni, maxima stultitia non illorum, sed hæc fin-
gentis ostenditur. Iste namque etiam nomen im-
positum ciuitati à templorum spoliatione, præsum-
psit dicere, & hoc postea fuiße mutatum. Mirum-
ni, quia posteris, quidem turpe fuit tale nomen, &
odiosum: ipsi verò, qui fundauere vrbem, ornare
semetipsos etiam vocabulo credidere. Hic autem
generosus vir præ nimia detractionis impotentia
non intellexit, Hierosolyma non idem voce Iu-
daica, quod Græca significare. Quid ergo ampliùs
diceret contra mendacium tam imprudenter expo-
situm? Meliora qui cupit, ipsum consulat mo-
dò Flauium, Hebræi modò, & Iudæi germanã
perquiramus originem. Bethuliam obsiden-
XVII. te Holoferne, Ammonitarum Dux Achior in-
terpellatus, quis esset populus ille, qui mon-
tana obsidebat? respondit: *Si digneris audire,*
Iudith. 5. *Domine mi, dicam veritatem in conspectu tuo,*
de populo isto. Populus iste ex progenie Chaldæo-
rum est: & hic primum in Mesopotamia habita-
uit, quoniam noluerunt sequi Deos patrum suo-
rum, qui erant in terra Chaldæorum. Quoad pa-
rentes verò falluntur August. & Ambros. ab
Abraham Abrahæos cognominare volentes,
Gen. 14. quia ipsemet Abraham Hebræus vocatur,
nec ante huiusmodi nomen in scriptura legi-
tur. Nil autem est, quod à seipso denomine-
tur. Idem ex Hebræo patet idiomate, quia
Abraham incipit ab ℵ Aleph. Heber verò per
ע Ayn. Iuxta eundẽ Augustinũ veriùs, quòd
ex Heber Heberæi appellãtur: ac vna detracta XVIII.
litera, Hebræi. Probare conatur, quia cum
legatur, *Et Sem natus est etiam ipsi patri omnium*
filiorum Heber fratri Iaphet maiori: Ordo ver-
borum est: *& Sem natus est Heber, etiam ipsi,* Genes.
idest ipsi Sem, natus est Heber: qui Sem pater est
omnium filiorum. Sem ergo Patriarcham in-
telligi voluit non filiorum solũmodò, sed &
descendentium omnium. Non enim ipsius
Sem filius est Heber, sed ab illo quartus (vel
quintus iuxta Augustinum) in progenitorum
serie reperitur. Sem quippè genuit Arpha-
xat, Arphaxat genuit Cainam, Cainam genuit XIX.
Sala, Sala genuit Heber. Quomodò ergo pri-
mus nominatur si quintus est? ratione digni-
tatis, & nominis posteritati traditi, anteponi,
sententia est Augustini.

Cui doctissimus repugnant [a] Burgensis, a Addi
& [b] Theodoretus. Nam cur, cum aliæ quam- 1. in c. 2
plurimæ gentes ex Heber traxerint originem, Matthæ b q. 60. i
soli tamen posteri Iacob appellati sunt He- Genes.
bræi? Ammonitæ, & Moabitæ de Loth de-
scendunt: Ismaelitæ, & Madianitæ ab Abra- Genes. 1
ham: Edomitæ ab Isaac. Hæc igitur denomi- & 16.
natio ab Abrahamo Hebræo desumenda non
ratione proprij nominis, sed aliundè (vt notat Genes. 1
Burgensis) Ad cuius euidentiam (notat Bur-
gensis) inter Mesopotamiam, & terram pro-
missionis transire fluuiũ Euphratem, qui vnus Genes. 1
de quatuor fluminibus Paradisi est, idcircò in
limitationibus terræ promissionis vocatur
fluuius simpliciter, non exprimendo nomen
proprium. Euphrates, qui terminabat terram Exod. 2
promissionis ex parte Mesopotamiæ, & quia
Abraham natus fuit in Mesopotamia, vbi XX.
Thare pater eius, & alij cognati seruiebant
Idolis: Et indè adductus diuina directione in
terram Chanaan, vbi segregatus ad cultum
Diuinum, ædificauit altaria Domino, inuo- Genes. 1
cans nomen eius. Idcircò Abraham veniens
in terram promissionis, Hebræus vocabatur XXI.
transfluuialis. Heber enim cum ע ain scri-
pta, hebraicè transfluuialis significat. Sicut
illi, qui veniunt de partibus Vltramontanis,
communiter Vltramontan idicuntur. *Ve-* Genes. 1
nit vnus de his, qui euaserunt, & nunciauit
Abrahæ Hebræo, quod idem, ac si diceretur,

Abrahæ

Ioſue. 24. Abrahæ transfluuiali. Hæc dicit Dominus: Transfluuium habitauerunt patres veſtri ab initio, Thare pater Abraham, & Nachor, ſeruieruntque Dijs alienis: Tuli patrem veſtrum Abraham de Meſopotamiæ finibus, vbi in Hebræo habetur: de Heber fluuij, ideſt de transfluuio, & adduxi eum in terram Chanaã; vbi ſegregatus à parentibus idolatris, diuino cultui ſe mancipauit. Huic ſententiæ aduerſari videntur cum Auguſtino, Caietanus, &
XXII. Eugubinus ab Heber inter Maiores Abrahami Hebræorum deducentes originem, & non ab Heber tranſitum ſignificante: licet vel Burgeſem non inſimulent, vel falſo calumniētur,
XXIII. cum decepti Habar, pro Heber accipiant. Habar enim verbum eſt: & Heber nomen eſt. Aduerſantur ipſi verbo Habar, & ab Heber vti nomine, licet radix Habar verbum ſit denominationem Burgenſis depromit. Caietanum in ſequentibus audiamus: *Quamuis ſit quæſtio, vtrum Abraham dictus ſit Hebræus ab Heber, à quo duxit originem, & cuius tempore facta eſt diuiſio linguarũ; an potiùs à verbo Hebræo, Habar, quod ſignificat tranſire flumen, quia ſcilicet ex regione, quæ erat trans flumen Euphratis, venerat in terram Chanaam: ipſe tamen ſonus vocis præſefert, vocabulum illud Hebræus potiùs deſcendere ab Heber, quàm ab Habar: non enim dicitur Abraham Habræo, ſed Hebræo.* Eugubinus concordat: *Mihi certe probabiliùs videtur, Hebræos ab Heber dici, quàm ab Habar, hoc eſt tranſiuit; namque id etiam ipſa vox demonſtrat. Si quidem nomina genitalia apud Hebræos, per Iod in vltima proferuntur; vt eſt Iehudi, ideſt Iudæus; Iſraeli, Iſraelita; Amaleci Amalecita. Hæc autem nomina gentilia terminata in Iod, ducta ſunt ab aliquo nomine primitiuo ſignificante quamdam eius gentis originem; & quaſi caput, vt in ſupradictis Iehudi à Iuda, Iſraeli ab Iſraele, Amaleci ab Amalec. Eandem formam, & rationem habet Hibri, ideſt Hebræus: quare eadem ratio exigit, vt ipſum quoque gentile cenſeatur, & ab ipſo Heber, præcipuis quibuſdam de cauſis, Principe eius genti ductum putetur. Quod ſi Hibri eſſet nomen appellatiuum ſignificans tranſitorem, vel traiectorem fluminis, deriuatum à verbo Habar, quod eſt tranſiuit: potius diceretur Heber, vel Habar per Chamez, vt fit in nominibus appellatiuis, neque enim appellatiua nomina apud Hebræos in Iod terminantur.*

Vera igitur eſt Hieronymi ſententia Hebræos dictos eſſe ab Heber. Nam poſt diluuium cum adhuc viuente Heber, linguarum confuſio facta eſſet: vetus illa, & primæua lingua, in ſola Heber familia remanſit, cumque ille totius familiæ caput eſſet; ab eo ſcilicèt nomen Hebræi, & lingua, & gens accepit. Tanti commenti adhuc controuerſiam perquiro: Haud enim difficultas, quod ab Hibri denominentur, ſed an ab Heber vti nomine proprio quarti nepotis Sem; vel ab Heber appellatiuo nomine, quod tranſeuntem ſignificat?

Ab vtroq; dicas probabiliter poſſe appellari. Ab Heber nomine proprio, quarto nepote, & non quinto, vt fallitur Auguſtinus; XXIV. De Ciuit. Dei lib. 16. & 15 c. 3.
nam Sem genuit Arphaxat; Arphaxat genuit non Cainam, ſed Sale, & Sale genuit Heber; XXVI Geneſ. 10 Paralip. 1. c. 1.
Sacra enim pagina myſterio non vacat; Si quartus naſcitur inter deſcendentes à Sem, cur primus ponitur, & filijs ipſis anteponitur? *Niſi quia verum eſt quod traditur, ex illo Hebræos eſſe cognominatos.* Accedit, quod ſi ex concordi Doctorum ſententia Hebræa lingua XXVII.
ab Heber denominatur Hebræa, quia in eius ſola familia, illibata ſtaret prima noſtrorum Parentum loquutio, cur & ab Heber non denominamus Hebræos? Putant alij Heber natum eo tempore, XXVIII
quo Arphaxat auus diſcedens ex Armenia fluuium Tigrim traiecit, & omnium primus in Chaldæa conceſſit (à quo venère Chaldæi) ac propterea infantem tunc XXIX.
natum, ex euentu Heber appellaſſe, ideſt *tranſiens* ſcilicèt Tigrim. Hoc poſteà retento nomine à poſteris, quia Hebræi in tranſitu ſemper fuere, XXX.
& vltra flumina eorum accidit lacrymis celebrari toties renouata captiuitas. Hùc facit celebris Iudæorum feſtiuitas *Phaſè* dicta, ideſt *tranſitus Domini*. Exod. 12.
Quid ſi dicam, vt reſponderent vltima primis, Hebræorum inditum nomen: peregrinabantur ab initio, XXXI.
peragraturi ſunt vſque ad finem, natura voluit etſi vltimum in executione primum eſſe finem in intentione, & ad Alph. ordinari ω.

Huic ſententiæ ſuffragatur Acatius Cæſarienſis Eccleſiæ in Paleſtina Epiſcopus, Euſebij Cæſarienſis diſcipulus, & in Epiſcopatu Catena Græca.
ſucceſſor interpretando verbum illud Geneſis *Hebræo*, & Græcè vertendo τῷ περάτῃ ideſt tranſitori, vel transfluuiali, ait: *nomen (Hebræi) eſſe gentile, ductum ſcilicèt à quodam de maioribus* c. 14.

XXXII. *bus Abraham cui nomen Heber: sed Græcum interpretem significationem eius vocis exposuisse; Hebræus enim significat transitorem, vel traiectorem: id autem perbelle quadrabat ad historiam Abrahæ, quippe qui ex Mesopotamia, traiecto Euphrate, venerat in terram Chanaan.* Dare enim aliquid suis spebus, aut etiam memoriæ, Parentes in imponendis liberis suis nominibus solent, sic vt fausti ominis appellatione eos nominari velint, vt aliquando, quorum mo-
XXXIII. ribus se se accommodare, & quibus similes fieri debeant, aut quid parentes prò præmio susceptionis, & in vitam productionis, laboriosissimæque educationis expectent. Sic ipsum gentis Hebræorum nomen ab Heber deductum est, quod transitum, & transeuntem eorum lingua significat. Ita ipsa Gentis appellatione (Theodori Hoepingi sunt verba) à
De Iure insignia cap. 21. n. 100. terrenis ad cælestia transire, & à visibilibus istis ad inuisibilia, cognitionemque creationis migrare admonentur. Vndè priscos illos, qui Creatori vera inhærebant pietate, Hebræos appellarunt; Eusebio teste. Est au-
Lib. 2. de prepar. Euang. c. 4. &c. tem non Hebræis solùm hæc adscribenda sollicitudo, sed in vniuersum omnibus gẽtibus, quas summum tam singulis à se descendentibus familijs; & liberis quàm suæ genti, Nationi, Ciuitatibus, Oppidis, & Villis, in imponendis insignibus Nominibus semper, & ab æuo tenuit studium, & superstitio. Chry-
1. 4. Corinth. sostomi sæculo Gentibus mos erat, vt natis
XXXIV. infantibus plures accederentur lucernæ, quibus singulis nomen imponebant, atque eius demum, quæ cæteris extinctis superuixerat, nomen arripiebant, imponebantque infanti, indeque longam eius vitam diuinabant. Hoc voto ab Heber Hebræorum inditum nomen, vt ex præterito ad futurum accingerentur, iti-
XXXV. *Exod. 12.* nere. Inde agnum iubebantur comedere non sedentes, sed stantes. Exinde dici potest ab
XXXVI appellatiuo nomine Heber, Abrahamo imposito vocari Hebræos, & à Thare Abrahæ patre in natiuitate donato: quum prophetico spiritu prospiceret eum migraturum ex Mesopotamia, & trãsmisso Euphrate iterùm in Palestinam. *Quia trans Euphratem* (Chrysosto-
Hom. 35. Genes. mi verba sunt) *domicilium habuerat Abraham, propterea vocatus est transfluuialis, siue transitor; quod nomen ab initio ei parentes imposuerunt, præuidentes id quod futurum erat, ipsum namq; transito Euphrate profecturum in Palæstinam, & ideò appellarunt eum Abram. Nam etsi infide-* XXXVII.
les erant, ductu tamen potentissimæ Dei Sapientiæ, conueniens puero nomen indiderunt; sicut etiam Lamech filio suo Noe. Est enim, & hoc Diuinæ Misericordiæ, futura etiam per infideles prædicere. Quod si quæras cur ante Lothi cap- XXXVIII.
tiuitatem non vocaretur Hebræus? soluit Rupertus: *Hoc illum loco primum nominari Hebræum, idest transitorem placuit, videlicet quo* *cap. 9. Genes.*
vehementius commendaretur magnitudo virtutis eius, & rei ab eo gestæ; quod scilicet transitor, idest peregrinus, & aduena, Deo protegente, rem fecerit, quam quinque Reges indigenæ facere non potuerant, et de victoribus quatuor Regibus vnã vltionem, & plenam reportauerit victoriam. Regum victorum igitur augetur dedecus, cũ in manu alienigenæ victoria describitur.

Quod si obycias numquàm de semine Heber, vt Abrahæ gloriatos. *Semen Abrahæ sumus. Pater noster Abraham est.* Et quamuis *Ioan. 8.*
Christus visus sit aduersari, dum eos compul- XXXIX.
lit. *Vos ex patre Diabolo estis, & desideria eius vultis facere;* haud tamen Abrahamo negauit oriundos. *Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite Abraham Pater vester exultauit, vt videret diem meum.* Heber verò numquam recolitur memoria: non igitur ab Heber, sed ab Abraham, qui futuræ generationis pater, cum primum ęmularetur protoplastrum. Nec rationabile cunctis animantibus indidisse nomen *Omne enim, quod vocauit Adam animæ* *Genes. 2.*
inuentis, ipsum est nomen eius: eum, qui labe peccati Orbem fædauit; & non ab Abrahamo denominari familiam (Abrahæ enim familia tota est Hebræorum natio) qui circũcisionis meruit habere remedium, qua à Gentilibus, vt Dei primogenitus seccerneretur populus? facilis est solutio: (si ab Heber nomine proprio deducamus originem) haud posse, nec debere de Heber Hebræos gloriari, vt iactantur de Abraham, quia fidei meritum haud in Heber, sed Habrahamo fuit: *credidit* *Gen. 15. n. 6.*
Habraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiã. Heber verò idolatra fuit. Cæterum de nomine, & ipse Abraham ipsi Heber referre tene- XL.
tur; cum Hebraicam linguam non ab Abrahamo Heber, sed ab Heber Abraham receperit, cum in linguarum confusione in Heber sola familia, primorum parentum idioma illiba-

tum permanſerit. Inde ſoluitur Burgenſis ob-
LI. iectum, quod Syri, Moabitæ, aliæque natio-
nes ex Heber deſcendentes minimè appellen-
tur Hebræi, vt opere precium eſſet, cum pro
omnibus eadem vrgeat ratio: nam idem repe-
tendũ veniret de Abrami poſteritate; traiecit,
& ipſe Euphratem, tres filios habuit, ex qui-
bus Iſmaelitæ, Madianitæ, cur, & iſti non vo-
cas Hebræos? iure dices, quia Hebræorum le-
gem, mores, & linguam haud tenuère, ſed
propter religionem, ac linguam diuerſam ne-
ceſſariò verterunt nomina, quæ tamen licèt
ſonu diuerſa, eadem tamen apud plurimos ſi-
gnificatu. Hebræum ab Euphrate ſcilicèt trã-
ſito Theodoretus voluit. *Hebra enim* (ait) *Sy-
rorum lingua idem eſt, quod* Euphrate. Vndè,
& vtrobique penè eædem ſunt literæ: vt He-
bræus idem ſit, quod Euphratæus. Mutato er-
LII. go idiomate haud dici potuère Hebræi, cum
quemlibet, quis ſit, loquela manifeſtũ faciat.
Galilæum ſe eſſe negantem Petrum ex loque-
LIII. la redarguerunt aulici. *Verè, & tu ex illis es:*
...:6. 3. *nam, & loquela tua manifeſtum te facit*. Anti-
quum enim adagium. *Loquere, fac, vt vi-
deam*. Seditione cum fatigarentur tribus Ga-
laad, & Ephraim, occupauerunt Galaaditæ
vada Iordanis, quà Ephraim tranſiturus erat.
LIV. Cumque Ephratæi eò veniſſent, tranſitum ro-
gantes, reſpondebant Galaaditæ: *Numquid
Ephratæus es? quo dicente, non ſum: interrogabant*
. Iud. 6. *eum, dic ergo Scibboleth, quod interpretatur ſpica.
Qui reſpondebat, Sibboleth eadem litera ſpicam
exprimere non valens, ſtatim iugulabatur in ipſo
Iordanis tranſitu*. Haud etiam prætermitten-
XLV. dum, Septuaginta aliquando prò *Hebræo* tran-
ſtuliſſe *ſeruum*, vt Ionæ. 1. *n.* 9. *Hebræus ego ſum;*
transferunt illi *Seruus Domini ego ſum*. Quod
ob characterum ſimilitudinem veriſimile pu-
to. Hebræus enim עִבְר per literam ר in fine
dicitur à verbo עבר ideſt tranſire. Seruus
autem עֶבֶד per literam ד in fine עבד ideſt
ſeruire.

Vtrùm verò hodierni Iudæi Hebræi dici
poſſint? ſoluit Auguſtinus. *Cum igitur au-*
XLVI. *diamus Apoſtolum Chriſti commendantem nobis*
...e In-...iſ. ep. ...oo. *Iudæum in abſcondito, non in carnis circumciſio-
ne, ſed cordis, & ſpiritu non litera: quis eſt iſte
niſi Chriſtianus? ſic itaque ſummus Iudæi, non
carnaliter, ſed ſpiritualiter, quemadmodum ſum-
mus Semen Abrahæ, non ſecundum carnem ſicut
illi, qui de ipſo nomine carnali ſuperbia glorian-
tur, ſed ſecundum ſpiritum fidei, quo non illi.* Vn-
dequaquè igitur denominationem deducas,
temporis ſupereſt controuerſia, quo Hebræa
ſit appellata natio. Iudæorum nomen, quod
illi nationi tertium eſt, perquiramus modò:
Hebræi ab Heber; Iſraelitæ à Iacob. *Nequaquã-* Geneſ. 32
quàm Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael. n. 28.
Et Iudæi, quod vndè veniat, trina eſt opinio.
A Iuda Macchabæo dixit Ambroſius cum à c. 1. ad
tyrannide Hebræum manumiſit populum. Rom.
Iudæi (inquit) *ex tempore Iudæ Machabæi dici* XLVII.
*cæperunt, qui in cauſa cladis reſtitit ſacrilegijs gẽ-
tium, & fiducia Dei collegit populum, & defendit
genus ſuum*. Sed fallitur Ambroſius, quia Iu-
das Machabæus poſt Magni Alexandri mor-
tem regnauit, & iam ſub Cyro, Dario, & Ar-
taxerſe Perſarum Regibus, octo vicibus apud
Eſdram ſub Iudææ titulo Palæſtina legitur.
Hæc dicit Cyrus Rex Perſarum: omnia regna ter- 1. Eſdra.
ræ dedit mihi Dominus Deus Cæli, & ipſe præce- c. 1. n. 3.
*pit mihi, vt ædificarem ei Domum in Hieruſalẽ,
quæ eſt in Iudæa. Aſcendit in Hieruſalem, quæ* n. 4.
eſt in Iudæa. Notum ſit Regi iſſe nos ad Iudæam c. 5. n. 8. c. 7 n. 14.
Prouinciam. A facie enim Regis miſſus es, vt Item li. 2 c. 2. nu. 7.
viſites Iudæam. Iudæorum pariter nomen ter & 18 & c. 7. n. 6.
ſex apud Eſdram repetitur. *Notum ſit Regi,* lib. 1. c 4.
quia Iudæi, qui aſcenderant à te ad nos. Aliter nu. 12. & 23. c. 5. n.
ſenſit Flauuius, Iudæos dicens *ex die, qua à* 1. & 5. c. 6. nu. 7. 8.
Babylone profecti ſunt ex tribu Iuda, quæ prior ad 14. lib. 2.
illa loca peruenerat. Vndè, & ipſi, & prouincia c. 1. nu. 2. c. 2. 16.
à tali appellatione vocantur. Concordat Ly- c. 4. n. 1. 2.
ranus, quoad tempus, licèt quoad cauſam di- 12. c 5. n. 1. 8. 17. c.
ſcrepet. Sed falluntur, & iſti, nam antequàm 6 n. 6. 17. c. 13. n. 23
egrederentur Babylone, & manumitterentur li. 2. an-
quùm ſeruitutis premerentur iugo, vocaban- tiqu Iud.
tur Iudæi. *Factum eſt autem in menſe ſeptimo,* XLVIII. Reg. 4. c.
venit Iſmahel filius Nathaniæ, & c. percuſſerunt- 25. n. 25.
*que Godoliam, qui & mortuus eſt; ſed & Iudæos,
& Chaldæos*. Imò priuſquàm opprimerentur
regnante Achaz, nominantur Iudæi: *In tempo-
re illo reſtituit Raſin Rex Syriæ, Ailam Syriæ, &
eiecit Iudæos de Aila*. Tertia eſt opinio Iudeo- 4. Reg c. 16. n. 6.
rum nomen populo impoſitum per ſciſſuram Lyran. c. Antiq.
decem tribuum à duabus; cum antea omnibus XLIX.
Hebræorũ eſſet commune nomen. Non enim
Reſpublica, non Imperium de Iudæ nomine
dici cœpit, niſi poſtquàm ſeceſſionem maior
Iſraelitarum pars feciſſet, Hieroboami auſpi-
cijs, qui ſtatim Samariæ regnum ſibi quoddã
muni-

muniuit ceremoniarum, atque Religionum mutatione. Ita ſcripſit P. Cunæus. Nec re-
De Rep. l. Hebr. l.1.c.10. gnum ante ſciſſuram dicebatur Iudæ, ſed Iſraelis. Mortuo enim Salomone, cum in Sichem veniſſet Roboam: ibique congregatus
Reg. 4. c. 12. eſſet, non legitur omnis Iuda, ſed *omnis Iſrael ad conſtituendum eum Regem* efflagitantes, vt paululùm imminueret de Imperio patris, nec Rex acquieuiſſet, feceſſit Iſrael in tabernacula ſua. *Super filios autem Iſrael quicumque habi-*
n.17. *tabant in ciuitatibus Iuda regnauit Roboam. Miſit ergo Rex Roboam, Aduram, qui erat ſuper tributa: & lapidauit eum omnis Iſrael, & mortuus eſt. Porrò Rex Roboam feſtinus aſcendit currũ, & fugit in Hieruſalẽ, receſſitq; Iſrael à domo Dauid vſque in præſentem diem. Factum eſt autem cum audiſſet omnis Iſrael, quod reuerſus eſſet Ieroboam miſerunt, & vocauerunt eum congregato cœtu, et conſtituerunt eum Regem ſuper omnem Iſrael, nec ſecutus eſt quiſquam domum Dauid præter tribum Iudam ſolam.* Exindè diſtinctio venit, vt Regum hiſtoria patet, quod ſemper de duobus Hebręorum Regibus, vnus Iudæ diceretur, alter Iſrael. Falluntur tamen & iſti, nam etiam Dauidis tempore, quùm illi totus ſeruiret Iſrael, Palæſtina Iudeæ nomine vocata legitur. *Ecce nos hic in Iudæa time-*
1. Reg. 23. 3. *mus* dixerunt commilitones Dauidis. Vel igitur à loco nationem appelles, vel à populo (vt veriſimiliùs) locum, priuſquàm diuiderẽtur tribus, tam Prouinciæ quàm populo, Iudas donauit nomen. Et quamquàm duodecim Iſraelitarum numeroſiſſimæ tribus fuetint, quæ à duodecim filijs Iacob deſcenderunt, originemq; duxerunt: à Iuda tamen fortiſſimo, ac generoſiſſimo duce omnes Iudæi ſunt appellati, omneſque tribus Iudaicæ dictæ. Cum Ambroſio, Auguſtinus concordat:
De Sacr. l.4.c.3. *In Paralipomenon cum ſit quartus in naſcẽdi ordine Iudas, prior eſt nominatus, à quo Iudaicæ genti nomen eſt datum propter tribum Regiam. Quia*
Queſt. ſup. Gen. c.5. & Pſ.25. *ergo in prophetia dictum eſt, non deficiet princeps ex Iuda, neque dux de femoribus eius, donec veniat, cui repromiſſum eſt: conſiderentur priora tempora, & inuenietur, quia Iudæi de tribu Iuda ſemper reges habuerunt, vnde dicti ſunt Iudæi, & non habuerunt regem priùs alienigenam, niſi Herodem illum, qui fuit, quando Dominus na-*
L. *tus.* A Iuda ergo Iudæi temporibus Moyſis; ſed cur à Iuda Iudæi? & non à Beniamin Beniamitæ? Auguſtini ratio non arridet, haud enim certum, quod ſemper Iuda ſceptrum habuerit. Tribum Iuda electam dicas, non pro meritis ipſius Iudæ; longè quippè maiora ſunt merita Ioſeph, ſed propter Chriſtum, qui LI
indè extitit ſecundum carnem. Vel à Iuda dicas, quia in exitu Iſrael ex Ægypto, quandò ex alia parte mons, ex alia rubrum mare, & LII
ex alia Pharaonis cingebat exercitus, & incluſus populus tenebatur: cæteris tribubus deſperantibus ſalutem, & aut reuerti in Ægyptum, aut bellare cupientibus: ſolus Iuda fideliter ingreſſus mare, cæteriſque exemplum fuit; vndè, & regnum meruit obtinère. Hùc facit Cantic. *Anima mea conturbauit me pro-* c.6.
pter quadrigas Aminadab. Vndè Oſææ. *Iudas autem deſcendit teſtis cum Deo, & cum ſanctis* c.11.
fidelis. Sed an Iudæorum hodierna die titulo ſint appellandi, qui in diſperſionem traditi ſunt? negat Auguſtinus: *Iam videtis* (in- Pſal.
quit) *quia Iudæi non ſunt appellandi: Ipſi voce ſua abdicauerunt ſe à nomine iſto, vt Iudæi non* LIII
ſint digni appellari, niſi tantum carne. Vbi ergo ſe ſeparauerunt ab iſto nomine? dicebant, ſæuiebant in Chriſtum, ideſt in genus Iuda, ſæuiebant in ſemen Dauid. Et ait illis Pilatus, Regem veſtrũ crucifigam? Et illi, Nos non habemus Regem, niſi Ioan.
Cæſarem. O ergo Iudæi, qui vocamini, & non eſtis, ſi non habetis regem niſi Cæſarem, defecit iam Princeps de Iuda. Venit ergo ille, cui repromiſſum eſt. Illi ergo verius Iudæi, qui Chriſtiani facti ſunt ex Iudæis: cæteri Iudæi, qui in Chriſtum non crediderunt, etiam nomen ipſum perdere digni fuere. Iudæa ergo vera, Chriſti Eccleſia eſt, credens in illum regem, qui venit ex tribu Iuda per Virginem Mariam. Sed ad recuperandum regnum iam amiſſum, remedium ſupereſt, ò Hebræi, pœnitentię. Veſtræ propaginis perpendite originẽ, nec de adulterino ſuperbiẽtes thoro, Redemptoris ſpernite nuptias. Quale myſterium, Iudam ex Thamar non LIV.
quidèm legitima vxore, ſed nuru vos omnes propagaſſe Iſraelitas? ſoluit Rupertus: *Ecce enim Iudæis carnalibus, in carne gloriantibus,* 28.Gen.
magnæ erat confidentiæ, quod patres eorum vocati ſint ſancti: & ipſi ſanctas habuère coniuges alienigenas, ideſt Chananæorum, inter quas habitabant, filias abominati. Sed ecce os illorum obſtruſit alienigena Thamar, & adulterinus Iudæ concubitus; vndè duces ſuos, Prophetas ſuos,

& ip-

& seipsos emanasse, si dissimulare velint, palam coarguantur. Omnis gloria gentis, cuncta nobilitas Populi huius, ex hoc adulterio profluxit. Vt omne os obstruatur, & de meritis suis nemo glorietur, sitque solus iustus, & iustificans eum, qui ex fide est, Deus. De adulterino haud superbiendum est thoro, cuius nulla spes, pręter exilium, miseriam, & seruitutem, iuxtà
Sap. 6. illud: *Filij adulterorum in consũmationem erunt: & ab iniquo thoro semen exterminabitur. Et si quidèm longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur: & sine honore erit nouissima senectus illorum.* Regnum vestrum, ò Iudæi, à Iudæ fide cœpit incrementum, cum vobis testibus fidelis descendit cum Deo; crede ergo, si vis regnare, illi Regi, quem, & Romanus Præses in cruce etiam, Regem Iudæorum dixit.

LV. Q. cur nulla memoria apud Græcorum nobiles historiographos, digni sint habiti Hebræorum maiores? mirabili eloquentia satisfacit Fla: Iosephus Græcos laudans, sed minimè blandiens, Græcis fidendum minùs, quàm cæteris ducit nationibus. Omnia Gręcorum noua, & heri (vt ita dicam) nuperque facta cognoui, Hebræorum antiquitati relata. Constat enim, quòd apud Græcos nulla inuenitur conscriptio, poemate Homeri vetustior: & hunc etiam post bella Troiana fuisse, manifestum est. Cuius poema cantu vulgatum, non sine dissonantia, literis datum est. Eorum historici se ad inuicem redarguentes, & rarò concordes, non mendacij immunes. Cupidi gloriæ, cum grassaretur ignauia, fabula scriptitabat. Quapropter causa verborum, & calliditatis eorum, cedere Græcis oportet: secùs de antiquitate historiæ, cuius notitia, & diligentia penès Ægyptios, & Babylonios fuit. Hebræos prætermitto, quia primos volo, eorumque sacram historiam vti veritatis fontem veneror. Omnibus enim insitum non tam Iudæis, quàm Christianis diuino exaratam credere digito, & illi adhærendum: vt propter eam, si oporteat mori amur libenter: Vt captiuorum multi tormenta passi, nè blasphemarent in legem, vel conscriptiones violarēt auitas. Græci autem nil tale perpessi, rident, etsi omnia eorum scripta destruantur: cum haud Dei, sed hominum verba ad libitùm prolata putent. Quod verò Græcis conscriptoribus nihil de Hebræis dictum sit: exindè credo, quia illi Gentiles cum saxa colerent, isti verò Deum viuum, & verum, dissimulare Hebræorum mores, religionem, & historiam opus erat, quia recensentes acutiori pungebantur stylo. Adiungit Flauius, quod maritimam haud incolentes regionem Hebræi, neque mercimonijs gaudentes, non alterutris fatigati peregrinationibus, sed in vberrima regione assiduè laborantes, liberos edocentes legum custodiam; & pietatis obseruantiam, minimè Græcorum sunt potiti commercio. Ægyptij verò propter mercimonia, quæ ab eis exportantur, & importantur: Græci propter latrocinia, quibus (Thucidide teste) tum lucri, cum gloriæ vacauere quæstu: Phœnices propter negotiationem ad Græcorum nauigantes Prouinciam, reliqui, qui mari litoribusq; vicini, repentè sunt cogniti. Hebręi verò dissiti procul à mari, & talibus institutis viuētes, vt aliena minimè cōcupiscerent, haud agitantes bella, licèt Iudæa multa millia virorum fortium possidèret; nec plurimis fuère noti, nec ad scribendum alienigenas excitarunt.

Margin notes: b cōtra Apion. (beside "facit Fla: Iosephus"); LVI. (beside "perque facta cognoui"); LVII. (beside "sacram historiam vti veritatis fontem veneror"); LVIII. (beside "credo, quia illi Gentiles"); lib. 1. (beside "Phœnices propter negotiationem"); LIX. (beside "litoribusq; vicini").

CAPVT QVARTVM.

De Hebręorum Regimine.

1 *Hebræi primogeniti ipsius Dei.*
2 *Hebræorum nomen familiæ potiùs est, quàm nationis?*
3 *Hebræi à primordio Chananæis subiecti.*
4 *Hebræi in Aegypto non habuerunt iudices proprios.*
5 *Moses Monarcha Hebræorum.*
6 *Principi Religionis reseruantur iudicia.*
7 *Iudicibus electis à Mose, de spiritu non Dei, sed Mosis ad concordiam datur.*
8 *Synedrion à Mose institutum.*
9 *Synedrion à Græco venit.*

10 *Maior poteſtas penes Synedrion, quàm Regem.*
11 *Hircani ars, vt à iudicio Herodē ſubtrahat.*
12 *Iudicij forma in Synedrio.*
Adulter quot teſtibus probabatur?
13 *Teſtes quot, & in quibus cauſis.*
14 *Præſul.72. tantùm teſtibus damnatur.*
15 *Synedrion.72. duobus conſtabat.*
16 *Aſſeſſores Synedrij non poterant eſſe peregrini: eorumquè conditiones.19.20.*
17 *Cur de omni populo aſſumerentur?*
18 *Septuagintà interpretes, vndè delecti.*
19 *Areopagus, & Synedrion eodem tempore eriguntur.*
20 *Magicam artem callebant aſſeſſores Synedrion.*
21 *Septuaginta ſeniores ſecretiora tenebant myſteria.*
22 *Omnes linguas callebant.*
23 *Synedrij ſedes in ſanctuario cur?*
24 *Tribunal, & altare vnà currunt. Septuaginta ſeniores per manuum impoſitionem ſacrabantur.*
25 *Lupus, Leo, Vrſus, Pardus, Serpens mactabantur, cum ſenior inauguraretur.*
26 *Hebræi ieiunabant, cum ſententiam ferebant.*
27 *Iezabel ieiunium imperat, cum Naboth occidit.*
28 *Primogeniti Iudæorum, capita erant tribuum.*
Principes populi Iudaici, qui eſſent?
29 *Iudices in porta ciuitatis ſedebant.*
30 *Nuper vxoratus nullo publico implicabatur officio.*
31 *Circa meridiem ſedebant iudices.*
32 *Stipendio victitabant iudices, & cur?*
33 *Iudices, & Reges quomodò differrent.*
34 *Abiecto Deo, Regibus ſeruiunt.*
35 *Hebræorum diuiſio in Iuda, & Samaria.*
36 *Phariſæi, qui eſſent: eorumque doctrina?*
37 *Philacteria quid?*
38 *Sadducæi qui? eorumque doctrina.*

I. Ebræorum, vel Cælorum potiùs exquiram regimen? Cælorum reſonat Iehoua Abrahami, ſibi in primogenitum, arrogata ſtirpe. Abrahami die, Hebræorum ſortitos nomen, vidimus. Quomodò regerentur; diſtingue tempora, & concordabis ſcripturas. Promiſſionis terram priuſquàm ingrederentur, triplex occurrit ſtatus: vel antè deſcenſum in Ægyptum, vel ibi cum degerent, vel poſt. Antè deſcenſum, familiæ tantùm principatus fuit, cuius caput Abraham, indè
II. Iſaac, tandèm Iacob, cui ob ætatis maieſtatem, iuniores natura trahebat obſequentes. Licèt autem connubiorum vinculis propagata, non tamen ſoluta familia œconomicam reſpueret gubernationem, vnus tamen erat director, & cuſtos, cui natura dederat vtì potiori, deteriora ſubmittere. Niſi dicas Hebræos vacuam ter-
III. ram minimè habitaſſe colonis, ſed Chana-
Geneſ.12 n.5. næis ſubiectos, quorum ſubditione degebant, Chananæorum obſequutos legibus, vltra œconomicum potiri nequiuiſſe regimine. Quid enim ſeptuagintà poterant animæ, contra Chananæos, & Pherezeos, qui tunc tem- Geneſ.46
poris habitabant in terra illa? Fruſtrà ergo principatus inquiritur ſubiectio. Secundus Hebræorum ſtatus eſt, cum diuerſarentur in Geneſ.13
Ægypto, proſperitatis tempore, præſertìm cum ſeorſim ab Ægyptijs morarentur in terra Geſſen propè vrbem Ramaſſes, veriſimile eſt, Geneſ.47
Ægypti Ioſepho prẹſide, Iudices, & præfectos habuiſſe, imperij ſumma Pharaoni ſalua, ſe- IV.
cundum Menochium; ſed gratis. Iuſſerat enim Pharao, quod ſi Ioſeph nouiſſet in eis viros induſtrios, illos conſtitueret *magiſtros pecorum*. Quòd ſi, & hominum, tantum haud ſubticuiſſet priuilegiū, vt de *terra Geſſen* memorat, quod minùs erat. *Dixit itaque Rex ad Ioſeph: Pater tuus, & fratres tui venerunt ad te. Terra Aegypti in conſpectu tuo eſt, in optimo loco fac eos habitare, & trade eis terram Geſſen.* En ciuitas ſi talis eſt; ſequitur iudicium protinùs. *Quod ſi noſti in eis eſſe viros induſtrios, conſtitue illos magiſtros pecorum meorum.* En igitur inter cauſas, Iudæorum Tribunal. Calamitatis poſteà tempore, pro mancipijs duritèr habiti, ad formādos ex luto lateres addicti fuère, donec Dei manu manumiſſi, legibus à Deo datis viuere cœperunt. Et Tertius eſt Hebrẹorum ſtatus, cum vagarentur in deſerto,

De Iud. Repub. lib.1.q.3.

Geneſ.47.

V. to, licet, & tunc non vna, & eadem guberna-
tionis forma: nam ab exitu Ægypti vſque
dum Moſes viſitaretur à Iethro ſocero ſuo in
monte Sinai, ſolus Moſes rem ſuſtinebat
imperij, totumque diem litigantibus dabat.
Verumtamen à Iethro monitus vltra vires eſ-
ſe negotium, inferiores conſtituit iudices,
Principes populi Tribunos, Centuriones,
Quinquagenarios, & Decanos, ad Monar-
cham ſemper reſeruatata prouocatione, cuius
imperio grauia, & religionem ſpectantia re-
VI. gebantur. *Et electis viris ſtrenuis de cuncto Iſ-*
rael, conſtituit eos Principes populi, Tribunos,
Geneſ. 28 *Centuriones, & Quinquagenarios, & Decanos:*
qui iudicabant plebem omni tempore: quidquid
autem grauius erat, referebant ad eum, faciliora
tantummodò iudicantes. Cum vero ad *concu-*
piſcentiæ perueniſſet *ſepulchra*, populi fatiga-
tus duritie cucumeres, & Ægyptios flagrantis
pepones, tanto leuari onere efflagitauit. *Non*
poſſum ſolus ſuſtinere omnem hunc populum, quia
Num. 11. *grauis eſt mihi. Sin aliter tibi videtur obſecro vt*
interficias me, & inueniam gratiam in oculis
tuis, ne tantis efficias malis. Et dixit Dominus
ad Moyſem: Congrega mihi ſeptuaginta viros
de ſenibus Iſrael, quos tu noſti, quod ſenes (præ-
ponas ſemper in regimine ſenes) *populi ſint ac*
magiſtri, & duces eos ad oſtium tabernaculi fœ-
deris, facieſque, ibi ſtare tecum, vt deſcendam,
& loquar tibi, & auferam de ſpiritu tuo, tradam-
que eis, vt ſuſtentent tecum onus populi. Sed cur
de ſpiritu Moyſis? non potius Dei? vt con-
VII. cordes eligeret, nec volentes diſcreparent.
Septuaginta virorum delecto collegio, quod
VIII. *Synedrim* vocant, in Ariſtocratiam deſcen-
dit Monarchia, æquali Moyſi, ac collegio da-
ta poteſtate, imò ad Moyſem prouocatione
negata, alioquin nullum ſenſiſſet oneris leua-
mentum Moſes, quò reſpexerat Deus, cum
Collegium ordinauit. Quota vero poteſtate,
Regum diebus potiretur Synedriou, non vna
omnibus. A verbo græco denomina, nam
IX. σωέδροι Senatores, ſiue Iudices à verbo
græco συνεδρεύω dicuntur quod idem eſt ac
X. præſideo: Inde eorum tanta erat auctoritas
ſub Regibus etiam, vt iſtis adempta quædam
capitalia crimina penes Synedrium 70. vi-
rum remanſère. Erant iſta de lege, de Pontifi-
ce, de Propheta. Eiuſque rei argumentum eſt
in Hieremiæ Prophetæ hiſtoria, quem cum

Proceres ad mortem depoſcerent, reſpondit c. 38. n. 5.
Rex: *Ecce in manibus veſtris eſt: nec enim fas*
eſt regem quidquam vobis negare. Velut tradu-
cit Sanctes Pagninus, Ecce eſt in manibus ve-
ſtris. *Non enim eſt conſentaneum, vt Rex poſsit*
facere aliquid contra vos. Vel *Ecce in manibus*
veſtris eſt, Rex enim non poteſt vobis quidquam
negare. Vel vt apud Grotium: *Ecce in poteſtate*
veſtra eſt, nam contra vos Rex nihil poteſt. Vel lib. 1 c. 3. de Iure
cum Gallica tranſlatione. *Et le Roy Sedecias* Belli.
dit: Voicy, il eſt an vos mains, car auſsi n'eſt-il
pas licite, au Roy de vus refuſer quelque choſe.
Imo penès Synedrium tanta poteſtas, quod
ab ipſo reus factus, à Rege eximi nequiret.
Hircanus ideò iudicium de Herode, cum im-
pedire non poſſet, arte eludens, cum ad ne- Ioſeph. Antiq li.
cem propenſiores vidiſſet iudices, in poſte- 14. c. 18. XI.
rum diem iudicium diſtulit: furtimque ad
Herodem mittens, perſuaſit ei ciuitatem re-
linquere, vt ita poſſet periculum declinare.
Iudicij vero hæc erat norma: in ciuilibus
cauſis ſuum ſatis erat iudicium; puta an ob te-
trum habitum permittendum diuortium. V-
trum autem lapidibus obruendus adulter vi- XII.
ginti tres, nec pauciores deſiderabãtur teſtes.
In tribum tandem, ſceptrum, Pſeudo Prophe- XIII.
tam, vel Pontificem Septuaginta tantum po-
terant magni concilij Proceres. Vnde, &
apud noſtros receptum Præſulem non dam- XIV. c. 2. Præſul. cauſ.
nari, niſi cum ſeptuaginta duobus teſtibus. 2. q. 6.
Quandò huiuſcemodi cœperit concilium, in
deſerto diximus, & ad Herodis tempora per-
petua cooptatione duraſſe haud hæſitamus;
Chriſtum enim duxerunt Hebræi ad Annam
primùm, qui tamen haud Pontifex erat, licet
Princeps appelletur: *ſub Principibus*, inquit
Lucas, *Sacerdotum Anna, & Caipha*. Caiphas cap. 3.
Summus Sacerdos erat, Anna ergò in Syne-
drio Caput, & Princeps loco Moyſis ſtabat,
quo mortuo vnus ſufficiebatur, qui præſide-
ret, & ita LXXI. erant. Etiam & Pontificem
Maimonides aſcitum ait, *ſi cordatus, & ca-* XV.
piendis conſilijs non ineptus eſſet. Propterea
non iure, ſed ſuffragijs admittebatur. Reliqui XVI.
Aſſeſſores non peregrini, ſed ciues: integri
corpore, dummodò ex Iudæa, ex qualicum-
que tribu haud Iudæ tantùm, vt omnium ra-
tione habita, iudicia Senatus propenſiùs, ac
libentiùs omnes amplecterentur. Sic enim XVII.
non ſemel factum, quo cunctis tribubus ſatiſ-

fieret,

ficret, ſacri teſtantur annales. Primo quùm ex conſilio ſoceri conſtituit ſuper populum Moyſes iudices, & Principes. Secundò cum exploratores in Chanaam miſſi. Tertio, quùm inſtante Philadelpho Egypti Rege ſeni ex qualibet tribu, ſeptuaginta delecti ſapientes ad traducenda Biblia ex Hebræo in Grçcum ſermonem. Sic non de Iuda tantùm, ſed de Iſrael, quo nomine antequàm ſegregarentur tribus, tota veniebat Iudæa, ſeptuaginta ſenes congregari Dominus mandauit; eodem tempore, quo apud Græcos inſtituti ſunt iudices Areopagitæ, penès quos ciuilia, & criminalia erant, anno quinto ab egreſſu Hebræorum ex Egypto, quos æmulari Grecia ſatagebat. Sapientia vero, ſtatura, grauitate, & auctoritate illos præſtare oportebat, vt ætate, & moribus venerabiles, Dei condecorarent iudicia, quæ diuina vocabantur. Hùc ſpectant Dauidis illa verba, *Deus ſtetit in Synagoga Deorum*, & rurſus: *Ego dixi, Dij eſtis, & filij excelſi omnes*. Magicam artem perfectè callebant, vt maleficijs refractarios conuincere poſſent; quod ridiculum credo, cum illis deſuper datum, vt diuina quadam cognitione præeſſent, participatione ſpiritus, qui erat in Moyſe. Inde Genebrar. *Moſes accepit legem de Sinai, & tradidit eam Ioſue: ipſe verò ſenioribus, ſeniores Prophetis: Prophetæ verò eam tradiderunt viris magnæ Synagogæ, qui fuerunt Eſdras cum reliquis*. Confirmat Hilarius. *Moſes, quamuis veteris teſtamenti verba literis condidiſſet, tamen ſeparata quædam, & occulta legis ſecretiora myſteria. 7c. ſenioribus, qui Doctores deinceps manerent, intimauerat. Cuius doctrinæ etiam Dominus in Euang. meminit, dicens: Super cathedram Moſi ſederunt ſcribæ, & Phariſæi: doctrina verò eorum manſit in poſterum*. Doctrina manſit, haud tamen peculiaris diſcernendi, & prophetandi modus, vt antiquitùs per aquã maledictionis, qua ab adultero noſcebatur innocens; alioquin haud blaſphemaſſet Caiphas, expedit vnum mori pro populo. Septuaginta etiam linguas ſcire oportebat, nè interpretum medio, ſed recta via accuſantes, & accuſatos perciperent. Difficilè quidem, humanitùs loquendo, & ſuperuacaneum, Iudæo cum eſſent Gentilium interdicta commercia. Huiuſce Magni Concilij Hieroſolymæ ſedes erat in ipſo ſanctuario,

[Margin notes, left column: Exod. 18. — Num. 13. — XVIII. — Num. 11. n. 16. — XIX. — Euſeb. in Chronico. — Pſal. 81. — XX. — Num. 11. Lib. 2. Chronol. — pſal. 2. — XXI. — XXII. — XXIII.]

vt edoceremur ab altari non diſtare tribunal. Ibi templum, vbi & iudiciaria ſubſellia, vt gladij timore, terribilius apparèret Sanctuarium. Hæc Senatoria dignitas, quoniam ampliſſima, nulli abſque ſolemnitate dabatur. Per manuum impoſitionem celebrata legitur, quùm Ioſue manus Moſes impoſuit: vndè, & apud noſtros, cum initiamur ſacris, manum imponendi mos eſt; licèt hæc manuum impoſitio antiquata poſtea ſolis verbis celebraretur. Celebris adhuc reſtat ſolemnitas, cum quis inauguraretur in Synedrion, quinque ſcilicèt animalium mactatio Lupi, Leonis, Vrſi, Pardi, & Serpentis, qua eruditum volebant, vt omninò expers illorum brutorũ naturæ, cum illis nihil haberet commune. Hiſce prouecti, die, quo ſanguinis ſententiam ferebant, ieiunabant, in ſignum commiſerationis erga capite plectendum; vel ad ſignificandum ſe ex Dei, & iuſtitiæ zelo non ex animi impetu, condemnaſſe. Tale imperauit ieiunium impia Iezabel, quùm inſidijs circumuẽtum Nabothum morti tradidit. *Scripſit itaq; literas ex nomine Achab, & ſignauit eas annulo eius, & miſit ad maiores natu, & optimates, qui erant in ciuitate eius, & habitabant cum Naboth. Literarum autem hæc erat forma: prædicate ieiunium, & ſedere facite Naboth inter primos populi*. Poſt Synedrion ſingulis oppidis, & vrbibus dati iudices, Principes, & dynaſtæ, qui ad Dei normam populo iura darent. Poſt iudices, Tribuum Capita erant, illi nempè, qui ex ſtipite tribus titulo gaudebant primogeniti. Sedebant iſti à latere Regum, & Iudicum, & vnà cum illis promittebant, ſi quid publicè ſanciendum. Hùc tendit Pſal. *Vt collocet eum cum principibus populi ſui*. Concordat Chriſtus: *Sedebitis, & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael*.

Locus autem, quò iudices conueniebant, porta ciuitatis erat, vbi vti in curia luſtrabantur iudiciario ordine refractarij, & ſceleſti. Filius in matrem, & patrem proteruus (ait lex) apprehendatur, & ducatur ad ſeniores populi, *& ad portam iudicij*. Ita ſi quis recuſet fratris ſui vxorem ducere, pergat mulier *ad portam ciuitatis*. Vbi *nobilis in portis vir eius* (Magnatem deſcribit) *quando ſederit cum Senatoribus terræ*. Excelſa *ſtulto ſapientia* (refractarius pingitur) *in porta non aperiet os ſuum*. Sed cur in portis?

[Margin notes, right column: XXIV. num. 27. — XXV. — XXVI. — XXVII. 3. Reg. 21. — XXVIII. 112. n. 7. — Matt. 19. n. 28. — XXIX. — Deut. 21. 25. n. 7. prou. 31. n. 23.]

portis? vt vbi perpetuus incolarum concursus, ibi in suo throno excubaret iustitia, sicq; omnibus documentum esset ingredientibus, & egredientibus totam Vrbem Sacrarium esse, cuius tutelam in portis iustitia ageret. *In portis* Iudicia, quia vbi castrametantur iura, abundant, atque exuberant arma; armant leges, ornant arma. *In portis iudicia*, quia adorientibus haud obsistent valuæ, nisi catenatæ iustitia. *In portis iudicia*, quia vnum, & idem transilire ciuitatis muros, & iustitiæ cancellos, qui Prouinciæ sunt aggeres. *In portis iudicia*, vt iustitiæ blandimentis, non mercimonijs aduenæ alliciantur. *In portis iudicia*, quasi paci obuiet deosculatum iustitia. *Iustitia, & pax deosculatæ sunt*, & collactaneæ præstolatura ingressum, vel ad vnius egressum vnà exularent. *In portis iudicia* non in cubiculo anguli, vt nemini interdiceretur ingressus. *In portis iudicia*, quasi in triumphum, & gloriam illius Hierusalem, quæ sancta, vndè & à Romanis ciuitatis portæ dictæ sunt sanctæ: vel quia pœna capitis sancita in eos, qui deliquerint in ciuitatis portas; vel quia ibi sancta exercerentur iudicia.

§ 9. Inst. 2 tit. 1.

In portis *sedebant* iuxta illud: *Nobilis in portis vir eius, cum sederit, cum senatoribus terræ*. Tantum Apostolis promittitur. *Sedebitis, & vos iudicantes*. Sed cur iudicantes sedebitis? sedent, & sedere fas illius Sapientiæ Pro Reges, quæ sedet à dextris Dei, *Sedebant*, quia non errantia, sed fixa Reipublicæ astra iudices voluit. *Sedebant*: nè altercationibus fatigati, ante latam sententiam, gestu ederent, quo inclinarent: vel nè si stantes tergiuersãdo, vel procumbendo, aut procinctũ fingẽdo litigantes terrefacerent, sed veluti Idola marmorea litigantium strepitum ferrent. Indè nuper vxorati à tribunali excusabantur, quia minimè compatiuntur sponsæ, & tribunali incumbere: *Cum acceperit homo nuper vxorem* (Deut. lex est.) *non procedet ad bellum, nec ei quippiam necessitatis iniungetur publicæ, sed vacabit absque culpa domui suæ, vt vno anno lætetur cum vxore sua*. *Sedebant*: & sedebunt quoadusque sedebit iustitia, cui connata libertas, in eodem subsellio sedent, licet adagium, neminem in duobus sedère subsellijs. Circa meridiem iudices conueniebant, vt eorum acta meridianam æmularentur lucem, vndè proloquiũ: *Probationes* debent esse luce meridiana clariores. *Circa meridiem*, vt soli Diuinæ iustitiæ sua conformarent iura, & velint, nolint, æternum præ oculis haberent Solem. *Stipendio* victitabant iudices, vt ad munera non respicerent. *A die illa* (Nehemias inquit) *qua præceperat Rex mihi, vt essem Dux in terra Iuda per annos duodecim, ego & fratres mei annonas, quæ ducibus debebantur non comedimus*. Hæc pauca meditatus de tertio Hebræorum statu, vt libenti offero, tu grato recipias animo.

Prou. 24. Matth. 19 v. 28. Psal. 24. XXX. XXXI. XXXII. 2. Esdræ. 5. v. 14.

Ad quartum accedamus Hebræorum statum, cum Chananeorum potirentur Imperio, quem subdiuidas in Reges, & Iudices. Iudicum à Iosue ad Samuelem vsque. Regum à Saule vsque ad Herodem. Iudices verò, & Reges ita discriminantur: Iudices diuina ratio præfecerat; Reges humana temeritas intruserat. Reges omnium calamitatum baiuli, Iudices totius felicitatis custodes sunt experti. Haud enim regebant Iudices per modum Imperij, vel dominij, sed ministerij, exhortationis, & consilij, Omnipotenti Deo rei summa reseruata, Ideo cum filij Israel liberati essent per Gedeonem de manu Madian, illique offerrent Imperium, respondit: *non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur Dominus*. Exindè Dominus faciliùs paterna correctione populum flagellabat, & materna cõsolatione liberabat. Cumque iudices suscitaret, in diebus eorum propensior erat, in misericordiam audiens afflictorum gemitus, & liberans eos de manu vastantium. Propterea clamanti populo sibi dari Regem, respondit Dominus: *Audi vocem populi in omnibus, quæ loquuntur tibi. Non enim te abiecerunt, sed me: nè regnem super eos*. Domino igitur abiecto, Regibus seruierunt Hebræi omnes, vsquè dùm post Salomonem, Roboami tempore in duas partes diuisi religione, & Imperio, duæ tribus Iuda, & Beniamin Hierosolymitano seruirent Regi; à quibus tamen tribus Leui segregata haud erat, sed quia diuino mancipata cultui, recenseri minimè solebat. Reliquæ verò Ieroboam vltrò se dedere, qui nè Imperium perderet, religionis libentior iacturã passus, vitulos adorãdos erexit, nè Hierosolymitani templi memoria, veterem repeterent patronum. Hæc diuisio no-

XXXIII. Iud. 8. 1. Reg. 8. XXXIV. XXXV.

ua ſuſcitauit nomina : illud Iuda dixit : Hoc Samariæ. Primum in ſtirpe Iuda perſeueraſſe creditur vſquè ad Redemptionis ortum . Secundum violentia natum, rapina nutritum primi occupantis erat ; vſquè dum per Aſſyriorum Regem Salmanaſſar in Babylonem translatum, non ampliùs eſt manumiſsum . Iuda verò per Nabuchodonoſorem in captiuitatem traductum, vbi iuxtà Hieremiæ vaticinium ſeptuaginta annos ſuper flumina Babylonis lachrymatum , dum reccordaretur Syon:remearunt tandem ad patrios lares, vſq; dum, vt implerentur ſcripturæ Prophetarum, Meſſia adueniente ablatum eſt ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius. Inter Bellorum caſus, & motus deprauata religione, tres inſurrexere ſectæ moribus, & inſtitutis diſcre-
XXXVI pantes. Phariſæorum rigide grauiterque viuentium, & ſuo quodam modo legem Moſis interpretantium. In frontibus, ſinixtriſque lacertis geſtabant chartulas, quibus Moſaica erat inſcripta lex, & Phylacteria vocabant, de
XXXVII. quibus Chriſtus *dilatant phylacteria ſua, & magnificant fimbrias*. In tunicis latas habebāt
Matt. 23. n. 5. fimbrias affixis ſpinis, quarum veluti calcaribus de obſeruanda admonerentur lege. Humanos euentus Deo tribuebant,& Fato,quod conſiſtere aiebant in motu corporum cęleſtiū, data tamen homini poteſtate aſſentiendi, vel
Archont. Coſmica. p 3. 24. reprobandi. Maiorum ad vnguem ſequebantur veſtigia , & in antiquitatis gloriabantur incedere ſemitis. Animas aiebant immortales, quæ ſi piæ in alia tranſmigrabant corpora vſque ad reſurrectionis diem; iniuſtorum verò æternis damnari carceribus.

Sadducæorum ſecunda eſt negantium Fatum, Dei fatentium infinitam cognitionem,
XXXVIII. hominis arbitrium ; ſed mortuorum reſurrenem exprobrantium,vt potè, qui vellent cum corporibus animas interire. Angelos minimè credebant,& ex ſacris paginis ſolùm Pentatheucum recipiebant. Seueram agebant vitam, nè ipſi, quidèm multum inter ſe conuerſantes. Eſſenorum tertia eſt, in commune viuentium, & ob leuitatem fœminarum, à connubijs abſtinentium, & adulteros omnes credentium. Ante ſolis ortum cuiuſque generis ſermo (orationes præter) vanus erat. Orto ſole quiſque, quinque horarum ſpatio operi incumbebat, tunc lauabat corpus, magnoq; ſilentio prandium capiebat. Iuramentum, quodlibet à periurio diſtare minimè dicebāt. Neminem in ſodalitium recipiebant,priuſquā per annum exploraſſent : receptum adhuc per biennium ſcrutabantur: & ſi quid vicioſi deprehendiſſent, vel extra ſocietatem eijciebāt, vel vitæ curriculo herbarum victu mulctabāt. Cum decem Eſſeni conueniſſent, nullus inter eos audebat loqui, niſi conſentientibus cæteris nouem. Præſentibus alijs nemo expuebat. Sabbathum tam ſtrictè obſeruabant, vt nè ad naturæ neceſſaria recederent. Aluum deiecturi, terram effodiebant abdituri excrementa, nè quid turpe ſolaris luminis obtutui exponerent. Auri argentique ſignati reſpuebant vſum: fæliciſſime mori (ſi pro iuſtitia) arbitrantes. Animæ innocentes dum corpore exirent,Oceanum tranſire inter amœna viridaria inhabitatum. Refractarias horrida,& deſerta petere loca,ibique ſquallentes frigore miſerrime vitam agere aiebant. Vxorem ſi ducerent, nè genus humanum abſtinentia interiret , proteſtabantur non ex concupiſcentia coire. Hæc Sectarum fuere ſcomata , conuertamur modò ad Iſraeliticas leges , quæ miniſterio Moyſis,ſed Dei exaratæ dictamine,ciuilis politiæ exemplar ſunt aulæ. Quod vt clariùs expediamus, nouum inſtruamus certamen.

CAPVT QVINTVM.

De Hebræorum Legibus.

1 *Moſis oratio ad Populum cum moreretur.*
2 *Dei ſtipendium, legis obſeruantia.*
3 *In vno tantum loco poterant Hebræi ſacrificare, & cur?* 7.
4 *Templum, & aula cur vicina?*
5 *Adorare vbiquè licebat.*
6 *Samaritanos abhorrebant Hebræi.*
8 *Fraterna charitas ex cohabitatione, & conuentu ſeruatur.*
9 *Toto in Orbe modò licet ſacrificare loci ſublata*

lata differentia.
10 Angelorum creatio subticetur à Mose, nè inuitarentur Hebræi ad idolatriam.
11 Hebræorũ Aegypto egredientium duo tantùm ingressi sunt terram Chanaam.
12 Moysem prohibitum ingredi promissionis terram, nè idolatrarent Hebræi.
13 Deus cur voluerit ab Hebræis victimas immolari?
14 Tabernaculi ianua cur Orientem versùs?
15 Spatium terræ Promissæ quantum?
16 Vallis lacrymarum cur diceretur?
17 Inter sacra iura, blasphemiæ est prohibitio.
18 Postribuli nulla est oblatio.
19 Vectigalia à meretricibus exacta.
20 Hollandiæ meretriciatus prohibitus.
20 Meretrix, & canis equiparantur.
21 Canis animal immundum.
22 Canes sunt inuasores.
23 Ciues alienæ Ciuitatis haud blasphemandi.
24 Sacra aliena nè surripiantur.
25 Tunica ex lana, & lino Sacerdotum est.
26 Sum. Sacerd. legem populo legere tenetur. 28.
27 Pueri ediscebant legem apud Romanos: Cretenses, canebant.
Aenæis tabulis incidebatur apud Romanos.
29 Apud Venetos vnum, & dimidium sufficit testimonium.
30 Testium fides ex eorum vita colligitur.
31 Non idem est testis, & testimonium.
32 Mulier non potest esse testis.
33 Christus cur appareret mulieribus?
34 Seruus non potest esse testis.
35 Talionis pœna apud Hebræos.
36 Adonibezech talione mulctatus, & Aman.
37 Talionis improbatur pœna.
38 Quod tibi fieri non vis, &c. lex est naturalis.
39 Neoptolemi vindicta quid?
40 Iudex negligens punire, ipse puniatur.
41 Correptor alienarum nuptiarum, priuatur proprijs.
42 Talionis pœna indicta à Carolo IV.
43 Homo quo precio æstimetur apud Turcas.
44 Baiazetes talione punitus.
45 Galli, & Hispani talione mutuo puniti.
46 Talio apud Bruta.
47 Leo ad mensuram iustitiæ iniuriam rependit.
Leo, contubernalis bruti vindicat mortem.
48 Talio iusta pœna.
49 Termini agrorum immutabiles apud Hebræos.
50 Lex Agraria.
51 Termini sacrosancti.
52 Diuitum Romanorum potentia adeò extensa, vt pauci totam possiderent Italiam.
53 Romanorum occasus à diuitum potẽtia. 106.
54 Stolonis lex Agraria.
55 Lex Agraria apud Hebræos incontaminata.
56 Terminus quid? & Ioui cur non cedat? 57.
58 Terminus idem, ac Mercurius.
59 Solemnitas, qua figebantur termini.
60 Terminorum consecratio absque sanguine.
61 Tribus non poterant confundi. 99.
62 Hæreditas de familia ad familiam non poterat transferri.
63 Venetorum dotes nequeunt transcedere tria millia ducatorum: dotes antiquitus an darentur vxori, vel viro?
64 Terræ fructus antè quartum annum nihilo inseruiebant.
65 Semina nequibant misceri, neque iumenta diuersæ speciei.
66 Multa Brutis interdicebantur, ne homini essent exemplum.
67 Vindemiantes relinquant ramulos, & manipulos.
68 Ingredientes vineta, possunt vuas manducare non asportare.
69 Modò nulla communitas.
70 Venetis Nobilibus prohibentur ancillæ nubere.
71 Virgo quomodò probaretur apud Hebræos, virgo nupsisse.
72 Repudium, deficientis virginitatis causa, cur non admissum?
73 Iura primogeniti non possunt auferri ob maiorem dilectionem.
74 Mulieres faciunt apostatare sapientes.
75 Virginitas amissa, quanti æstimetur?
76 Repudia approbata à Mose, quacumque de causa. 79.
77 Zelotypia, aquis maledictionis purgabatur.
78 Sanctè prouisum, nè hodie habeamus aquas maledictionis.
80 Repudia cur aprobata à multis nationibus?
Legislatoris est, tempori, & loco inseruire.
81 Iudæorum repudio eorum figuratur dispersio.
82 Vxori non licebat dimittere virum.
83 Repudium Salome ob preditionem.

85 *Repudium cur scriptis fieret?*
86 *Fœminarum iurgia, vndè veniant?*
87 *Vsura in quibus rebus, & contra quos permissa.89.*
88 *Iumenta haud possunt locari.*
90 *Deus iure creationis Mundum valet destruere.*
91 *Alienæ domus cur prohibitus ingressus?*
92 *Furtum hominis morte punitur.*
93 *Furtum quali pœna puniretur apud Iudæos. Bouis furtum puniebatur in quincuplum.*
94 *Iubilæum Hebraicum.*
95 *Iubilæi vox Hebraica.*
96 *Quandò Clangeretur buccina pastoralis.*
97 *Iubilæum restituebat in pristinam possessionē.*
98 *In Iubilæo, Deo recolebant memoriam.*
100 *Chronologia Hebræa à Iubilæo pendebat.*
101 *Filij Berzelai eiecti è Sacerdotio, quia non habebant suas genealogias.*
102 *Iubilæum, frenum contra prodigos.*
103 *Iubilæi finis, ciuium æqualitas.*
104 *In Republica non debet vnus omnia occupare munia.*
105 *Cæsaris, Pompeij, Crassiq; potentia pessundedit Rempub. Roman.*
107 *Romani à primordio agros non dabant primo occupanti, sed forte diuidebant.*
108 *Ciuis definitio.*
109 *Ostracismus quid?*
110 *Hercules ab Argonautis relictus, quia solus vellet nauem gubernare.*
111 *Periander superеminentes spicas demetendo, quid vellet?*
112 *In quolibet genere excedētia, sunt suspecta.*
112 *Iubilæum, modus seruandi æqualitem, quo nullus melior.*
113 *Terra non poterat in perpetuum vendi.*
113 *Vrbanæ domus poterant in perpetuum vendi, & cur?*
114 *Leuitarum domus, haud poterant in perpetuum vendi.*
115 *Iubilæum inductum, nè Hebræorum languesceret virtus.*
116 *Romani Principes gloriosè colebant agros.* 118.119.
117 *Viatores ministri, qui?*
120 *Terra Dei arata verbo, triplicatam segetem germinabat.*
121 *Auri inuentor, tenetur proclamare, vt Dominum reperiat.*
122 *Alfonsus Arragonum Rex subleuat è luto agasonis mulum.*
123 *Iudæi renuentis de luto surgere in die Sabbathi fabella.*
124 *Viam deerrantes sunt instruendi.*
124 *Caroli V. historia deerrantis viam.*
125 *Bruta pauperiem facientia quomodò puniantur?*
126 *Romanorum error iura applicantium brutis.*
127 *Depositarius ad quid teneatur in deposito?*
128 *Bellum gerendum in hostium domo quomodò.*
129 *Romani quomodò bellum prius indicerent?*
131 *Ligna fructifera in terra hostili haud cædenda.*
132 *Peregrinum, ducem Belli haud habebant Hebræi.*
133 *Carminiola capite mulctatus à Venetis, quia proditor.*
134 *Cyprus haud recuperata, quia fœderat a classis renuit victoriam prosequi.*

CEntum quadraginta annos natus Moses, Ecclesiam congregans ad Iordanē,
I. vbi est nunc ciuitas Abila, locusque palmarum, senilem animam sequentibus comitabatur ad funus. Viri Commilitones, calamitatis meæ longè participes, ita trahente Fato mortem oppeto. Vos ad ripas traduxi Iorda-
Deut. 31. nis, sed ego stygios adens lacus, elysiasque domos, vobis in terram promissionis iter relinquo; ibi vobiscum à Deo pugnare prohibitus, Deum pro homine, ducem substituo. Arma gerant alij, ignotos efferam sub æthera mores, vt legum fortitudine, armorumque decòre, veluti fulcris tempus in omne, vestrorum resonet nomen. Viriliter agite, confortamini, & nolite timère, nè paueatis ad conspectum inimicorum: quia Dominus Deus
ipse est ductor tuus, & non derelinquet. Mer- II.
cedem Domini ego constituam, vt vestram nequeat deserere aciem, si diurnale soluatur stipendium, Legis scilicèt obseruantia, quā in latere arcæ fœderis reponam, vt ibi sit contra vos in testimonium. Ceruicem tuam durissimam scio, quę semper molitur in Dominum. Haud vobis occurrent mala, nisi cum irritaueritis eum, per opera manuum vestrarum

rum. Iuſtitia pro thorace induite. Hæc agen-
tes, fortiſſimi cunctorum eritis, bella ferre, &
inimicorum nulli ſuccumbere. Deo enim vo-
bis auxiliatore præſente, cunctos vos poſtpo-
nere rationis eſt. Legum caput religio ſit: &
dum Chananeorum terram poſſederitis, ciui-
...ui. ...ph. 4. tates iam ædificare cœperitis, ea facientes,
...t. Iud. quæ Deo placita ſunt, firmiſſimum pignus fe-
...ut. 16. licitatis habebitis: ſit vna vobis ciuitas ſacra
... & c. in terra Chananeorum in loco optimo, & vir-
... n. 13. III. tute præclaro, quancumq; Deus ſibi per pro-
phetam elegerit: & templum in ea ſit vnum,
& altare, vnum ex lapidibus non manu dola-
tis, ſed paſſim iacentibus: aſcenſus autem ad
eum non ſit per gradus. In alia verò ciuitate,
nec altare, nec templum. Si enim Deus vnus,
& genus Hebræorum vnum. Vna ergo Reli-
gio, quam nè idolatria polluatis, Hieruſalem
ſit ſolummodò ſancta, vbi ſub oculis Pontifi-
cis, immoletur victima, adoleatur incenſum.
Iudaiſmo connaturalis idolatrandi libido,
coarceatur Templi maieſtate, Pontificum
ſanctitate: Iudicum innocentia, qui gladio
tueantur Religionem, qua eorum acuitur gla-
dius. Et vt Religio vinculum ſit regimi-
nis, ibi ſit templum, vbi tribunal. Et cum
IV. Regem præuidèret, & prædiceret, quem vnũ
efflagitabat propè aulam, regiminis erexit co-
lumnam, ſynagogam nempè, cuius in parie-
te legitur, Dauid ſpeculam aperuiſſe, vt ex au-
la templum introſpiceret, & mutuo conſpira-
rent. Indè tranſlata regia, circunferebatur,
& tabernaculum illud, quod ad colendum
Deum in deſerto factum eſt, & per deſertum à
Leuitis ferebatur, poſtquàm ad terram pro-
miſſionis ventum eſt, in vrbe Silo collocatum
fuit, quia de ſorte Ephraim Silo ciuitas erat,
Ioſue. 18. n. 1. vndè Ioſues oriundus, illius populi guberna-
tor, & ductor. Quem cum inter populares di-
uini cultus ſtudioſiſſimum eſſe oporteret, in
eadem vrbe Principis palatium, Numiniſque
ſtare delubrum, viſum fuit. Propterea mon-
tem Sion bicipitem fuiſſe Hieronymus ſcri-
Hieron. c. 9. Hebrai. c. 20 Geneſ. bit, in cuius vno iugo, quod Moria diceba-
tur, templum fuit: in altero, quòd propriè di-
cebatur Sion, regia domus fuit, & ciuitas Da-
uid. Salomonis tandem extructum templum,
...p. 27. ad Euſtochi. quod petere tenebantur omnes ſacrificaturi
V. (nam adorare vbiquè decebat) iuxtà illud Dei
2. Paralip. 7. n. 12 ad Salomonem, oraculũ: *elegi locum iſtum mihi*
in domum ſacrificij. Vndè Samaritani, qui in
monte Garizim, templum extruxerant, ad VI.
quod ſacrificaturi aſcendebant, tranſgreſſores *Ioſeph.*
vocabantur. Religioſiores Hebræi haud ſolũ *Antiquit. Iud. 11. c. 8.*
de ſacrificijs in templo immolandi caſtè ſer-
uabant, legem, ſed & minores cæremonias,
vndè apud Babylonios captiui non tantùm
abſtinebant ſacris, ſed & muſicalibus inſtru-
mentis: *In ſalicibus, in medio eius, ſuſpendimus*
organa noſtra, cum recordaremur Sion. Quomo- *Pſ. 136.*
dò cantabimus canticum Domini in terra aliena:
Margaritas noſtras proijciendo porcis? vel in
terra aliena cantilenis indulgendo feſtiuis, VII.
tui obliuiſcar Hieruſalem, *& obliuioni detur*
dextera mea? Filij Ruben, Gad, & Manaſſes *Ioſues 22*
cum extrà locum ſanctuarij, & altare infinitæ
magnitudinis excitaſſent, quòd Dominum
reliquiſſent, ædificantes altare ſacrilegum,
reſponderunt non in holocauſta, neque in ſa-
crificia, ſed in teſtimonium, quod Dei popu-
lus eſſent. Fraterna enim charitas haud inter VIII.
Hebræos ſeruari quiuerat, niſi ſimul ſæpè cõ-
uenirent. Ter in anno celebrato conuentu,
vt ſemetipſos alterutrum contribules non
ignorent, ſed ſua ſtudia ſibi communicent.
Hoc autem eis (Ioſephus, *ex hac ſocietate*
proueniet, vt & aſpectu, & loquela memoriam *Antiq. l. 4. c. 6.*
ſui ſemper obtineant. Si enim alterutris imper-
mixti ſint, extranei ſibimetipſis putabuntur. Quid
enim fortiùs ad fouendas amicitias, quàm fre-
quens conſuetudo? Vndè Salomon: *Melior* *Prou. 27.*
eſt vicinus iuxtà, quàm frater procul. Iobi pro- *n. 10.*
pterea filij poſtquàm è paterna exceſſerunt
domo, ſuamque quiſque gubernandam ſuſce- *Iob. 1.*
pit: *Ibant, & faciebant conuiuium per domos*
vnuſquiſque in die ſuo, vt amorem, quem in
patrijs laribus hauſerant, in plures poſteà do-
mos diſtributi retinerent. Indè Sanabalath,
Dario victo, ad Alexandrum deficiens, locis
ſtatutis nouum propoſuit ędificare templum,
vt in duas partes (Ioſepho teſte) *eſſet Iudæorum*
potentia diuiſa, nè eadem concordia gens coniun- *Antiq. 11. c. 8.*
cta rebellaret, aut in aliquo regibus obuiaret,
quemadmodùm priùs, & Aſſyrijs contingebat. IX.
Sed cur toto Orbe diuinæ modò decantantur
laudes, cum olim in terra minimè liceret alie-
na? *Quoniam* (inquit Chryſoſt.) *populus ille* *Super Pſ. 95.*
ſegnis erat, & incredulus, vt facilè gentium abo-
minationibus ſeductus, ſe ſubmitteret, vno loco
ſeptus eſt, quo poſſet ſolus apud ſe, exercere pieta-

tis legem. Idem facit, & maritorum hominum quisque, quotiès vxorem habet suspectam: circunscribit illam vno loco, thalamisque includit, eunuchos adhibet, & omnem apponit custodiam: in summa nihil non facit, curatque eorum, quæ seruant, pudicitiam, eo quod illa non habet verum amorem, pudeciæ mentis custodiam. At qui pudicam, beneque moratam habet vxorem, à nulla eam progressione prohibet: quippè, qui certum pignus habeat, vxoris affectum. Illa prodit in forum, & congreditur cum multis: nec vsquam est Zelotypia morbus, eo quod pudica mulier secum habet custodem, ac pædagogum, morum integritatem. Sed quia *Synagoga suspecta erat, quod vbiq; charitatē Deo debitam, proderet Idolis, conscientiam habens eorum cultu pollutam; meritò illam loco circunscribit, temploque veluti thalamo* cuidam includit. Si cum vnum Synagoga *accepit locum, terram omnem impleuit adulterio, in quam enormem incidißet incontinentiam, si plena fuißet conceßa libertas? At Ecclesia, quæ vbique Christum in se circunfert, innumerosque martyres immolauit, ob charitatē, quam gerit erga virum, à nullo prohibetur loco, sed in omni loco sunt altaria, in omni loco doctrina.* Deus, qui

X. nihil impensiùs curabat, quàm vt in Israelitico populo idolatrandi ritum abolèret, Angelorum creationē in Pentateuco subticèri voluit, nè in Angelica conquiescerent natura, rati eius dignitatem, esse ipsam diuinitatem. Indè ex illis sexcentis hominum millibus, qui

XI. ascenderunt ex Ægypto, duo tantùm Iosue scilicèt, & Caleb, terram promissionis tenuerunt, cæteris in deserto, non quidèm naturali morbo, quia *non erat in tribubus eorum infir-*

Psal. 104 *mus*, sed potiùs violenta morte, ferro, & igne interemptis, *vt tanta improbitatis nullum ma-*

in 43. Ps. *gistrum haberent*. Chrysost. Moyses ipse Pro-

XII. missionis terram ingredi prohibetur, nè illi, Deo relicto, ad hominem conuerterentur, ipsius esse cuncta beneficia credentes. Moritur ergo Moyses, nec sepulchrum eius homo co-

Deut. vlt. n. 5. & 6. gnouit: *nè sepulchrum eius* (inquit Aug.) *popu-*

lib. de Mir. S. Scrip. c. 35. *lus Israel, si cognouisset, vbi eßet, adoraret. Vndè & virgam, in qua signa fecerat, vt plurimi putant, ne adoretur, secum abstulerat: quoniam & serpentem, quem fecerat, filij Israel posteà adorabant.* Quo mihi (queritur Dominus) mul-

XIII. titudinem victimarum vestrarum? *plenus sum.*

Isa. 1. *Holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui.* Si odisti Domine, cur imperasti? *Quia* (Theod. soluit) *populus, qui longa per tempora vitam in Aegypto transegerat, dæmonibus sacri-* Leuit. 9

ficare didicerat: permisit Deus sacrificia, vt illum ab hoc nefando Dæmonum cultu vindicaret. Quasi Deus vellet incidere in nauseam, nè populus incideret in idolatriam. Tabernaculi plauidit structura, cuius ianua ad orientalem XIV.

spectabat plagam, vt *Sol oriens* (inquit Theodor.) *quasi modo quodam adorans vestibulum* In Exod q. 60.

tabernaculi, radios suos illuc confestim emitteret: ij verò, quibus solum Deum adorare mandatum erat, à tergo solem haberent, ad tabernaculum conuersi; et ità non solem, sed eius Creatorem adorarent. Concinnè modò, cur in promissionis terra vnicum esset templum ad sacrificandum. Nonaginta Leucarum terminis, secundum lōgitudinem ab Aquilone ad Austrum; circa XV.

triginta, secūdum latitudinem ab ortu ad occasum, Hebræorum angustiabatur Prouincia, vt quidquid difficultatis esset in lege, viæ breuitate tolleretur. Assiduis etiam alliciebantur

miraculis, siccam illam, & arescentem vallem, XVI.

qua pergentes Iudæi præ siti lacrymabantur, fontibus, atq; riuulis irrigauit, vt quàm priùs lamentabantur: *Ascensiones in corde suo dispo-* Psal. 83.

suit, in valle lacrymarum, in loco, quem posuit. n. 6.

canerent posteà cum Hieronymo: *Transeuntes in vallem fletus, fontem ponent eam, Benedictionem dabit Legislator,* idest vt vertit Pagninus; *Piscinas operuit pluuia.*

Inter sacra iura post templi anathema po- Leuit. 24.

nitur, vt lapidetur, suspendatur per diem, tur- Ioseph.

pitèr sepeliatur, qui Deum blasphemauerit. Antiq. 4. c. 6.

Sequitur tertia notabilis quidèm, vt ex mer- XVII.

cede mulieris fornicariæ sacrificia non cele- XVIII.

brentur. *Non offeres mercedem postribuli.* Num- Ioseph.

quàm enim ex his, quæ de contumelia proce- Deut. 23. n. 17.

dunt, diuinitas delectatur. Nihil confusione corporum peius est. Meretricem cum repulisset de filiabus Israel, & scortatorem de filijs Israel, nè quis putaret posse hoc expiari, si aliquid indè in templum offerret, & oblationem

respuit, quā modò Italos inter, nonnulli Prin- XIX.

cipes, vectigalium exigunt titulo, vt Italia itinerantibus patet, homine aprobante, quæ

Deus damnauit. Et quæ flagitia sectarij coer- XX.

cent, vt Hollandiæ Amstelodami præcipuè meretrices (si quæ sunt) custodia vinctas videre

dere est, catholici vectigalibus, & gabellis quasi mercimonium lupanar protegāt. Quid? non erubescimus ad Gomorrham confugere, vt patiamur lupanar? maiora vt vites opprobria, scortum sustine, sed vndè gabellæ? vt oneribus (dices forsan) grauatæ vitam abhorreant infamem. In fame subterfugium, cedite scorpionibus, quùm spernunt flagella, at marsupia deseratis; iure enim venditur emptum. Alma in Vrbe nonne veluti antè tabernam rami, ita ex scortatoria specula peripetasmata pendent in signum, quód locantur corpora precio.

§.II. *Similiter autem* (Flauij ordinem sequar) Antiq.c.6 *si quis pro coitu canis, aut venaticij, aut custodis* Deut.23. n.17. *gregum mercedem acceperit, nunquàm exindè Deo sacrificandum est*. Pulchrè canis, & meretrix copulantur, quia vtrumque animal pro- XX. num est ad libidinem. Vtrumque ob innata vitia abominantur homines præsertim Hebræi. Vndè ad Isboseth obijcientem libidinem, cum cōcubinis patris sui Saulis, respondit Abner: *Numquid caput canis ego sum*. Et 2.Reg.c.3 v.8. ad Saulem Dauid. *Quem persequeris Rex Israel canem mortuum?* Immundum est animal ca- 1. Reg. 24. n. 11. nis, de quo Poeta *Obscænique canes, importunæque volucres* 1.Georg. à sue non differens, vt Horatius lib.1. ep. ad Lolli. de Vlisse canit

Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.

XXI. sic in sacris Christus. *Nolite sanctum dare* 7.Matth. *canibus, nec proijcite margaritas vestras antè porcos*. Vtrumque ex æquo immundum, nihil enim tam visu fœdum, & odore fœtidum, quo non vescatur canis. Putrida illi cadauerum caro, delicatus est cibus, vlcerum lingen- XXII. ti saniem. Nisi dicamus per canes piorum hostes, & inuasores intelligi cum Psalmista: *Circumdederunt me canes, cœtus maleficorum, cir-* 21. n.17. *cumuenerunt me. Eripe à gladio animam meam,* n.25. *& à cane vnicam meam*. Vel pastores mercenarios, qui pro Domini grege seipsos pa- Isa.55.n. 10. scunt: *canes muti non valentes latrare*. Arceantur isti ab altari meo (ait Dominus) & in numero scortantium Babylone, viuant meretrice illa magna, quæ decolorauit Sanctuarium meum.

§.III. *Nullus blasphemet eos, quos alius ci-* Ioseph. Antiq. 4. c.6. *uitatis esse putant*, quò enim dirigat dextera Domini, ignoramus. Vel nè Iudæorum genus XXIII. reliquis reddatur odiosum nationibus.

§.IV. *Sacra peregrina non esse furanda, neq; æs denominatum alicui Deo, sumendum*, nè su- ibidem. XXIV. scitarent idolatriam, quò spectat sculptilium interdictum.

§.V. *Nullus vestrum texta ex lana, & lino tunica vestiatur. Hæc enim solummodò est con-* ibid. XXV. *cessa Sacerdotibus;* quorum regnum cum minimè vsurpare possimus, ità nec insignia.

§.VI. *Conueniente verò multitudine in vrbe* ibid. XXVI. *sacra ad immolandum, post septem annos instante festiuitate, quæ vocatur scenopegia, idest tabernaculorum defixio, summus Sacerdos stans in excelso tribunali, vndè possit audiri, leges omnibus legat: & neque vxor, neque filij audire prohibeantur, sed neque serui. Bonum est enim, vt animabus inscriptæ leges, etiam memoria conseruentur, qua numquàm deleri possint. Sic ergo neque peccabunt, non valentes dicere, quod decreta legum ignorare videantur. Leges enim multam habebant contra peccantes audaciam, vtique prædicentes eis, quæ sint passuri delinquentes, & animabus eorum inscribentes, quæ præcipiunt per auditum, quatenus omninò in interioribus eorum consistat voluntas legum: in qua cum deficiunt, auctores ipsi suæ læsionis existunt. Discant etiam pueri primum legem, quæ est doctrina optima, & causa felicitatis eximia*. Similis apud Romanos inoleuit vsus, vt 12.Tabularum leges XXVII. ediscerent pueri; & apud Cretenses canerent. Figebantur apud Romanos, idest in æreis in- Cicero. lib.14.ad Atticum. cisæ tabulis affigebantur parietibus.

Ad quid Summus ipse Sacerdos legem legit? nonnè alij poterant lecturæ munùs exer- XXVIII cere inferiores? poterant, sed summus obligatur Sacerdos, vt si fortè profanator legis, erubescentia sacrilegium purgaret, & exemplo iura vulgaret. Inobseruantia verò pollutus Cathedram non auderet ascendere. Nostri modò pastores sugestum, absq; rubore, legem ascendant promulgaturi.

§.VII. *Vni testi non credatur, sed tribus, aut* Flauius ibid. *ad vltimum duobus, quorum testimonium verũ* XXIX. *faciat vita prior*. Concordant Romana iura, per quæ vnus testis, nullus est testis. Fauorabiliores Venetorum leges apparent, quibus vnum, & dimidium testimonium testamento sufficit. Cum enim vnica mulier apud illos minimè testimonium faciat, benè tamen duæ mulieres simul iunctæ vnum testimoniũ compleant; & alibi permittatur trium mulierum

deposítione teſtamentum roborari, palmaris
eſt illatio Venetorum iure vnicum, & dimi-
dium ſufficere teſtimonium. Notabile eſt,
quòd in calce præſentis paragraphi Moſaica
inſonat lex: *quorum teſtimonium verum faciat*
XXX. *lib.3 §.1 ff. de teſtib.* *vita prior*. Concordat Hadrianus *Tu magis*
ſcire potes quanta fides habenda ſit teſtibus: qui,
& cuius dignitatis, & cuius exiſtimationis ſint:
& qui ſimpliciter viſi ſint ducere, vtrum vnum,
eundemque ſermonem meditatu attulerint, an ad
ea, quæ interrogaueras, ex tempore veriſimilia
reſponderint. Vndè perbellè diſtinguat inter
XXXI. *§.4 ib.* teſtes, & teſtimonia, nam iſtis haud ſemper
credendum, vt teſtibus credimus, quos di-
gnitas, fides, ætas, vita, diuitiæ, munera, nata-
lia, veros faciunt. Arrident Imperator Dio-
l.5. C. de Teſtib. cletianus, & Maximianus: *Eos teſtes ad veri-*
tatem iuuandam adhiberi oportet, qui omni gra-
tiæ, & potentatui fidem Religioni iudiciariæ debi-
tam poſſint præponere.

Flau. ib. §.VIII. *Mulierum teſtimonium nequaquàm*
XXXII. *recipiendum propter leuitatem, & procacitatem*
generis earum. Vndè Redemptor, haud in re-
XXXIII. *Suet. c. 15. in Claud.* ſurrectionis teſtimonium mulieribus appa-
ruit, ſed vt fœminarum ore veluti buccina (vt
Romanorum præconis voce teſtes citare) ad
reſurrectionem comprobandam, teſtes citaret
idoneos, nam poſteà Petro, cæteriſque apa-
l fœmina, de R.I. ruit diſcipulis. Romana concordant iura, vt
fœminę ab omnibus officijs publicis, & ciui-
libus ſint excluſæ. Propterea excuſatione di-
gnos recenſeo Apoſtolos, cum illis viſa ſunt
Lucæ 24. mulierum verba, deliramenta, ſed Petrus ſur-
gens iurè cucurrit ad monumentum, quaſi
voce citatus præconis.

§.IX. *Sed neque ſerui teſtimonium perhibeant*
XXXIV. *propter ignobilitatem animi: quos aut propter lu-*
crum, aut propter timorem veriſimile poteſt credi
non poſſe verè, teſtari. Indè ciuilis lex, quoad
l. de R.I. ciuiles actus pro mortuis haberi ſeruos: &
tamquàm pecudes tractari; eademque lege
Inſtit.4. tit. de l. Aquil. puniri eum, qui alienam occidit pecudem, ac
qui alienum occidit hominem.

§.X. *Si quis autem falsè teſtatus eſt, conui-*
Flau. ib. Deut.19. *ctus ea patiatur, quæ paſſurus eſſet is, contra quem*
teſtimonium dixit. Talionis eſt pœna Hebreis
perantiqua. *Qui irrogauerit malum cuilibet ci-*
XXXV *Leuit.24.* *uium ſuorum, ſicut fecit, ſic fiet ei; Fracturam*
Exod.21. n.23. *pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente,*
reſtituit, qualem inflixerit maculam, talem ſuſti-
nere cogetur. Exemplo ſit Rex Adonibezec XXXVI
(non à Ioſue captus, vt inſulsè tradit Marti- *Adag. 154.*
nus del Rio, ſed à Simeone, & Iuda) eoque
mulctatus ſupplicio, quo ſolebat ipſe victos
crudeliter plectere, quùm perſecuti compre-
henderunt Hebræi, cæſis ſummitatibus ma- *Iud.1.*
nuum eius, ac pedum. Simile eſt illud Ama-
ni, quùm *ſuſpenſus in patibulo, quod parauerat* *Eſther.7*
Mardochæo. Hanc normam mutuati Græci,
inter quos Pythagorei, & legislator Rhada-
mantus nomine, ius definierunt, id quod vi-
ciſſim defertur, vel cōtrapaſſū, aut Retaliatio,
græcè ἀντιπεπονθός. ab alijs ταυτοπάθεια.
Rhadamanti error erat, quòd numerica ęqua-
litate, & non geometrica volebat retaliatio- *Eth. 5.c.*
nem, quod meritò Ariſtoteles improbat, ſi *8.*
enim omni exceptione maior eſt propoſitio

Si contra paßus fuerit, quod fecerit idem. XXXVII.
Iudicium planè rectum, vindictaque fiet.

illatio eſſet Principem percutientem, reper-
cutiendum eſſe, quod tamen nemini fas. Sic
cum Principem percutiam, haud ſolummodò
damni dati, ſed & pœnarum, nè iterùm de-
tur, & habenda ratio. Vndè *ſi percuſſerit quiſ-* *Exod.21.*
piam oculum ſerui ſui, aut ancillæ, & luſcos eos *n.26.*
fecerit, dimittat eos liberos pro oculo, quem eruit,
ſibi oculum erui Dominus non iubetur, nam
pluries iniuſtum, quùm iuſtum metiretur
Aſtræa, ſi ſola Arithmetica rependeret æqua-
litate. Si Cæcus oculum effodiat videnti, vbi
erit repaſſum? vel ſi vno orbatus oculo duos
habenti vnum effodiat, forſam vtroque lumi-
ne lædens priuandus? inæqualitas, haud ęqua-
litas erit: adhuc videbit læſus, non lædens.
Iudicis ergo arbitrio remitte; vt *quod tibi fieri*
non vis, alteri nè feceris; naturale principium XXXVIII.
natura dictante, hominum exaratum in cor-
de. Valentiniano Romanorum Cæſari inter
legum abſolutum dominium, hæc vnica lex
erat in ſuperliminari inciſa: *quod tibi fieri non*
vis, alteri nè feceris. Sic S. Orientius.

Proximus vt tibi ſit, ſic velut ipſe tibi es. *In Monit.*
Noſco ſalutiferam manſuro munere legem.
Vno, quæ cunctis proſpicit officio, &c.
Hinc venit illa placens meritò ſententia nectens
Humanum parili conditione genus.
Nec facias alijs, quidquid fieri tibi non vis
Idque alijs facias, quod tibi vis fieri.

Inde lex talionis.

Hinc fuit, vt Dominus prima ſub lege iuberet.

Penſa-

Pensari paribus crimina supplicijs.
Pro damno damnum, vulnus pro vulnere, dentē
Pro dente, atque lui lumina luminibus.
Nec minus, vt propriā sub iudice redderet audax,
Alterius cuperet, qui rapuisse animam.

Exindè prouerbium, Neoptolemi vindicta, (cum quis repateretur, quod alijs iniecerat) à Neoptolemo Achillis filio natum, qui cum Priamũ apud Iouis aram occidisset, ipse Delphis ab Oreste apud Apollinis aram cæsus occubuit. Duodecim, etiam Tabul. lex talionem dedit illis verbis: Si membrum ruperit meũ, è pacto esto Talio. Prohtereà Iudex, qui delatũ ad se crimen punire neglexerit, eandem cogitur pœnam pati, quam alijs dissimulando, remisit. Idem de calumniatoribus dicas. Qui (aiebat) Athalaricus Longobardorum Rex *suasione plectenda matrimonia diuidere nititur aliena, ipsius coniungium habeatur illicitum, vt magis contigisse sentiat sibi, quod in altero malignus exercere tentauerit. Si verò pro coniunctionibus caritate priuatur, futurum matrimonium illi iure denegamus: quia non meretur iugalis reuerentiæ præmia consequi, qui in genialis thori ausus est diuisione grassari.* Apud Carolum IV. quùm Sacerdos quidam vtroque oculo à patrono suo orbatus, quia Religione, redarguisset eum, quereretur: & Zacchores (tale erat accusato nomen) factum haud negaret, sed ex animi impetu perpetratum fateretur. Pecuniā verumtamèn pro satisfactione, iudicum æstimandam offerret arbitrio; interrogauit Carolus, an pecunia possent remitti oculi? negauit Zacchores, concludit Carolus, luminum ergo orbitate tuorum, ius est æquandum. Cōcordant Turcæ, Cadhi enim, quod Arabico idiomate, iudicem signat, comprehēso homicida, curat statim perempti sisti parentes, vel hæredes, interrogans vtrum talione, vel mulcta punire malint? Æstimant hominem solidum, sexaginta Asprorum millibus, ideft mille, & ducentis nummis aureis, dimidium hominem (cui scilicèt pes, manus, vel præcipuę partis vsus deest) sexcentis nummis aureis. Hanc legem meritò expertus Baiazetes I. cum captus à Temiro Scytha, (vulgò Tamerlanes) interrogaretur, quid fecisset victor? respondit te ferrea cōclusum cauea mecũ hinc indè circumducerem. Quo, Temir, audito, mox è ferro caueam parari iussit, vbi Baiazetem inclusit, donec contumeliarum impatiens caput in illam allideret, & animam indignabundus efflaret. Simile illud Gallorum est, cum anno salutis 1564. in insula Florida ab Hispanis arboribus suspensi sub titulo, *Hoc* non facio tamquàm Gallis, sed tamquam Lutheranis, rotante posteà fortuna, à Gallis suspensi sunt Hispani sub titulo: Hoc non facio tamquàm Hispanis, sed tamquàm latronibus, & proditoribus iusta; retaliatione, quæ Brutis ipsis nō aduersa. Leo, quasi illi innata iustitia, vulneratus, quantalibet multitudine, non nisi percussorem appetit, eum verò, qui telum quidē miserit, sed tamen non vulnerauerit, correptũ raptatumque sternit, nec vulnerat; quasi iustitiæ circino pœnam satagat commensurari delicto. Cum eodem contubernio diuersarentur quondàm Leo, Vrsa, & Canis, ibique absquè iniuria educati pacatè viuerent diù, vti domestica animalia: Vrsa tandem, quodam impetu percita, cōtubernalem dilacerauit canem, vndè commotus Leo hospitij violati scelere, vrsam prorumpens dilacerauit, meritas pro cane exigens pœnas: discite ergo per eadē puniri, per quæ quis peccat; vndè ad Petrum Christus: *conuerte gladium tuum in locum suum, omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Eademque mensura, qua mensi fueritis, remetietur, & vobis. Quod non vindictæ, & furoris est fomes, sed limes est iustus. Licentia enim retributionis, prohibitio erit prouocationis. Quæ vera nisi percussus paciscendo, iniuriam percutienti remittat.

§.XI. *Terminos terræ mouere non liceat, nec propriæ, nec alienæ, per quos vobis seruabitur pax:* Terram forte præuidens diuidendam, diuisamque iuxtà illud: *istis diuidetur terra iuxtà numerum vocabulorum in possessiones suas. Pluribus maiorem partē dabis, & paucioribus minorem:* Agrariā diceret Romani, quā anathematis fulmine sacrat, & intemeratam firmat, terminorum asportatione prohibita. Erant isti, lapides vtrique vicino communes, de quibus videtur sermo, cum de finibus conuenère Iacob, & socer eius Laban, cum *dixit ad Iacob: en tumulus hic, & lapis, quem erexi inter me, & te testis erit: tumulus inquam iste, & lapis sint in testimonium si, aut ego transiero illum pergens ad te, aut tu præterieris, malum mihi cogitans. Deus Abra-*

Marginal notes (left column): ...usan. Messe- / XXXIX. / XL. / ...l.§.1. ...l. Cor ...l. de ...car. / XLI. / ...ssiod. ...r. 9.18 / ...ubraui. 22. hist. ...oham. / XLII. / XLIII. / ...scellus ...l. Turci. / XLIV.

Marginal notes (right column): De Gall. in Floridam nauigat. / XLV. / XLVI. / Plin. l.8. c.16. / Elian. / XLVII. / Sap. 2. / Matt. 26. n. 52. / XLVIII. / Flauius 4. Antiq. c.6. / Flauius Antiq. 4. 6. Deut. 19.14. / XLIX / Num. 26. 54. / L.

Abraham , & Deus Nachor iudicet inter nos .
LI. Sacroſanta antiquis terminorum Religio , nō
minùs,ac murorum, & portarum Ciuitatis,vt
tyrannicum duceretur terminos transferre ;
Indè Iob deplorans ſceleratorum facinora ,
24. 2. *terminos tranſtulerunt , diripuerunt greges , &*
pauerunt eos : Gregem diripere , & terminos
transferre,idem reputat ; licèt Principum ,
Oſeae vtrumque proprium : *Facti ſunt Principes Iu-*
5. 10. *da , quaſi aſſumentes terminum , Maledictus*
Deut. 27. n. 17. (igitur) *qui transfert terminos proximi ſui ,*
& dicet omnis populus, Amen : Væ (Iſaias) *qui*
5. 8. *coniungitis domum ad domum,& agrum agro co-*
pulatis , vſquè ad terminum loci : Numquid ha-
bitabitis vos ſoli in medio terræ? Non adhuc cō-
tenti , locupletiſſimumque communitatis ſu-
ſtuliſſe ſtatum,& poſt partitos limite campos,
terminos ſuſtuliſtis , non vt omnibus omnia
reſtituatis, ſed vni vſurpetis ; vicinorum pau-
perum portiones,vi preſcribentes,vel precio,
non iam rura, ſed latifundia colitis , & pro-
LII. uincias . Vndè potiſſimum ſui agnouit occa-
Vt tempore C. ſum Romanorum Reſpublica . Hoſtibus enim
Lelij. referta, cum auitis poſſeſſionibus viderentur
LIII. nudari,priſcas expetentes fortunas,nouitatem
moliebantur, primæuam in tumultu ſperantes
felicitatem . Præuiderant Romanorum pauci
ex priuatorum opulentia,Rempublicam euer-
tendam , & cum primores patrum omnia ad
ſe traherent, vt ſinguli propè trecentorum ci-
LIV. uium poſſiderent agros,Stolonis legi occaſio-
nem dedère , nè quis plus quingenta iugera
habèret. Iureiurando lege ſacrata , mulctaq;
decreta in temeratores ; Sed omnia fruſtrà ,
nam alij propinquis ſuis cedentes agros , alij
propalàm contemnentes legem , Semproniū
Gracchum excitauère , Appium Claudium ,
Fuluium Flaccum,Papirium Carbonem , ſub
quorum conſulatu ſæpiùs legis attentata ob-
ſeruantia,ſed ſemper deriſa,& euerſa . Diuer-
LV. ſum ſortita finem apud Hebræos, ſi enim Ro-
manis pro Deo terminus erat, Hebræis Deus
pro termino fuit . Iouis templum in Tarpeio
monte extruente Tarquinio , vt à cæteris Re-
ligionibus libera area, tota Iouis eſſet ; exau-
gurare fana decreuit, quæ illùc vſquè ſacrata
erant . Hoc in opere Iouem Imperij futuri in-
lib. 1. dicaſſe molem credit Liuius : *nam quùm omniū*
ſacellorum exaugurationes admitterent aues, in
LVI. *Termini fano non addixère . Idque omen, augu-*
riumque, ita acceptum eſt, non motam termini ſe-
dem, vnumque eum deorum non euocatum ſacra-
tis ſibi finibus,firma, ſtabiliaque cuncta portende-
re . Hoc perpetuitatis auſpicio accepto, &c. Ve-
riùs interpretatus eſſet oraculum , ſi ex immo-
ta Termini ſede , termino concludendum fo-
re Romanum præſignaſſet Imperium . Iupi-
ter ipſe in humanis nequijt ſuſtulere termi-
nos, quos haud agnoſcit ſolius illius regis re-
gnū, cuius Principatus ſuper humerum eius .
Antiqui , Dei attributa capitibùs in quadra-
tas trabes erectas deſinentibus ſignificabant , Goropius Gallicorū
vt nimirùm idem omnium eorum , quæ ſigni- lib. 4.
ficarentur, fundamentum eſſe cognoſceretur .
Indè latini omne id genus ſtatuas, Terminos, LVII.
propter ſimilitudinem, vocant, eo quòd qua-
dratis ſaxis agrorum fines diſtingueretur.Nu-
ma Terminum conſecraſſe dicitur, quod dum
fecit, idem fecit, ac ſi Cimbrica voce Mercu-
rium collocaſſet . Nè tamen quis lapidi diui- LVIII.
nos honores tributos exiſtimet , Iouem Ter-
minalem omnibus Terminis præſidem fecit ,
monens Deo in primis curæ eſſe,vt ſuum cui-
que definitum maneat , & certis terminis in-
cluſum. Nam Τέρμων Græcorum, Termi-
nus Latinorum , & Hermes eiuſdem ſunt , &
ſignificationis . Solemnem autem termino-
rum inter vicinos ponendorum ritum,Siculus LIX.
Flaccus ſequentibus, explicat: *Cum enim Ter-*
minos diſponerent , ipſos quidem lapides in ſolidā
terram colocabant,proxima ea loca, quibus, foſſis
factis,defixuri eos erant,vnguento velaminibuſ-
que,& coronis eos coronabant : in foſſis autē qui-
bus poſituri eos erant, ſacrificio facto, hoſtiaq; im-
maculata cæſa, facibus in foſſis coopertis ſangui-
nem inſtillabant , eoque thura , & fruges iacta-
bant : fauos quoque, & vinum , aliaque quibus
cōſuetudo eſt, Terminis ſacrum fieri,in foſſa adij-
ciebant, conſumptiſque omnibus dapibus igne, ſu-
per calentes reliquias,lapides colocabant ; atque
ita diligenti cura confirmabant : adiectis etiam
quibuſdam ſaxorū fragminibus,circumcalcabant,
quo firmius ſtarent . Tale ergo ſacrificium , Do-
mini inter quos fides dirimebantur , faciebant .
Nam & ſi in Trifinium, ideſt , in eum locum, in
quem tres poſſeſſores attingebant , termini pone-
bantur, omnes tres ſacrum faciebant : terminos
autem conuenientia poſſeſſorum faciebat .

Indè lux datur Ouidianis verſibus

Termine ſiue lapis, ſiue es defoſſus in agro Faſtor. 2.
Stipes ,

Stipes, ab antiquis tu quoque numen habes.
Tu populos, vrbesque, & regna ingentia finis,
Omnis erit sine te litigiosus ager.
Nulla tibi ambitio est, nullo corrumperis auro,
Legitima seruas credita rura fide.
Termine post illud leuitas tibi libera non est,
Qua positus fueris in statione, mane.
Et seu vomeribus, seu tu pulsabere rastris,
Clamato, tuus est hic ager, ille suus.

Sic Iuuenalis. at.6.

Improbus aut campum mihi si vicinus ademit,
Aut sacrum *effodit medio de limite saxum.*

Hypp. Seneca. *Nullus in campo* sacer *diuisit agros* Arbiter *populis* lapis. Apuleius. *Vel cespes libamine humigatus, vel lapis vnguine delibutus.* Idem: *Negant vidisse, qui fuere, vnum saltem in finibus eius, aut lapidem vnctum, aut ramum coronatum.* Numquàm tamen sanguinem delibutum, quod inter Numæ instituta laudatur, quùm à Termini sacris omnem sanguinem abesse voluit: significans ad quietem, & certam pacem nihil vtiliùs, quàm suis se finibus tenère. orid.1. ol.1. LX. orius -3.c.15

§.XII. *Succedit, vt intulerunt Principes familiarum Galaad filij Machir, filij Manasse de stirpe filiorum Ioseph, locutique sunt Moysi coram Principibus Israel, atque dixerunt. Tibi Domino nostro præcepit Dominus, & terram sorte diuideres filijs Israel, & vt filiabus Salphaad fratris nostri dares possessionem debitam patri: quas si alterius tribus homines vxores acceperint, sequetur possessio sua, & translata ad aliam tribum de nostra hæreditate minuetur, atque ita fiet, vt cum Iubilæus, idest quinquagesimus annus remissionis aduenerit, confundatur sortium distributio, & aliorum possessio ad alios transeat. Respondit Moyses filijs Israel, & Domino præcipiente ait. Rectè tribus filiorum Ioseph locuta est, & hæc lex super filiabus Salphaad à Domino promulgata est. Nubant, quibus volunt, tantum, vt suæ tribus hominibus: nè comisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribum. Omnes enim viri, ducent vxores de tribu, & cognatione sua: & cunctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipient: vt hæreditas permaneat in familijs, nè si sibi misceantur tribus, sed ita maneant, vt à Domino separatæ sunt.* Duo hic notantur, terminos non moueri, nè tribus confunderentur, & vt hæreditas in familijs permanèret. Primùm cum tribus LXI. m.36.

bus regalis nubere prohiberetur Sacerdotali, Mūdum edocet Sacerdotium limina templorum minimè egredi; vt Principatum, tribunalium cancellos. Quodlibet suis inclusum terminis adinuicem haud aggrediantur, sed coadiuuentur. Secundùm, vt hæreditas in familijs permanèret, mutuarunt & Romani, vndè cognatorum nulla erat successio, sed agnatorum tantùm ex duodecim Tabularum legibus. Affine est Venetorum illud decretū, nè trium mille ducatorum summam mulierū dotes transcendant. Lex, quæ etsi subditorū LXIII. luxu antiquata, viget tamen illibata in dotis restitutione; si enim casus restitutionis vrgeat, tertia pars, quàm lucratur maritus, mille est, dote supputata non pro eo, quod est, sed quod deberet esse. An verò Iudæorum mos esset dotem viro, vel vxori dari, hinc indè scripturarum vrgent testimonia. Dinæ nuptias cum ambiret Sichem; *quæcumque statueritis* (aiebat) *dato: augete dotem, & munera postulate, & libenter tribuā quod petieritis, tantum date mihi puellam hanc vxorem.* Iacob à Socero suo Labano Rachelem, & Liam, quatuordecim annorum redèmit famulatu. Dauid Saulis frustratus fide, negatam sibi querebatur vxorem, quam præputiorum parauerat precio. *Redde vxorem meam Michol, quam despondi mihi centum præputijs Philistijm.* Aut alludere videtur actuum illud Apostolorum: *In quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.* Hæc pro mulieribus. Quod si ipsas velis, & antiquitùs dedisse dotem, Exodi perpende legem, quùm stuprator puellæ patri nuptias renuenti; stupratori dote, pecuniam cogebatur reddere *iuxta modum dotis, quam virgines accipere consueuerūt*, à parentibus dicunt multi, à maritis dicere possem, vndè ad fortiora curramus. Antiochus, vt Veneris thesauros, quæ Naneæ titulo in quodam colebatur delubro, lucrifaceret, cum ea habiturus venit, vt *acciperet pecunias multas dotis nomine*, sed & iste non erat Iudæus, vndè non concludit historia. Quemadmodùm, & cum *Pharao Rex Aegypti ascendit, & cœpit Gazer, accenditque eam igni, & Chananeum, qui habitabat in ciuitate interfecit, & dedit eam in dotem filiæ suæ vxori Salomonis.* Minimè tandem facit Tobiæ exemplum, quùm *de omnibus, quæ possidebat Raguel dimi-*

Gen.34. Gen.29. 1.Reg.c.3 c.20.nu.28. 22.17. Machab. 2. c. 1. nu 14. 3. Reg 9. 8.n.14.

dimidiam partem dedit Tobiæ, & fecit scripturã, vt pars dimidia, quæ supererat post obitum eorum, Tobiæ dominio deueniret. Non enim Ragueli alij erant filij, vel filiæ: quemadmodum cum Iudæorum mulier fratres non habens, viro alterius tribus concedebatur nubere. Quid igitur? eò tendas, quò trahit voluptas. Venetorum perantiquus mos erat, publico in fano exponere puellas. Mariarum templum, locus Conuentus stabat, vbi speciosæ, quasi sub hasta venibant, nec earum Sponsi fruebantur nuptijs, quàm dato pretio, quo posteà exornatæ deformes, sponsum, & ipsæ sibi comparabant. Sic nullis negato coniugio, formosis enim puellis pulchritudinis pretio, sibi, & turpibus, stipulantibus nuptias. Alternaque vice diuitibus auri potentia sibi, & pauperibus coniugia merentibus.

Ioseph. Flau. Antiq. 4. Leuit. 19. §.XIII. *Qui in terra plantauerit, si antè quartum annum folia, fructumque attulerit, neque Deo ex hoc primitias offerat, nec ipse comedat.*
LXIV. *Non enim secundũ tempus hoc illatum est, dum natura præter tempus vim, fecisse videatur. Vndè hoc neque Deo, neque proprio Domino competit ad edendum. Quarto verò anno vindemiam, & omne quod nascitur (tunc enim maturum est) colligens, ad sacram deportet vrbem: & cum decimis aliarum frugum expendat, cum amicis proprijs epulando, & cum pupillis, & viduis. Quinto autem anno sit Dominus, vt quæ fuerint*
LXV. *nata, fructificet. Qui terram vineis plantat, non seminet eam: sat enim est hoc, hanc enutrire germen, & laboribus aratri esse priuatam. Bobus terra aranda est, & nulla cum eis altera animalia iungenda sunt: sed proprium hoc genus sit, ad arandam. Semina verò sint munda, & impermixta: & non duobus, aut tribus generalibus seminetur. Non enim communione dissimilium natura lætatur. Neque iumenta permisceantur, quæcumque cognata non sunt.* Metuens legislator, nè iniuria transiret ad homines, initium à minoribus, & turpibus primò sumit. Nihil enim huiusmodi debet esse licitum, ex quò per similitudinem conuersio quædam in omnibus rebus, habere possit accessum: Vilia non negligit, omnibus prouidet, nè in aliquo videretur esse culpabilis: Et nè brutorum exemplo alljceremur ad vetita, & illorum brutalitas
LXVI. tas humano generi in legem lucèret. Plantarum meditare culturam, quarum cæremonia Deus coli voluit, perindè, ac circuncisione puerorum; congruè tamen ad arborum naturam, cum earum fructus primi magis aquosi, & indigesti, ideoq; insalubres: Indè Legislatoris vide prudentiam: fructum primum, nec manducari permittit, nè antè Deum quisquã percepisse videatur: nec offerri concessit, nè Deo immaturus offeratur; sed, dimitte (inquit) quia primus est; nec offeras, quia oblatione necdum dignus est.

§.XIII. *Metentes non omnem decet messem excutere: sed relinquere aliquos manipulos, qui* Flaui. Antiq. 4. Deut. 24.
sint egentibus alimentum. Similiter autem, & LXVII.
de vineis racemusculos pauperibus relinquendos, & oliuarum quendam fructum reseruandum colligentibus, & escam propriam non habentibus. Sed neque boum ora, dum spicas terunt in area, sunt liganda. Non enim iustum est, vt qui simul laborauerunt in fructu, & circa natiuitatem eius fatigati sunt, participare prohibeantur. Neque poma matura contingere iter agentes arcendi LXVIII.
sunt, sed tamquàm de proprijs eos debent permittere satiari, siue prouinciales sint, siue peregrini: & cum gaudio præbendum est eis ad comedendũ: portare verò nihil liceat. Neque vindemiantes ex his, quæ ad torcular portantur, gustare prohibeant sibimet occurrentes. Iniustum est enim bona, quæ Dei voluntate ad viuendum data sunt, inuidere desiderantibus ea comedere: dum pomum sit in maturitate, sicut Deo placuit, & mox abire festinet. Et licet aliqui per verecundiam contingere non præsumant, rogantes eos, cum sint quidem Israelitæ, tamquàm socij, et propter cognationem pariter Domini, & ex alio loco venientes, & vt munera suscipiant, deprecandi sunt, quæ Deus eos videre concessit. His omnibus antiquatis, diuitum auaritia in terra, in mari, in aere, in Cælo ipso terminos posuit. Non alienum agrum, piscinam, vel viridarium, ve- LXIX.
natum, piscatum ingredi possum, absque iniuriarum mulcta, si Domino ingrediar prohibente. Vineta, arbores, macerie, fossis, muris inclusæ, querente natura saltèm naturales haud negandos fructus, solo vsurpamus aspectu. Si quondàm per iniquitatem dicebatur hoc tuum, illud meum, nunc communitatis sacrilega creduntur vocabula.

§.XIV. *Vxores autem ducant nubili iam* Flaui. Antiq. 4.
tempore, virgines liberas, bonis parentibus procreatas. Nubili tempore, quòd apud Romanos

LXX. nos decimus secundus erat annus, licèt consuetudo inoleret, nuptias protrahēdi circa vigesimum, vt ex arbore matura tempestiui colligerentur fructus. *Virgines liberas*, vt Venetijs, cum inter ancillas, & nobiles interdicto connubio, vt mutuo natalium splendore nulla labe, fœdata, luceret nobilitas. Quod vigeat, etsi per amorem in ancillas liberi debaccharentur. Concupiscentiam namque retinere decorum est, & congruum liberæ dignitati, iuxtà legum præcepta coire.

an. 4. ntiq. ent. 22. §.XV. *Si quis velut virginem desponderit, deindè non eam, talem inueniat, causam dicturus, ipse quidem accuset, vtens, ad probationem documentis suis: respondeat autem puellæ pater, aut frater, vel quicumque post eos genere vicinior esse*
XXI. *monstratur: & dum iudicatum fuerit puellam non esse culpabilem, cum accusatore permaneat, nullam habente viro vlterius potestatem dimittendi eam, nisi magnæ causæ præcesserint, & contra quas nec respondere possit. Is verò, qui audacter, aut petulanter causam puellæ vitij, & derogationis intulerit, mulcta condemnetur, quadraginta minus, vna plagarum, & quinquaginta siclos* (centum legitur Deuteronomij) *patri dari cogatur. Si verò conuicerit puellam esse corruptam, si quidem popularis sit, eo quod castè virginitatem vsque ad legitimas nuptias non seruaueuerit, lapidetur: si verò de Sacerdote sit nata, viua protinùs concremetur.*

Sed vndè probabitur filia viro nupsisse
2. Deut. .16. virgo? *Tollent eam pater, & mater eius, & ferēt secum signa virginitatis eius ad seniores vrbis, qui in porta sunt:* Matronarum testimonia, scilicèt, quæ ante nuptias sponsæ virginitatem explorent. Quòd cum inhonestum visum fuerit Romanis, ex corporum inspectione, pubertatem probare, quid imputandum Hebræis? Linteum dicas sanguine tinctum, quem ex primo cum virgine congressu profluere medici aiunt, non ex membranæ fractura, sed ex disruptione labiorum vteri, quæ in virginibus naturali symphysi, seù coalescētia inuicem astricta sunt, quæ in primo lacerantur cōgressu, vndè sanguis erumpit. Hanc perfractionem si digitis, vel alio instrumento, præter priapum tentare valet; quomodò dignoscetur virginitas, idest puella incognita viro? Linteamina conspersa sanguine, pro virginitate haud prosunt, hoc enim in mense accidit, vel in secūda etiam, & tertia vice, quùm coniuges copulantur. Si linteamina sanguine conspersa probant, nùbat scortum, & virgo erit, nunc enim canente poeta

Nil erit vlterius, quod nostris moribus addàt
posteritas.

numquàm quia corrupta repudiatur, & tunc sanctitatis seculo, lege repudium plauditur? LXXII.
nunc interdicitur, quia nimis frequens præuidetur, & nè forsan repudientur omnes, iubentur retineri singulæ.

§.XVI. *Si quis duas vxores habuerit, &* Flaui. 4. Antiq.
alia quidem in honore magno, & fauore, aut propter pulchritudinem, & amorem, aut ob aliam causam: altera verò in minori, apud eum parte consistat: si ex dilecta filius, cum sit iunior illo, LXXIII.
qui ex alia procreatus est, petat propter patris fauorem, quem circa matrem habet, priuilegia senioris: quatenùs duplicem substantiæ paternæ partem accipiat, sicut in legibus definitum est, non ei concedatur. Iniustum namque est, vt qui natiuitate senior est, eo quod minùs mater eius à patre diligatur, debita parte fraudetur. Habebit igi- Deut. 21.
tur odiosæ filius cuncta duplicia vti primogenitus: est enim principium liberorum eius, & huic debentur primogenita. Haud latebat LXXIV.
legislatorem, sapiētes viros fœminarum amore bacchatos sanguinis iura, osculorum venundare pretio. Imperasset Agrippa, vel Tacit. An. 1.
Claudius Marcellus, ni Liuiæ seruiens Augustus delegisset Neronem. Regnasset Adonias, ni Bersabeæ manu regnum Salomon 2. Reg. 1.
vsurpasset, quem etsi minorem natu, quia dilectissimæ coniugis Bersabeæ, Dauid fecit hæredem. Lilia Gallica Ludouici Pij tempore, quis decolorauit? nisi Iudithæ illecebræ, quùm vt filium Carolum coronaret, priuignis adèmit. Indè parricidia, Bella, fraterna odia, quibus lacessita Gallia, numquàm Caroli Magni est restituta Imperio. Hisce fœminarum artibus occurrens Moses, haud ex arbitrio voluit primogenita pendere paterno, vt de Iacobo, & Esau legitur, sed naturæ ex ordine, vt Iudæorum exemplo, & Gallos apud Primogenitorum inoleuit consuetudo.

§.XVII. *Qui virginem corruperit, nondùm* Flau. 4. Antiq.
alicui desponsatam, ipse eam ducat vxorem. Si LXXV.
verò patri puellæ non placeat, vt ducat eā, quinquaginta siclos, pretium soluat iniuriæ. Tanti

æstimabatur virginitas, quod pretium, idest quinquaginta florenorum, nostris etiam temporibus iudices iustum supputant ad redimẽdam iniuriam virginitatis amissæ, Personarum tamen inspecta qualitate.

§.XVIII. *Ab vxore copulata sibi volens qui-*
Flau. 4. Antiq. *cumque disiungi, propter quascumque causas, ex scripto, quod numquam cum ea conueniat, com-*
LXXVI. *promittat. Sic enim habebit potestatem alij copulari: nam prius illa alteri iungi non potest, Si autem, et illo moriente, voluerit eam prior vir recipere, non ei liceat.* Connubiorum repudia, atque diuortia non tantùm permittit legislator, sed approbat, non vnica vrgẽte causa, sed qualicumque; Vndè Deuteronomij legitur. *Si ac-*
24. 1. *ceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquã fœditatem*, non propter impudicum fornica-
l. 4. c. 34. in Marcio. tionis negotium, vt vult Tertullianus, quia non repudio (facinore constante) sed lapidi-
LXXVII bus obruebatur adultera.

Quid si Spiritus Zelotypię in vxorem con-
Num. 5. citauerit virum? *adducet eam ad Sacerdotem, & offeret oblationem pro illa, decimam partem sati farinæ hordeaceæ: non fundes super eam oleũ, nec imponet thus: quia sacrificium Zelotypiæ est, & oblatio inuestigans adulterium. Offeret igitur eam Sacerdos, & statuet coram Domino, assumetque aquam sanctam in vase fictili, & pauxillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam. Cũque steterit mulier in conspectu Domini, discooperiet caput eius, & ponet super manus illius sacrificium recordationis, & oblationem Zelotypiæ: ipse autem tenebit aquas amartissimas, in quibus cum execratione maledicta congessit, adiurabitq; eam, & dicet: Si non dormiuit vir alienus tecũ, & si non polluta es, deserto mariti thoro, non tibi nocebunt aquæ istæ amarissimæ, in quas maledicta congessi: Sin autem declinasti à viro tuo, atque polluta es, & concubuisti cum altero viro, his maledictionibus subiacebis: Det te Dominus in maledictionem, exemplumque cunctorum in populo suo: putrefacere faciat femur tuum, & tumens vterus tuus disrumpatur. Ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & vtero tumescente, putrescat femur. Et respondebit mulier, Amen, Amen. Scribetque Sacerdos in libello ista maledicta, et delebit ea aquis amarissimis, in quas maledicta congessit, & dabit ei bibere. Quas cum exhauserit, tollet Sacerdos de manu eius sacrificium Zelotypiæ, & eleuabit illud coram Domino, imponetque illud super altare: ita dumtaxàt, vt priùs, pugillum sacrificij tollas de eo, quòd offertur, & incendat super altare; & sic potum det mulieri, aquas amarissimas. Quas cum biberit, si polluta est, & contempto viro, adulterij rea, pertransibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre computrescet femur, eritque mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo. Quod si polluta non fuerit, erit innoxia, & faciet liberos; Ita est lex Zelotypiæ.* Hæc si vigerent
hodie, quot mulieribus intumesceret venter? LXX-
Excusarentur adhuc si vera Ouidij fabella VIII.
equarum, vento concipientium,

Ore omnes versæ in Zephyrũ stant rupibus altis.
Exceptantque leues auras, & sæpè sine vllis.
Coniugijs vento grauidæ, mirabile dictu.

Qualibet ergo de causa licitum, etsi inhonestum erat repudium; non tantùm ob lepram, sterilitatem, veneficium, rixas, ebrietatem, sed etsi non inuenerit gratiam coram oculis LXXIX.
sponsi, alienigenarum forsan illecti pulchritudine, quem Malachias carpit: vndè etsi licitum
huiuscemodi repudium, nec iudicium virgæ c. 2. 16.
subiectum, haud tamen honestum adolescentiæ suæ vxorem dimittere, absque causa.

Dices: etiã cum causa inhonestũ insimulauit Christus, quũ ob Iudæorũ duritiem, dixit repudij permissum libellum? vndequaq; repudij Matt. 19.
venerit occasio, nemině latet, Deo permittente inoleuisse, & sæpiùs facto periculo, vtile expertũ, vt Iudæi vxores repudiarẽt, nè occiderent. Et cũ boni legislatoris sit loco, tempori, genio subditorũ indulgère, & in paruis rece- LXXX.
dere, si recto tramite velit in magnis incedere, legẽ suã, populi indole tẽperauit, quã mysticã dicas, vt Iudæorum præsignaret repudium in nuptiarum diuortio, quod futurum erat, ex repudianda Hebręorum Synagoga, & noua ex Gentibus sibi deligenda sponsa, Romana scilicèt Ecclesia. Nec mireris Iudæorum connubia subiecta repudijs, insolubilia verò ma- LXXXI.
trimonia nostra, quæ præsignantia tàm indissolubilem Christi hypostaticam vnionem, de qua: *quod semel assumpsit, numquàm dimisit*, quàm cum Ecclesia solemnes nuptias, de quibus *Vobiscum ero vsque ad consummationem seculi: Portæ inferi non præualebunt aduersus eam*, indiuiduam vitæ consuetudinem contineant. Quod Deus coniunxit homo

non

non separet. Preter mortem, vel fornicatio-
nis causam. *Ego autem dico vobis, non licet*
dimittere vxorem, excepta causa fornicationis.
XX- Non licet dimittere *vxorem*, cur *virum* non
I. adiungat, notat Flauius: in Salome sorore
Herodis, quùm præter legem Costobarum
q.15. maritum suum repudiauit. *Tempore verò in-*
tericcto, cum contigisset Salomen a Custobaro dis-
cordare, mittit statim ei repudium, connubium
renuens, non secundum leges Iudæorum. Nam
marito, quidem apud nos licet hoc facere, vxori
verò nullatenus separari, & ducere alium, nisi
priùs à priore marito dimittatur. Salome tamen
non generali lege, sed potestatis sanctione connu-
bium separauit: & ad fratrem Herodem dicebat,
XX- *pro illius fide maritum se reliquisse, dum cogno-*
II. *sceret cum Antipatro, & Lysimacho, & Do-*
sitheo nouis rebus studentem. Diffidentia in
Principem separaret nè hodie coniuges nouo
permisso coniugio? separauit apud Hebræos,
ser. 1. vt in Salome: Apud Persas, quùm Assue-
9. rus repudiauit Vasthi. Sic apud Philistinos,
15. XX- repudiato Sampsoni, sororē primæ vxoris ob-
V. tulerunt, viuente prima, & alteri desponsata.
Tale repudiū inoleuisse Romanis locupleta-
ti referūt iuridici annales digestorum, & Co-
XXV dicis, vt fusiùs suo loco tradam. Cur verò si-
ne scriptis minimè repudiaretur vxor? Augu-
19. stinus soluit: *Deus hanc moram interposuit, vt*
con. *in dissidium animus præceps, libelli conscriptione*
ustum. *refractus, absisteret, & quid mali esset, vxorem*
dimittere, cogitaret, præsertim quia scribæ, quorum
erat literas scribere, quasi viri prudentes, dissi-
dij dissuasores erant. Dissolutionis etiam te-
stimonium Scriptura erat, vt suæ libertatis
ad nouas nuptias celebrandas fidem haberet
mulier, quæ potens dimitti, sed non dimitte-
re, sui viro agnosceret subiectionem (*mulier*
esto subdita viro) nec iurgia suscitaret, vt fœ-
minarum est, fidentium matrimonij vinculo.
Ab Abrahamo non exulauisset Ismael, nisi ob-
XXX strepisset Sara, cum ludi prætextu, apud patrē
VI. insimulauit Agar Ægyptiæ filium, nè cum fi-
lio liberę, hæres esset filius ancillæ. *Quod du-*
en. 21. *rè accepit Abraham pro filio suo*. Sed nè mulie-
rem contristaret (vt dè Adamo Augustinus
habet, pro Eua, Deum derelinquente) exter-
minauit insontem; nè vxoris illecebras per-
deret, filium cum matre deportauit, nè il-
lius relegaret affectum, quam illi mors sola,
quæ cuncta soluit, abripere poterat.

§.XIX. *Nulli Hebræorum ad vsuras liceat* Flaui. Antiq. 4. c.6.
fœnerari, neque cibum, neque potum. Non enim
iustum est à contribule reditus sustinere, sed so-
latium vtilitatis eius, lucrum esse decernere: & LXXX-
gratiarum actionem, & recompensationem à Deo VII.
referendam, pro benignitate sufficere. Qui verò
acceperint siue pecunias, siue quoscumque fructus
siccos, vel humidos, reminiscentes Deum hæc cū
dilectione restituant, tamquàm reponentes in pro-
prijs loculis, & iterum cum opus fuerit, hæc tol-
lentes. Qui verò circa redditionem impudentes
extiterint, non in domos eorum est introeundum,
pignusque sumendum, antequàm ex hoc causa
dicatur. Pignus enim à foris sumendum est: &
ei debitor per se portare debet, nihil resistens ei, qui
cum auxilio legis ad eum venit. Si quidem ido-
neus sit cui pignus ablatum est, teneat illud credi-
tor, quoadusque restituat, quod debetur: si verò
pauper est, restituat, antequàm sol occumbat, &
maximè si vestis sit in pignore constituta, ita vt
eam habeat ad soporem: quandò naturaliter pau-
perum Deus misereatur. Mola verò, & vasa
ei congrua non sunt accipienda pro pignore, nè in- Deuter. etiā c. 23
strumentis necessarijs ad ciborum alimenta, pri- n. 19. &
uentur, & pro egestate pessimum aliquid patian- c. 24. n. 6.
tur. Inter Venetorum decreta interdictum Ann. sal. 1592.
boues, aratrum, cæteraque ruralia instru- die 31. Martij.
menta agricolis, locari: nè horum prætextu, LXXX-
sudoribus pauperum grassentur diuites. At VIII.
cur non fratri, sed alieno? soluit Ambrosius
pro hostibus, alienigenas interpretando. Ibi l. de Tobia. c. 15.
vsuram exige, cui meritò nocere desideras, LXXX
cui iurè inferuntur arma, huic legitimè indi- IX.
cantur vsuræ. Quem bello non potes facilè
vincere, de hoc citò potes centesima te vindi-
care. Ab hoc vsuram exige, quem non sit cri-
men occidere. Sine ferro dimicat, qui vsu-
ram flagitat: sine gladio, & de hoste vlcisci-
tur, qui fuerit vsurarius, & exactor inimici.
Ergo vbi ius Belli, ibi etiam ius vsuræ. Gen-
tibus, quas nefas Iudæo erat Bello petere, vsu-
ras nequisse imponere, Scriptura testatur. Vn-
dè, & Belli titulo, & repræsaliorum potuisse
alienigenas fatigare, per quos Israel expilādus
erat, voluit Deus, quùm non vt Mundi legis-
lator, sed vt Dominus creationis iure, qua cū
omnia liberè condiderit, ad nihilum etiam re-
digere valet, gentes illas in Hebræorum tra-
didit manu. *Cum repetes à proximo tuo rem ali-*

Deut.24. *quam, quam debet tibi, non ingredieris domum*
n.6. *eius, vt pignus auferas, sed stabis foris, & ille*
XCI. *tibi proferet, quod habuerit.* Alienæ Domus
prohibetur ingressus, nè paupertatis detega-
tur felicitas, vel diuitiarum exurgat inuidia.

Flau. §.XX. *In furto hominis, pœna sit mortis: qui*
Antiq.4. *verò aurum, aut argentum abstulerit, condemne-*
XCII. *tur in duplum.* Naturali morte, ciuilis puni-
tur mors, quæ durior forsan naturali, cum hæc
contingat semel, in dies illa. Quid duriùs, ad-
huc viuentem, corpore vigentem, & animo,
de l. A- inter pecudes recenseri, adeò vt serui, & alie-
qui. Inst. næ pecudis carnifex eàdem mulctetur pœna?
4. Romanorum posteà in auri, argentiq; furto
consonat lex, quùm furtum nō est manifestu,
Instit. 4. nam si manifestum, nec furetur, sed rapiat, vel
tit.1. rapere sit paratus, in triplum, vel in quadru-
plum, aliquandò in quintuplum, vt singula-
XCIII. ris de boue (agriculturæ fauore) lex est. *Qui*
verò ad soluendam mulctam fuerit inops, sit
seruus eorum, quibus est condemnatus.

§.XXI. *Si quis fuerit contribuli venditus,*
Flaui. *sex annis seruiat: septimo autem liber abscedat.*
Antiq.4. *Si vero filio ei ex ancilla nato apud emptorem,*
XCIV. *propter affectum eius ex familiaritatis dilectione*
seruire voluerit, instante anno Iubilæo, qui est
quinquagesimus, liber efficiatur cum vxore simul,
& filijs. Iubilæi annus, qui immutabilis ter-
minorum custos, Iubilæi vox Hebraica est,
XCV. יובל, quæ libertatem, dimissionem, ger-
men, aditum iuxtà Rabinorum interpretatio-
nes, figurat, quùm hominum, animalium,
agrorum libertas, dimissio, ad felicitatem adi-
tus, omniumque bonorum germen ex Iubileo
consurgat. יובל etiam clangorem bucci-
næ, quæ festiuè Iubilæi personabat anno, si-
gnificat, quæ ex cornu arietino dicunt: vel
vt alij, non ex arietino, quia eo tantùm clan-
gebant in festo turbarum, in memoriam arie-
tis, quem immolans, Isaaco substituit Abra-
Is.c.5. ham, sed ex cornu bubulo, pastorum pro-
XCVI. pria; vndè à Hieronymo buccina pastoralis
dicitur, cum veluti pastores super gregem vi-
gilantes, oues reducerent errantes. Huiusce
Iubilæi, hæc erat conditio prima. Possessio-
num redemptio. *Reuertetur homo ad possessio-*
XCVII. *nem suam, & vnusquisque rediet ad familiam*
pristinam, quia Iubilæus est, & quinquagesimus
22.Leuit. *annus.* Quod verum, licet à diuitibus facta
10. venditio, potentibus pretio redimere, nam

Iubilæo instante, nullo soluto pretio, vel per-
sonarum habito respectu, pauperum scilicèt
vel diuitum, priori restituebatur Domino.
Terra enim haud poterat in perpetuum ven-
di, sed iuxtà fructuum supputationem, vsquè
ad quinquagesimum annum locabantur fru-
ctus. *Quando vendes quippiam ciui tuo, vel*
emes ab eo, nè contristes fratrem tuum, sed iuxtà ib.n.13.
numerum annorum Iubilæi emes ab eo, & iuxtà
supputationem frugum vendet tibi. Quanto plu-
res anni remanserint post Iubæum, tantò crescet, et
pretium: et quanto minus temporis numeraueris,
tanto minoris, et emptio constabit; tempus enim
frugum vendet tibi. Sic infra. *Terra quoq; non*
vendetur in perpetuum: quia mea est, et vos ad- n.33.
uenæ, et coloni mei estis: vndè cuncta regio pos-
sessionis vestræ sub redemptionis conditione ven-
detur. Dei recolentes memoriam, cuius ma- XCVIII.
nu per vada Rubri maris, ad Iordanis traducti
fluenta, in terram melle; & lacte manantem.
Secundò, nè Israeliticæ confunderentur tri-
bus, sed per hæreditarias successiones intra XCIX.
agrorum terminos cuiquè assignatos, nataliū
suorum quiret instrumenta monstrare; & Iu- Genes.49.
dæis constaret Iacobi impletum vaticinium n.10.
de tribu Iuda natum Messiam. Indè annus
Sabbathicus, & Iubilæus, Chronologiæ erat C.
fundamentum, iuxtà Iubilæum Hebræis sup-
putantibus annos, vt secundùm Olympiadas
Græcis, & ad Lustra Romanis. Propterea Ber- CI.
zelai filij, cum ex Babylonis reditu quæsijssent 1. Esdra.
scripturam genealogiæ suæ, & non inuenis- c.2.n.62.
sent, eiecti sunt de Sacerdotio. Tertiò, nè Pro-
missionis terra Dei manu diuisa, hominum
confunderetur calliditate; & auitæ suorū no-
bilitati, prodigalitas superuenientium dede-
cus inferret. Huic familiarum incommodo
cum tutorum, & curatorum patrocinio con- CII.
suluissent Romani, Iubilæo obstitère Iudæi.
Quartò vt ciuium staret æqualitas, cuius in CIII.
quadro quit regnum æternari. Cùm enim
Iehoua Rempublicam pollicitus fuisset æter-
nam, æternitatis etiam extruere tenebatur co-
lumnas, quarum summa (vt mortalibus im-
mortalia dones) æqualitas est. Sicut enim na-
uis gubernator quædam suis manibus facit,
quædam per alios: & aliquandò alijs ad cla- CIV.
uum admissis, ipse in proram demigrat; sic in
Republica non debet vnus occupare omnia
munia, sed alijs vicissim dare locum. Rectiùs
enim

enim fiunt, quæ multorum manibus peragun-
tur. Cæſaris, Pompei, Craſſijque trina po-
tentia, libertatem Romanis adèmit: ca-
CV. dentes omnes, dùm trium vrgent ſucceſ-
ſum,

Tu cauſa malorum
Pharſ. 1. *Facta tribus Dominis communis Roma: nec*
vmquàm.

iurè canit Lucanus. Quis à perduellione
vos vindicabit Romanos, quùm legem Agra-
riam inſimulaſtis?

Hæc publica belli
CVI. *Semina: quæ populos ſemper mersère potentes.*
Namque, vt opes nimias mundo fortuna ſubacto
Intulit: & rebus mores ceſsère ſecundis:
Prædaque, & hoſtiles luxum ſuasère rapinæ:
Non auro, tectiſque modus: menſaſque priores
Aſpernata fames, cultus geſtare decoros
Vix nuribus rapuere mares: fecunda virorum
Paupertas fugitur: totoque arceſſitur Orbe:
Quo gens quæque perit: cum longos iungere fines
Agrorum, & quondàm duro ſulcata Camilli
Vomere: & antiquos Curiorum paſſa ligones,
Longæ ſub ignotis extendere rura colonis,
Non erat is populus: quem pax trãquilla iuuaret:
Quem ſua libertas immotis paſceret armis:
Indè iræ faciles: & quod ſuaſiſset egeſtas.
Vile nefas: magnumque decus: ferroq; petendum
Plus Patria potuiſſe ſua: menſuraque iuris
Vis erat; hinc leges, & plebi ſcita coactæ
Et tum Conſulibus turbantes iura Tribuni:
Hinc rapti faſces pretio: ſectorque fauoris
Ipſe ſui populus: Lætaliſque ambitus vrbi
Annua venali referens certamina campo:
Hinc vſura vorax: auidumq; in tempore fœnus
Et concuſſa fides: & multis vtile bellum.

Agraria ſi inualuiſſet lex, potuiſſet Poeta ſce-
leri ius datum canere? Præuiderant primi Ro-
CVII. mani, & in ſubactas Prouincias, Colonias de-
ducentes, haud primo occupanti permittebãt
agros, ſed ſorte, vel iudicis manu diuidebant,
& æqualitate ſanctam ſocietatem ſeruabant.
Arist. 3. *Ciuis ſi communiter eſt, qui particeps eſt imperan-*
Pol. 12. *di, & parendi*, eos non dices ex Ariſtotele,
CVIII. ib. 11. qui Leoni inter lepuſculos aſſimilantur.
Oſtraciſmum excogitarunt antiqui, quo qui
ſupercelleret propter diuitias, vel propter
CIX. amicos, vel aliam ciuilem potentiam, extrà
ciuitatẽ relegabatur. Herculem ab Argonau-
CX. tis fuiſſe relictum, eſt in fabulis, quia vnà cum
alijs nauem regere noluiſſet, vel tamquàm
multos nautas excedentem. Sic legitur reſpõ-
diſſe Periander, quùm de dominij arcanis à CXI.
Thraſybùlo conſultus, ſupereminẽtes ſpicas,
demetendo ſegetem adæquauit; opus annuẽs
ſupereminentes aufferre ciues: veluti Athe- Poli. 3.
nienſes, quùm Samiorum, Chiorum, Lesbio-
rum habito Imperio, eos in multis peſſunda-
runt contra fœderis ęquitatem. Patet in ar-
tibus; neque enim pictor menſuram exceden-
tem, pedem animal habère pateretur: quam-
uìs pulcherrimus ille pes eſſet: neque faber
proram: aut aliam partem (eum, qui pulchrio-
rem, ac meliorem toto choro vocem emittit) CXII.
ſineret in choro ſtare: ità Oſtraciſmus, Iudai-
cum æmulabatur Iubilæum, cuius æquitas, &
pacifica mulcta in ſupereminentes, imitari po-
terat, ſed non æquari. Opulentes mulcta-
bant Græci, & Oſtraciſmo putridum reſeca-
bant membrum, nè totum corpus inficeret: at
Hebræi haud poſt vulnus quęrentes remediũ,
ſed ab initio rem intactam ſeruantes, minimè
iam factos relegabant diuites, ſed nè fierent,
ſatagentes, creſcendi poſuère modum; vt qui-
libet ſua ſorte contentus, ſocialem cum alijs
gentis ſuæ vitam ageret. Paucis contineba-
tur edictum. Terra non vendetur in perpe-
tuum, ſed de quinquageſimo, in quinquageſi-
mum, iuxtà fructuum ſupputationem: antè
quinquageſimum etiam redemptione permiſ-
ſa fructuum detracto pretio, quos à venditio-
nis die, redemptionis vſquè perceperit. Exci- Leuit. 25 n. 17.
pe agros in aliena poſitos ditione, quibus, &
vltrà modum diteſcere poterat, prohibitionis
fine ceſſante. Excipe vrbanas domos, quarũ ib. n. 29.
redemptio intra annum licebat; vltrà, nec in
Iubilæo redimi poterãt; quo faciliùs alliceren- CXIII.
tur aduenæ ciuitatem inhabitare, vbi ſtabilem
tectum ſibi poterant comparare. Vel quia tri-
bus, & familiæ haud per domos, ſed per agros
ſecernebantur: indè Leuitarum vrbanæ do- CXIV.
mus poterant ſemper redimi, cum ipſi non
per agros, quia non habebant, ſed per domos
diſtinguerentur. Quinta Iubilæi cauſa erat, ib. n. 32.
nè Hebræorum langueſceret virtus. Sed ſuorũ CXV.
Proauum paſtoritiam vitam viuerent, cultu-
ræque dediti, vitijs minimè animum appli-
carent. Nam latifundia abſque termino data,
eos tarda morante ſegnitie, & ſurrepente do-
minij libidine, incognitis locata arua colonis,
fructus

fructus retribuere dedignabantur, vt Patriar-
chali quondàm ſulcata vomere. Romanorum
rura exemplò ſint

Cum longos iungere fines
CXVI. *Agrorum, & quondàm duro ſulcata Camilli*
Vomere: & antiquos Curiorum paſſa Ligones
Longa ſub ignotis extendere rura colonis.
& ab agris ad conſulatum, alioſque Magiſtra-
tus, accerſitus Romanus.
Ouidius. Faſt. 1. *Iura dabat populis poſito modò Prætor aratro,*
Paſcebatque ſuas ipſe ſenator oues.

Indè viatores, miniſtri illi dicti ſunt à via:
CXVII. qui ab Vrbe ad agros miſſi, in vrbem colonos
arantes accirent ad Magiſtratum. Agrum ma-
lè coluiſſe cenſorium probrum putabatur, &
CXVIII. boni coloni titulus, ampliſſima erat laudatio.
Cato. Agros colere haud eſt dedignatus Camillus
ille, qui diſſipauit Gallos: & iã deſperatos ci-
CXIX. ues, & in procinctu ad Veios pergẽdi, in vrbe
retinuit. Curius cæſis Samnitibus, deuictiſq;
De Re R. Sabinis, abdicato magiſtratu, agrũ coluit. An-
num ità diuidentes ex Varrone, vt *nonis modò*
diebus vrbem adirent, reliquis, vt rura colerent.
Erubeſcebant agri regalibus culti manibus,
non centuplicare ſemina. Fecundabant arua
apud Hebræos, non tam colonorum ſudori-
bus, quàm Patriarcharum benedictionibus.
Huiuſcemodi meſſis frugem Iubilæi ſemine
excolere curauit Legiſlator, vt in æuum mo-
rum ſata probitate, ſtaret Reſpublica. VI. vt
agrorum ceſſaret cultura, & fructuum colle-
CXX. ctio. Quòd ſi dixeritis, quid comedemus?
oblata comedetis. Tam Sabbathico germina-
Leuit. 25 n. 12. bat terra anno, ſcilicèt, ſexto, & trium anno-
rum faciebat fructus, quàm in quinquageſi-
mo, Dei arata verbo trium dabat annorũ fru-
ctus.

§.XXII. *Si quis aurum, vel argentum per*
Flaui. 4. Ant. c. 6. Deut. 22. *viam inuenerit, quærat eum, qui perdidit, præ-*
conemque mittens, in quo eum loco inuenit, reſti-
tuat: Similiter autem, & de pecudibus, quæcun-
que in deſerto errare compererit, non inuento repẽ-
CXXI. *tè Domino, apud ſe reſeruet: teſtem habens Deum*
in his, quod voluit aliena lucrari. Nulli liceat
CXXII. Panorm. l. 1. in vita Alfõſi. *pertranſire, cum iumentum alicuius tempeſtate*
fatigatum in luto viderit cecidiſſe, ſed alleuet il-
lud, & proprio adiuuando labore, ei adiutor exi-
ſtat. Vias autem ignorantibus demonſtrandas,
& non riſum actitantes de eorum errore alienis
vtilitatibus, liceat impedire. Iter per Campa-
niam, habente Alphonſo Aragoniæ Rege,
prætereuntes implorabat agaſo, vt eius iu-
mentum onere, lutoq; preſſum leuarent. Cum
nemo accurreret, Rex equo deſiliens, & aga-
ſoni opem ferendo, retulit, vt de eo diceretur.
Principatus ſuper humerum eius. Lepore liceat
aſpergere leges. Sabbathi die in foueam cum
incidiſſet Iudæus quidam, Chriſtianum for-
tè pertranſeuntem, & iuuare volentem, ob
Sabbathi Religionem Iudæus renuit
Sabbatha ſancta colo, de ſtercore ſurgere nolo. CXXIII.
at cum ventura die Dominica, caſu iter ha-
beret Chriſtianus, & ab eodem inuocaretur
Iudæo, reſpondit.
Sabbatha noſtra quidẽ, Salomon celebrabis ibidẽ.
Lepida eſt hiſtoria Caroli V. quùm vt tumul- CXXIV.
tuantes comprimeret Belgios, ſolus curſitans
ex Hiſpania Gandauum deerrauit: nocte in-
graueſcente, agaſonis pulſauit ad oſtium, re-
giam eflagitans viam. Humanus iſte lanternã
accendit, cumque Cæſari vrgèret venter, exo-
neraturus, expectare rogauit? annuit: inte-
rim de nomine exquirens? *Carolus*, reſpondit
Cæſar. Expurgato ventre, equum aſcendere
volenti Carolo, agaſo obſtitit, *Carole, & tu at-*
tende, inquiens, ſic mutuo famulatu lucernam
tenebat Imperator, qui poſteà regio inſtru-
ctus itinere, abijt, ille redijt. Sequenti die in
aulam vocatus agaſo, miratus in throno Ca-
rolum ad genua procidens, veniam efflagita-
bat. Cachinnabatur Carolus, quid illi libè-
ret, petere, & itineris verba repetere inſtabat.
Cauponariam artem vectigalibus immunem
petijt, & impetrauit: cuius in ſuperluminari
adhuc videntur agaſo, & Carolus cum lan-
terna.

§.XXIII. *Bouem cornu petientem Dominus*
interficiat. Si verò aliquem interficiat percutiens Flaui ib. CXXV.
taurus ipſe, quidem lapidatus moriatur, & neque
ad cibum vtilis habeatur. Si verò culpabilis
etiam approbetur Dominus, præſcius eius naturæ,
nec cauens, & ipſe moriatur: tamquàm ipſe eius,
qui à boue peremptus eſt, auctor mortis extiterit.
Si verò ſeruum, vel ancillam bos perimat, ipſe
quidem lapidetur: triginta verò ſiclos eius Domi-
no (ſerui perpende pretium) *lapidati Dominus*
dare damnetur. Bos autem ſi à boue percuſſus
mortuus fuerit, vendatur, & qui mortuus eſt, et
qui percuſſit, & pretium amborum eorum Domi-
ni ſibi diſtribuant. Hęc omnia mutuati Romani

quaſi proprio excogitata marte, titulos ſuos *de lege Aquilia; de lege Cornelia; Si quadrupes pauperem feciſſe ducatur*, exornarunt non omnibus tamen numeris. Quid enim, cum arie-
1. ff. ...drup. ...p. XXVI. tes inter ſe pugnant, refert videre, an qui cornu petijt, prouocans, vel prouocatus interierit? iuris forſan capacia bruta, vndè ad offenſionem, vel defenſionem ſurrexerint.

...an. ib. §.XXIV. *Si verò nihil agens dolosè perdiderit, cui creditum eſt depoſitum, veniens ad ſeptem iudices, iuret Deum, quod neque eius conſilio, vel malitia perijt, neque aliqua rei perditæ parte ſit vſus: & inculpabilis tunc abſcedat. Si verò, vel in aliqua parte vſus fuerit, rem ſibi creditam*
XXVII *ipſe perdat*. Tantam diligentiam adhibeat in rebus alienis, quantam in proprijs, vltrà non teneri, ſed deponenti imputandum, qui parum diligentem amicum inuenerit ad ſua cuſtodienda. ...tit. 3. ... Quib. ...re con. ...lig.

§.XXV. *Si verò caſus Belli, aut nunc vobis, aut veſtris filijs poſteà fortè prouenerint, extrà terminum hoc agatur. Belli verò legationes, & præcones mittite ad voluntarios milites. Antè arma, namq; bonũ eſt, apud eos vti ſermonibus declarantibus, quoniam, & militiam copioſam habentes, & equos, & arma, & antè hæc propitium Deum, & vobiſcum pariter dimicantem petite tamen, vt nequaquàm, cum eis pugnare debeatis, nè res eorum auferre cogamini. Et ſi quidèm conſentiunt, bonum eſt vobis ſeruare pacem: ſi verò confidentes in ſe, quaſi virtute præcellant, & vos vexare conantur, exercitum ſuper eos inducite, Principe quidèm vtentes Omnipotenti Deo*. In Bello peregrinum haud habebant ducem, eorum Deo dirigente cohortes. Congruunt, & Veneti, à quibus maritimæ claſſis numquàm forinſeco eſt comiſſum Imperium. Terreſtres equitatus, & turmas, vt plurimùm peregrinis ducentibus glorioſè quidèm, ſed proditoriè interdum, vt Carmiolam Venetorum Imperatorem, auorum noſtrorum memoria publicè ab ijs ob prodi-

CXXVIII. ...Deut. 17. ...14. CXXXIII. ...etrus ...embus ...ib. 7.

tionem capite mulctatum, profert. Quotiès ſtrategi inuidia, & dolo fruſtrati triumphi, incaſſæ victoriæ? potentis, ſed nolentis profligatas hoſtium ducere cohortes? Cyprum haud opprimeret Turca, ſi poſt naualem victoriam anno 1572. fœderata claſſis, eò tantũ vela dediſſet: ſed diſcordes Hiſpani (Regiã inſulam Barbarorum manumitti iugo, vt naturali reſtitueretur Domino) ſcientes vincere, ſed vti victoria neſcientes, remis, veliſque in Patriam carpère pontum. Vel Vrbis fato, vel à Græcia auerſo Cælo in diuerſum abſtrahentibus fœderatos, in caſſum reboauit victoria. Prouida Iudæorum cautio, arma fidère cui, nõ aurum, vel argentum eſſet in præmium, ſed amor Patriæ. Quę denunciãda, priùſquã ſuſcipienda. Annibale quatiente Saguntũ, Romani haud ſtatim procurrerunt ad arma, vt fœderatam tuerentur ciuitatem, ſed *primus more legitimo queri malunt*. Interim Saguntini iam nouem menſibus feſſi fame, machinis, ferro, & igne, verſa denique in rabiem fide, immanẽ in foro excitant rogum, tum deſuper ſe, ſuoſq; cum omnibus opibus ſuis ferro, & igne corrumpunt. Huius tantæ cladis Annibal poſcitur. Tergiuerſantibus Pœnis, Dux legationis Romanorum, Fabius, quę (inquit) *mora eſt? In hoc ego ſinu bellum affero, & pacem: vtrũ eligitis, vtrum placet, ſumite. Cumque ſucclamatum eſſet, vtrum vellet, daret, Bellum igitur, inquit, accipite; et excuſſo in media curia togæ gremio, non ſine horrore, quaſi planè ſinu bellum ferret, effudit*.

CXXXIV. CXXXII. *Florus 2.6.*

§.XXVI. *Obſidentes ciuitates, & lignis egẽtes ad machinarum opus, non incidatis arbores terræ fructiferas: ſed parcite, ſcientes eas à Deo pro vtilitate hominum eſſe productas: quæ ſi vocem haberent, iurgium vobis inferrent: quia cum non ſit in eis cauſa bellorum, iniquæ ſectionis præiudicia patiantur: etſi virtus eis foret, etiam demigrarent, & in aliam terram decederent*.

Flau. ib. CXXXI.

CAPVT SEXTVM.

In Iudæos Declamatio, vt Chriſtiano pellantur ſolo.

1 *Principes Dij terræ.*
2 *In iudicio nemo ſtat ſine actione.*
3 *Iudæi aduenas reſpuebant.*
4 *Baculum geſtantes in manibus Iudæi celebrabant*

brabant Phaſæ.
5 *Synagoga à Chriſto repudiata.*
6 *Vitulum adorauère Iudæi, vt Zelotypia Deum fatigarent.*
7 *Auream vitem adorabant Iudæi.*
8 *Iudæorum ſcelera.*
9 *Reges ab Hebræis veneno ſublati.*
10 *Publica ædificia à Iudæis ſuccenſa.*
11 *Iudæi ingrati, inhumani. 36.*
12 *Bouem mutum, cur non Leonem adorarent Iudæi.*
13 *Leonem conuerſum in agnum Iudæi procidunt.*
14 *Iudæi cur nequeant eſſe fideles Principi.*
15 *Conuicia Iudæorum in Chriſtum, & Virginē.*
16 *Tentātibus Iudæis reædificare templum, Cælum reſtitit, & quomodò?*
17 *Obſtante Cælo, Catholici Iudæis permittunt reparare ſynagogam.*
18 *Theodoſio cur Ambroſius reſtiterit?*
Synagogæ à Theodoſio, vbi prohibitæ?
29 *Iuſtitia non inuenitur.*
20 *Miracula ex hoſtia Euchariſtica, & Immaginibus, Iudæorum rabie vulneratis.*
21 *Mahumetiſmus à Iudæis inuentus, & cur?*
22 *Bellicæ Machinæ ad Turcas per Iudæos delatæ.*
22 *Pecunia à Iudæis Turcis oblata, vt deſtruerent Chriſti ſepulchrum.*
Iudæi à Conſtantino repreſſi.
23 *Iudæi Neophitos inſultantes.*
24 *Chriſtianorum multitudo infinita, Iudæorum obruta tormentis.*
25 *Puerum crucifigunt Iudæi. 31.*
26 *Burdegalam produnt.*
27 *Iudæi nouitatem facilè moliuntur.*
28 *Loci, & regna vndè pulſi Iudæi.*
29 *Sues Bethleemiticæ portæ inciſus, nè eo reſpicerent Iudæi.*
30 *In Hiſpaniam ab Hadriano relegantur Iudæi.*
31 *Hiſpaniarum Regum iuramētum in Iudæos.*
32 *Iudæos Turcæ dedecore proſequuntur.*
33 *Iudæi à Pontifice exules, reuocantur.*
34 *Romani à Dijs victi.*
35 *Vratiſlaus Polon. Rex à Turcis victus; quia fide deficiens.*
36 *Ciuium eſt pro Republica laborare.*
37 *Iudæi nobiles occidunt.*
Venetijs vbi fuerit Iudæorum primum hoſpitium.
Inſula Iudaica à Iudæis ſic dicta.
Iudæi Venetijs modo ſeparati degunt.
38 *Sacerdotem Venetijs Iudæi occidunt.*
39 *Moyſes Aegyptium occidit.*
40 *Sabadai Iudæus, vt Meſſias veniens, vbi, & quomodò ſuſcitauerit tumultus? Turca tandem fit.*
41 *In Parochi electione audent manum mittere.*
42 *Ieſuitæ exulant.*
43 *Chriſtus cur moriens ſe commendauerit Patri.*

HEbræorum eſt cauſa, R. M. an Synagoga, vbi Deus, quem colimus, credimus, & veneramur; obtrectatur, irridetur, & crucifigitur ſint tolerandæ: Eo in ſolo, cuius arma iuſtitia ſunt, & Religio. Leo rugiat, vt fidei deuoret hoſtes, vel vti catulos in ſinu foueat, eſt diſceptatio. Vos Aulici, pro Chriſto ſtare, quis inficiet? & ſi pro Chriſto, *quis ex vobis arguet me de peccato*, dum in ſynedrio haud Moſaico, ſed Catholico, Ioſephi, ab Arimathæa æmulus Iudæos inſimulo. (Ioa. 8. 46.)

I. (81. Pſ. 1.) *Deus ſtetit in ſynagoga Deorum:* adimpletur nunc vaticinium. Terræ *vos Dij eſtis, & filij Excelſi omnes:* (ib. 6.) quorum in medio Deus eſt, non vt iudex, ſed vt actor, nè dicam, reus. Eum fortè expergere faciam, quem Angeli contremiſcunt. *Surge Domine iudica cauſam tuam?* neutiquàm Dei iudex fit homo, & veſtrorum in manibus, Dei ſunt tempora. Sed cum in iudicio nemo ſine actione experiatur, percunctemur Iudæam, quid, & quali expoſcat actione? pietatis inſonat titulo locum in diuerſorio. II.

Pietatis titulo locum in diuerſorio vos, qui *Iuſtitiæ Auctorem* in præſepio tranſegiſtis iacère, quùm locus ei non eſſet in diuerſorio? (Luca. 2.) Veſtra ſi incolas reſpuebat Palæſtina, cur noua Hieruſalem aduenas frequētare alienis educatos moribus, haud inutile ducet ad rectam ciuitatis normam? III. (idest fide Cathol.)

IV. Baculum geſtantes in manibus, ſtantes, & non ſedentes cum veſtrum celebratis *Phaſe*, quia peregrini eſtis in terra, cur in Gentili ſolo (Gentiles ab Hebræis vocamur) ſedes obteſtemini figere? Minimè latet, vt Iudæorum feratur perfidia: & nouæ Hieruſalem deſcendentis de Cælo à Deo, paratæ, ſicut ornatæ ſponſæ viro ſuo, deformis, incli-

inclinata æuo, baculum premens, mæchando temeret thorum. Hic Principum lenocinio, alienis bacchando nuptijs, ſponſæ adulteretur, obloquatur, improbet, anathemathizet. Ibi, vbi quondàm munda ſindone mulierum pietas haud in petra, ſed hominum depoſuerat cordibus, plebs ſeruili reſpergere probro, & dum Chriſtum exprobat *hominem*, Deum negare. Huiuſcemodì facinora in Deum veſtras armabunt manus erga Iudæos? Iudæorũ quæſo tendamus priùs funiculum ſuper murũ, vt neminem fugiat, quibus opem latura terra, claſſicum in Cęlum canat. Primogenitus olim populus, ſed Omnipotentiæ baculo, maria calcata poſt, & nauigatas terras, vitulum adorant veſani, & vt vim faciant diuinitati, brutalitatem opponunt, quaſi Zelotypia Deum fatigarent Bouis æmulatione. Hęc illa primogenita natio, quæ, poſtquàm Dei verbo, veluti clauo Solem fixit in Cælo, Creatorem repulit, vt creaturæ votum immortale ſacraret. Redimitaque lauro, Iouis irridens arma, Hyperionis prolem ſublunarium omnium plaudebat artificem, vt aureæ vitis occultauère, hieroglyphico, quod Hieroſolymã ingrediens Põpeius, vidit, vt grande impiæ gentis arcanum patens ſub aureo vti Cælo. Idolomanicos hoſce tueri ſycophantas, ſeruare Regia traducet Maieſtas? Quid putas parare Iudæe huius Cęli ſerenitate, hoſpitij iura, vel impunem conuiciandi potentiam rerum Potenti, à quo diademate redimita, alto ſedens ſolio, præſides Orbi? Sedis perfugium, vel ſynagogam extruẽdi indulgẽtiã vbi irrideãtur ſacra, canibus proijciantur ſancta, & immani barbarorum rabie concidatur humanitas? Haud Principũ patitur pietas in ſeipſos ſęuire, perduellibus blandiendo; fęneratoribus forũ, & telonia dare, vt ſubditorũ graſſentur opibus; intra domeſticos admittere lares, vt fidei, & Imperij hoſtibus, dominationis prodant arcana. Magnatum fidẽda ſalus? poculis claros lerniferis teſtãtur Turcarus Rex Baiazetus, Carolus noſter ab eorum Æſculapio Hebræo correpti veneno; artis peritia aconito inficere, quos nequeũt ſuſtullere ferro? ferro? mendax redditur ab ore ſonus. Quot nobilibus viduarunt vrbem, aceruoſque enſe fecère? Priuatorum ędificia, quis conflagrauit? Iudæus; citiùs dicite Publica, quæ forma vtilitate, origine, vſu, communem

ſpectant ſalutem. Pyrammidum, vel angiportus incendio lęſa quereretur Maieſtas, licèt in faſtu. Quid ſi fana, naualia, clibani? Quando?
quùm Turcarum tyrannide fatigata libertas. X. *Venetijs*
Quis? hoſtis minimè auderet, niſi audacibus *ab anno*
animis impleuiſſet furioſa Hebræorum teme- *1625. & vltra.*
ritas. Vbi? haud procul, non in finibus Imperij, ſed in ciuitate regali, quid vltrà? aulam propè, Principe coram, haud bis auſit, tentauit, terquè quaterquè actum egiſſe, remiſiſſe, latè reſonant clangòribus ædes. Hęc Synagoga veſtris appendet gazis. Huiuſcemodi? priuilegiorum onus impunè moliendi, ſi ſolùm, quod affinibus inhabitandum fortuna dedit, proditoribus deligatur, qui libertatem,
Imperium, vitam, fidem dicterijs petant, fla- XI.
gitijs fœdent, exhaurire animus hæreat. Vndè noua hæc regnandi myſteria, vt non in finitimis dominationis Prouincijs, ſed in penetralibus Regiæ domus diuerſentur hoſtes? Amicitiam arguet gratitudo forſan? immemores humanitatis prodit memoria. In baculo tranſeuntes Iordanem, grates agere dedignantur Deo, quùm veluti centurio hominum Hebræorum duceret cohortes. Qualem eflagitent Regem, perpendite: Haud
Leonem, non aquilam diuum gratiſſimam XII.
Regi ſacrum alitem thure, præcibuſque ſolli-
citant, ſed mutum bouem, cuius collum fero- *Exod. 32.*
rum vomere preſſum, haud exprobraret crimina, & ſi non voce, cornu ligarent. Si Bouis inſtar, Maieſtas patitur aratra iugo referre ſuſpenſa, optatis annuat, precibuſque ſuccum-
bat. Vicit Leo de tribu Iuda, etſi antè Leo- XIII.
nem minimè cadant ſeniores, niſi in medio
throni ſe conuertat in agnum, quem deuorẽt *Apoc. 5.*
lupi, venientes in veſtimentis ouiũ. Si quondàm cognitæ diuinitati prætulère bouẽ, Principum munia faceſſent, niſi creaturam habeant Creatore maiorem. Læuiori enim flagitio Principem interficimus, quàm à Ioue
deſciſcimus, Quem (cum dicis) ſi cognouiſ- XIV.
ſent, non crucifixiſſent, cognouerunt, & vitulum coluère. Deo minorem, vel maiorem Principem ducant. Si primùm damus; negarunt Deum, negabunt, & Principem. Quis enim fidelis principi, ſi infidelis Deo? Si poſteriùs: & quis inter principes, & Poteſtates nouus Nabuchodonoſor, armorum lege diuinitatis occupabit iura? Siſtentes in iudicio fi-

lium percunctemur,& matrem, quid queran-
tur; audiatur altera pars,sint iura Senatus.
Seductor populi, ex adulterio prognatus,
fatur Christus, insimulor. Tanto sceleri ius
XV. datum, canite vos Catholici Principes. Scor-
Simon Maiol. ti, lupæ contumelijs Virginem conuitiari ma-
t.3. collo- trem haud vos latet, Christianissimi Reges.
qui.1. Cælum turbine, procellis restitit, cum Hie-
rosolymæ aceruа congererent, vt frustrato
XVI. *Socrat.* vaticinio,templum renouarent. Nè super la-
l.1.c.22. Theodor. pidè relinqueretur lapis, hiatu terræ malleos
3.c.20. serras, cæmenta, homines ipsos absorbui; &
Sozom. 5.c.22. vos inuito Deo,Synagogas extruitis, repara-
Naziãz. te mœnia,oppidula constituite, vrbiculas po-
orat.2.
XVII. nite, & malorum hominum vnitate oppidò
vrbem segregate. Quid posteà querimonias
edere, vlulatibus implere, cum in Synagogis
vestræ ditionis imò fanis, & sanctuarijs stabu-
lantur barbarorum equi? Si horum cantilænis
non laudor, nec eorũ blasphemijs vituperor.
XVIII. Resistentis Ambrosij in faciem Theodosij, &
templi occludentis valuas, quia sumptus per-
soluere vrbanæ mãdauerat multitudini,ob sy-
nagogam succensam, Spiritus Sancti oraculũ,
hominis prolatum ore, Episcopales credidit
minas: & repetenti Cæsari, in benè constitu-
ta Republica,haud ignoscendum plebi teme-
rè cum insurgit; quùm referret Ambrosius,
Zonaras. *at nè hoc quidem, vt Iudæi in medio Christianæ
vrbis Synagogas habeant, & blasphemis præci-
bus piorum aures obtundant*, illicò Byzantijs
remissa mulcta, intra regia mœnia Iudæis ve-
tuit Synagogam.
Ad vos etiam,quorum squalida capita dia-
demate ornaui, querela venit, sed in deserto
clamaui: Cæsarumque iura latrant tamquàm
sine viribus iræ. Sanguinis loquutus lingua
Orbis in angulis, in parietibus Regum, stylo
ferreo,& plumbi lamina,celte sculpendo in si-
lice querimonias Dei, iustitiam auspicabor,
& cum desiderarem, pacem sustuli. Iustitia,
& pax deosculatæ sunt. (Si Deus non inue-
XIX. *Psal. 88. n.11.* nit, inueniet homo?) Quotiès sub speciebus
latentem Eucharisticis, cum non inuenirent
XX. *Vide Sac. Maiol. sic Cẽturias Magdeb.* Catholici, conuenère vulnera refricaturi Iu-
dæi; blasphemiæ, traiecto gutture cultro,
sanguine inundarunt altaria, solum cruore
maduit,vt terrenis potestatibus, quæ ad vin-
dictam malefactorum per me regnant, passibi-
le constaret impassibile corpus. Quoties Moy-
sis æmulatione, non ex lapide hausère in virga
potum, sed ferro lymphis aridum sauciarunt
sanguine lignum; duriori pungente clauo,
Vaticanum propè, vidente, & non contradi-
cente Petro, quàm in Caluario iubente Pila- *Sangu[is] mirac[u]losus acty[s] serua[tur] Euch[aristiæ] Hostia[e] cruore perfu[sæ] vidi V[...] delicon[...] Augu[...]*
to. Vestro in Sanctuario,ò Principes miracu-
loso cruori, qui iã tot asseruatur per secula,Iu-
daicam non ampliùs, sed Catholicam expro-
brat perfidiam, nõ suadenti haud credi redar-
guit. Reticeam totum Mahumethismum decẽ
Iudæorum fuisse commentum, vt Christianis
insignem aliquem excitarent hostem: cater-
uatim apud Turcas migrasse, eoquè machi- XX[I] *Io:Vas[æus] in Chr[on.] Hispa[n.]*
narum bellicam attulisse peritiam, quæ anteà
prorsùs ignara desiderabat barbaries. Quin-
genta Coronatorũ millia Turcarum obtulisse
Regi, vt Iudaicæ perfidiæ monumentum ser- XX[II] *Archo[n.] Cosmi[...] p.519. n.10.*
uatoris dirueret sepulcrum; templa profa-
nasse; neophytos vexasse, locupletati referunt
annales. Vndè Constantini edicto Iudæorum
repressa superbia,mutilatione membrorum,& *l.26.*
ad ludibrium,vti fugitiuis circumductis man- *Iudæis Chrys[ost.] orat. contra Iudæos*
cipijs, vt paucorum pœna exemplum esset ad
omnes. Vociferatur adhuc Alexandria Chri-
stianis paratas insidias, & post quartum suprà XXII[I] *Socrat. 7. c.13.*
trigesimum annum, Ægypti,Cypri,Cyrene,
quadraginta hominum millia tanta trucidasse
immanitate,vt carnes comederent interfecto- XXIV
rum, eorumque cruore sibi pingerent faciem.
Quod si portentosa offerantur, Dionem Ni-
cæum consulite, apud quem Iudæorum, hæc
sunt. *Interim Iudæi,qui circum Cyrenem habita-
bant, Andrea quondam duce Romanos pariter
atque Græcos concidunt, vescunturque eorum car-
nibus, eduntque viscera, tum oblinuntur, eorum
sanguine, & pellibus induuntur. Multos à ver-
tice transfixere medios, multos obiecère bestijs,
multos etiam inter se certare coegerunt, ità vt in-
terierint hominum ad ducenta viginti millia.
Præterea in Aegypto, Cyproque Artemione duce
Cypriorum cædes consimilis facta est, vbi desi-
derata sunt hominũ ducenta quadraginta millia.
Ex quo fit, vt Iudæo in Cyprum venire nõ liceat:
quod si fortè vi tempestatis in insulam appulerit,
interficitur.* Sileo quotannis in die Paschatis
crucifixos pueros, Sacratissimas pretio parasse *in Tra[...] iano.*
hostias, vndè à Ludouico Pulchro Gallia pul- *Socrat.7 c.16.*
sos,eo in exilio,Ægypto egredientibus duplo XXV. *Maiol.*
cecidisse plures. Late Fumat adhuc succẽsas in-
ter Prouincias Burdegala, quã, Aquitaniã po-
pulan-

pulsātes Normanni, incendère Iudæis prodendentibus. Herodis metus eorum prodat cōtumaciam, cum sciscitati à Magis, vbi natus Rex Iudæorum, gelido terrore coma rigebant, nuper enim summis vigilijs regionem seditionibus assuetam, pacauerat æstuantem. Vbi Prouincia? vbi Regnum? vbi ciuitas? vbi pagus, vndè fraudes, doloque præcipui non expulsi? Expulit Roma anno quinquagesimo tertio. Detrusit Germania Hadrianū sequuta Imperarorem, quùm ne solùm Hierusalem Iudæos ingredi absterruit, verumtamèn ex sublimioribus etiam, & longinquis Palæstinam prohiberentur spectare; portæ, qua Bethleem itur, suem imposuit marmoreum, quo terriculamento à sacris Iudæos abigere locis, Christianorum inoleuit consuetudo. Vuitembergæ ideò, nec non in antiqua Soraborum vrbe in superliminari templi suem spectamus incisum: Magdeburgi, & in Salisburgensi Bauaria Scropham Iudæos lactante; in Palæstina cum iter inceptum celebrarent rumore secundo, quinquaginta Iudæorū millia, diruti Imperij reliquias, Hadrianus in Hesperiam deportauit. Vbi Academias aperire, templa erigere sortitos Fama totum vulgauit per orbem. Indè in Batauiam, Galliam Angliam migrasse eadem fama tulit. Anglia mouētur. S. An. 1291. Gallia primò Philippus Pulcher; tertiò, & vltimò cum aureo ponte eò remeassent à Philippo Longimano pelluntur; vndè nouas petentes sedes in Sueuiam, Boemiam, Austriam, Pannonias seccessere; qua etiam ob crucifixum infantem Matthias Rex semouit. An. tādē, Sal. 1492. iuxtà Toletanū Concil. solemni Hispaniarū Reges inaugurari decernuntur Sacramento: quod est. *Hispaniarum Reges nè regiam sedem conscendāt, priusquàm inter reliqua Sacramenta iurent, se nullum non Catholicum permissuros in suo regno degère*, Huiusmodi mulctati exilio ex Hispania Lusitaniam, vndè tandèm eiecti asyllorum iure in Turcarum, & Italorum seccessere regionem. Dicat Turca, cui veluti viridarium est Religionum diuersitas, quali prosequatur honore perditam Iudæorum gentem? tāto habet contemptui, vt in eorum sodalitio dedignetur comedere, non matrimonio iungi, vt de Christianis accidit, præter legis etiam Catholicæ violentiam. Abnegent Moysem, vt Maumethum recipiant, non audiuntur, priusquàm baptismate abluantur. Euangelio Turca, si quid detrahat, puta Christi passionē, Iudæis imputat, in Christianorum derisum ab illis ducens iniunctam. Reticeo Marocchi, & Fessæ Regibus adeò inuisos, vt eorum etiā publicarentur bona, qui cum Iudæis versarētur, vndè Rubore suffusi Italici Principes nè finitimis, vel idolatris Religione cederēt, alij suis exterminarunt finibus, vt Paulus IV. & Pius V. Romani Episcopi, licèt Ecclesiasticæ benignitatis prætextu à Pio IV. & Sixto V. fuerint restituti. Alij vestigijs insistere spopondère ad aras, sed vota pro reditu simularent, vt Deum pio dolo captarent, in voto cessarunt, sed infideli fide, periurio vsquè adhuc defecerunt. Proh nefas, hominibus stabit incorrupta fides, & Deo temerabo promissa? Vbi non est cura iuris, nec sanctitas, nec fides, instabile regnum est. Ait Prætor pacta seruabo, & ego periurio, ruinam properabo. Romano Imperio quartum vulnus haud Cannæ intulisset Annibal, nisi consensisset & Cælum. Redire speramus superato victores ab hoste, cum nobis auersum Cælum hostium ducit cohortes? Vratislaum Polonorum, Hungarorumque Regem vobis suscitabo; Vratislae quis te in tartara misit? Turcarum Imperator Sultanus (ex abysso Vratislaus resonat) cum instante Pontifice violatis inducijs campo concurrerem, in prelij discrimine fracti fæderis Christum inuocaret vindicem. *Christe, si Deus es, vt Christiani tui de te perhibēt, vindica perfidiam tuorum, qui contra pacta iura bello me inundant*. Fædera inistis sacra sacri Principes, & sacrilega fraude Deum fefellistis. Sed qualia Iudæorum merita tanto repanditis præmio? in arcem Reipublicæ forsan totis incubere viribus, quidq; illis industriæ, curæ, diligentiæ pro viribus elaborantes, non tàm, vt ciuium, sed & infimæ plebis est? Fractam illam, & debilitatam vim suam in Principes contulère Catholicos. Viribus illis, quæ illis reliquæ imbecillæ, infirmæ ad opprimendum, ad euertendum, ad affligendum ad perdendum abutentes. Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta eorum est vitæ? quod priuatarum rerum dedecus nō hæret infamiæ? quæ libido ab oculis, quod facinus, quod flagitium à toto corpore absfuit, vt de natione

Marginalia (left, partly cut off): I ... Ge... 348 ... II. III. ...129 ...dus ...ib ...ote... b.2. ...lus ...aos. X. IX. ...oter. ...erus 3. lib. XXI. XXII. ...trus ...carus 1. de ...rcar. ...ribus.

Marginalia (right): Boterus lib. 3 p. 3. Io: Boter. p. 3. lib. XXXIII. S. Ann. 1571. XXXIV Florus. 2. c. 6. XXXV. Helfric. Vlricus Hunnius. q. 6. Vari. lib. 1. XXXVI.

dicam , quòd in personam declamabat Tul-
in Catili. orat. I. lius. Facilè sileri paterer, nè tantorum faci-
norum immanitas, aut extitisse, aut non vin-
dicata videretur, quùm ad turpissimam socie-
tatem haud propendere ciuitatem iudicarem.
Eorum modò perpendatur vita , & nullum
iam tot annis facinus, nullum flagitium ex-
tisse sine Iudæis. Innocens forsàn eorum na-
XXXVII. tio à publico imò sanguine sacro? Rubescunt
adhuc Venetorum stagna , nobilium exube-
rante cruore, quùm gratitudinis pensione ,
quia in D.Pauli Vico hospitio donati, indè in
saluberrimam, & delitijs affluentem insulam,
quæ adhuc *Iudaica* appellatur (vulgo *Zuecca*)
traducti, deambulantes nobiles, esto, amato-
riè ludentes, crudeliter excruciatos interfecè-
re, licèt sequenti die indignatis nobilibus sa-
crilego penderent sanguine pœnas, donec fa-
tigatæ manus parcerent ferro . Sed quid in-
dè? in citharam verso luctu, cum in confinia
relegarentur; vbi muris circundati, & obse-
ratis valuis, maiora aggredi audent facinora.
Eo enim se recipientes , & intercludentes ,
Christianorum irrident vindictam ; sæpiùs
nec sacro à sanguine abstinentes manum .
An. 1669 mense Augusti. Hoc anno, hoc mense, hac die, nunc sacri san-
guinis vox de terra clamat; Sacerdotis, quem
XXXVIII. pacificè deambulantem dolo necarunt. Sed
cur? quia inimicum, vel Iudæi forsàn cucur-
bitauerat in vxorem? innocens erat. Conui-
ciantem forsan? cogitabũdus pergebat. Quid
ergo causæ? paucis dicam : hostem occidère,
cuius inimicitiæ hæc vna causa , Religio .
Moysem imitati, quandò ab Ægyptio, cum de
Exod. 2. Hebræis quemdam videret percuti, circum-
XXXIX. spiciens, & nullum adesse videns, percussum
Ægyptium abscondit sabulo. Sabulo, & isti
percussum haud potentes celare Sacerdotem,
nec se expurgare facinore (nouum per horre-
scite scelus) Catholici hominis , quasi bouis
emère vitam, qui se reum faceret. Quid vl-
trà expectamus? quandiù nos furor iste delu-
det? in libertatem insurgant? Imperij ado-
riantur habenas? tentarunt. Patrum forsan
nostrorũ memoria Sabadai tenet? nos 1664. XL.
supra vidimus annum, vulgato Messiæ aduen-
tu æstuare Prouincias : & nisi antelucana Ve-
netorum prospexissent remedia, quæ manui
in pariete contra Baldassarem assimilari duxi,
eorum experta esset immanitatem, quorum
minimè reformidat Italia. Dicat noua Ro-
ma passa tumultus, cum eo cateruatìm curre-
rerent è finitimis Iudæi seudoprophetam
salutaturi . Quomodò debitorum prætextu
voluntariè vincla subirent ducem visuri, quẽ
in carcerem Turcæ detruserant. Sed qualem
motibus imposuère modum ? Muneribus ,
stipendijs, purpura redimitus, & bysso Turca-
rũ secessit in aulam ; quasi qui omnium asper-
nantur fortunas , belli alea cum Iudæo lude-
re non audèrent. Perfidi hostis tanta osten-
tatio, quùm minuetur? Audistis sacra patro-
natus iura conatos subuertere, & cum Eccle- XLI.
siæ Hieremiæ Prophetæ sponsus deligendus
foret, ipsis in alienam messem falcem ponen-
tibus domos reboasse murmure, vt Iudæorum
plausu, cui ipsi præponerent, Ecclesia nube-
ret? Bone Deus? Iesuitæ exularunt, quia Ro- *1669. Retijs.*
ma crederentur exploratum venisse, & infi- XLII.
delium exploratores in laude viuunt , nobis-
cum agentes ætatem, quasi charissimi fratres?
Finiam, vbi enim, nec miracula, non fulmi-
na , non marmora posuère modum, irritus
erit & eloquentiæ labor. Vestræ iustitiæ *Si-
tio* voce magna Christus exclàmat; quis ac-
currit? qui non est mecum, contra me est : vel
cum Christo, vel cum Iudæis. Penès Syna-
gogam Christum habebis non gloriosum ,
sed crucifixum. Quid expectamus, vt tene-
bræ fiant super vniuersam terram? & si flagel-
lis quondàm, nunc vos scorpionibus cædat ?
Accurrit nemo , nisi miles cum hysso-
po. Moritur, & rubore suffusus , expan- XLIII.
dit tenebras . Haud habens , cui se in *Io: 19.*
terra comittat , patris in manu emittit spi- *Matt. 24.*
ritum .





LIBER

LIBER SEXTVS.

CAPVT PRIMVM.

LVDOVICVS TERTIVS.

Occidentis Imper. VI.

1 *Allusio ad hieroglyph. Ludou.III.*
2 *Comitis Lelij Ploueni; & M. Antonij Moles allusio poetica ad hieroglyphicum.*
3 *Micylli antiqua carmina de Ludou.III.*
4 *Moneta aurea Ludou.III.*
5 *Principum insignia, qui cum Ludou. Balbo bellarunt.*
6 *Galliæ infortunium Lud. III. die.*
7 *Ludou. Balbus primam vxorem Ansgardam repudiat.*
8 *Ludou. Balb. ab Hincmaro Rhemensi regimen docetur.* 22.
9 *Hugonem Lotharij nothum Ludou. Balbus accusat apud Synodum.*
10 *Roma à Gallis victa.*
11 *Romani auxilium Ludouici Balbi petunt.*
12 *Imperator salutatur Ludou. Balbus à Ioan. Papa, vt ex numismate.* 23.
13 *Io: Papa cur non coronaret vxorem Adheleidem Ludou. Balbi?* 24.
14 *Ludou. Balb. nè Italiam turbaret, in patrueles regni temeratores non mouet.* 26.
15 *Lud. Balb. veneno perimitur. Compendij tumulatur.* 17.
16 *Ludou. Balb. mors ecclipsi prænuntiatur.*
18 *Epitaphium Ludou. Balbi.*
19 *Vxores Ludou. Balbi. Effigies Adheleidæ.*
20 *Acta coronationis Ludou. Balbi; cuius numisma.* 21.

I. Ominum cum adeò creuisset malitia, vt haud solummodò Deū pœnituisset hominem in terra fecisse, sed & hominem tæderet hominem regere; vt extremis extrema daret Ludouicus, sacrilegos aulicos, monetæ adulterio, iustitiæ pretio, & periurij obstrictos, in ius vocans, aconito perimitur, naturali quasi Principum sorte, velle, & non posse corrigere.

Allusio ad Hieroglyphicum.

EPIGRAMMA.

Hinc procul, ò Princeps, noua Regia facta latronū
Iam specus, haud homines, at fouet illa lupos.
Iustitiam Reprobis Iudex, cum vendat, & auro,
Nummos hic tondet, lex lacerata gemit.
Opprimitur Pietas, deuastat regna Tyrannis,
Euerso Imperio, regnat in Orbe nefas.
Quid iuuat abscissa Rex, veste, vt iustus, iniquos
Obiurgare minis, es quibus inde Reus?
Dat Pincerna tibi cum pocula, flexus adorat,
Pocula dum libas, Tu bibis ore necem.
Ergo priùs gladio, quàm verbis, coge rebelles;
Est scelus in Regem, pro nece, ferre minas.

M. Anton. Moles Neap. S. Theol. D.

ALIVD. II.

Aspicis innumeris Ludouice infame tribunal
Criminibus; nullo vindice, culpa furit.
Baccantur sontes, tumidoque licentia fastu
Torquet in innocuum sceptra cruenta, gregem;
Accurris Ludouice malis, dextràque tonanti
Vltima criminibus funera ferre paras.
Cum gemmata tibi profert cratera venenum, *Vide hieroglyphicam post n. 5.*
Iustaque de manibus fulmina mors rapuit.
Nascitur antiquo peius de crimine crimen,
Culpaque nec Regum fulmina adulta pauet.

Comes Lelius Plouenus, Nobilis Venet.

Micylli Carmina de Ludouici III.


Hic ope Pontificis Patrias accepit habenas,
Itala cum nollet factio ferre virum.
Sed breue ius regni dedit huic infirmior ætas, III.
Nam moriens annos occidit ante duos.

De eodem.

Balbus item Imperij titulum Ludouicus adeptus,
Occidit ante annos Cæsar, & iste duos.

Insi-

Insignia Principum, qui cum Ludouico Balbo bellarunt.



Aurea Moneta Imperatoris Ludouici III. Balbi.





E L O G I V M.

Triſtis Gallia ?
Quid tibi Rex *Balbus* ?
Cum Gallico in Areopàgo
Rident Furiæ,
Et pietate laruata immanitas,
Cruentatur in cædibus innocentium ?
Regis linguam compedibus natura dedit,
Vt in manicis ferreis aulicos alligaret.
Hominum dentes arma ;
Lingua eorum, gladius acutus.
Gladius in ore, cum ſtellæ in manu.
Sed & Cælum ſua habet Phænomena.
Reliquit vxorem Ludouicus, vt adhæreret patri,
(*Cupiditati indulgeas regnandi*)
Non eſt maritus, vt ſit Rex.
Anſgardam, quam coniunxerat amor,
Paterna diſiunxit poteſtas.
Et adulterino thoro nupſit Adeleides,
Si filiorum concubitus,
Non parentum conſenſus nuptias facit.
Vxoris pretio mercatus regnum,
Gregem regere
A Sacro Paſtore doceri voluit:
Vt concors fieret Sacerdotij, & Imperij diſcordia.
Dynaſtæ accurrite,
Et qui Epiſcopos ad veſtrum prouocatis Tribunal,
Videte Regem ad Epiſcoporum ſtare cancellos.
Hugonem Lotharij nothum,
Perduellione notatum,
Non Cæſaris corripuit ferro,
Sed Sacerdotum monuit calamo:
Vt impia, & pia Roma
Armis quondam, Gallorum nunc vinceretur pietate.
Roma, quæ ibi, vbi Papa,
Barbarorum olim aſylum,
Gallorum petijt auxilium,
Vt Petrus ignotus clauibus, agnoſceretur Gallo.
Maria calcauit Petrus,
Terras nauigauit Ioannes,
Ad Chriſtum ille, ad Ludouicum iſte,
Exclamant *Domine Saluum me fac.*
Petri perpende gladios,
Ioannes Ludouicum ſalutando
Orbis Dominum fecit,
Et Ludouicus adorando, Ioannis confregit inimicos,
Mulierem præter:
Hanc ſi Cæſar dignatur vxorem,
Pontifex dedignatur Reginam.
Viuebat Anſgarda,

VI. *Galliæ miſerrimus ſtatus ob aulicorum auaritiam.*

VII. *Ann. 878. ſecũdũ Gaguinũ: vel 877. Ducheſne pag. 405. cũ quo Sigon. Barõ. Bælerus, die 8. Decemb. Anſgardam ex qua Ludouicus, & Carolomannus, iuſſu patris repudiat, quam eo incõſulto duxerat, & Adheleidã ſuſcipit, dato iuramento non reuocandi. Munerib. nouercam mulcet, ne illi obſtaret, vt*

VIII. *patri ſuccederet. Aimo. Gagu. Ab Hincmaro Rhem. Archiep. Neuſtriæ in ſynodo Hugonem Lotharij nothũ per legatos accuſat. Frodoar.*

IX. *l. 3. c. 18. Hiſt. Rhem. excõmunicatur tãdẽ in Cõcilio Trecẽſi, ſub Papa Io. 8. Aimoin. de Ge-*

X. *ſtis Francorũ l. 5. c. 37. Baron An. 877. n. 23. Io: Papa ab hoſtib. carceratus aufugit in Gal-*

XI. *liam ad Carolũ Caluum Sigon. in Ludou. Annal. Fulden. Epiſt. 87. Io: Papæ apud Baronium. §. 13. An. 878. Sigon. Noluit coronare Reginam quia*

XII. *adhuc viuebat prima Ludouici vxor (Aimoin. lib. 5. c. 37. Ga-*

XIII. *guinus in vita Balbi) Ingelberga eximperatrix. Io: Henricus becleri.*

Et quia non ſeparat homo, quod Deus coniungit,
Adheleidis Imperium Faſta negant Imperatorum,
Romanorum creatus Imperator Ludouicus,
Balbus manſit,
Vt ſe factis proderet, non verbis iactaret.
Anno regni ſui
Balborum lingua velocitèr loquuta pacem,
Traulorum Epthaphonon haud reddidit pacem.
XIV. Iuſtitia, & Pax deoſculatæ,
A Patruelibus cum diſſociarentur,
Barbaros inter Deos
Numerati ſunt *Terminus*, & *Iuuenta* :
Placuit Ludouico Deorum contumacia,
Vt fines ſuos ponerent pacem.

Ne bello turbaret Italiam, & Romanam Ecclesiam, in patrueles ſui Regni temeratores non mouet.

Sed veloces pedes inimicorum ad effundendum ſanguinem
Aconito inficitur innocentia.

Veneno perimitur. Paul. Emil.

XV. Tres erant hoſtes
Bernardus Italiæ Marchio,
Lambertus, & Humbertus Comites,
Nè pauciores Romam,
Quàm Auernum affligerent Furiæ.
Ludouici mortem
XVI. Ea Solis præiuit Eclipſis,
Vt in Meridie Stellæ lucèrent;
Ludouici Soli parentaturæ,
Sol obſcuratur,
Vt Iuſtitiæ rectori iuſta perſolueret,
Vel quòd ſine altera, haud lacrymentur pupillæ.
Quod Cælo Sol eſt, hoc terris eſt Imperator,
Vterque lumina Mundi.
XVII. Compendij, Imperij habuit compendium,
Et Solis curru Orbem ſtando peragrauit.
Aprili obriguit, Decembri efloruit.
Paraſceue conſummatum,
Ad B. Virginem cenotaphio donatur,
Vt Chriſtus Domini quieſceret in ſinu Virginis,
Breue Regnum cupiebat Roma,
Quùm Regem accepit,
Longum, cum amiſit.
Pietas, et Pax Ludouici comitantes iuſtitiam
Iuſtitium ſoluunt,
Sed Cæſari conſepultæ, deſiderantur.

Compendij. Reclamante populo electus.

Epitaphium Ludouici III. in Augeo maiori Monaſterio propè Conſtantiam, vbi humili monumento ſepultus.

Carolus Rex Germanorum, Patritius Francorum Romanorumque Imperator.

Vxores Imper. Ludouici III.

ANſgarda nobilis puella, quam vnicè dilexit, & ex ea duos liberos præſtantes

tes forma, atque animo iuuenes suscepit, Ludouicum, & Carolomannum; sed quia inscio patre sibi eam copulauerat, coactus est eam repudiare, & solemni confirmare iuramento, quod in thalamum haud reduceret.

Repudiata Ansgarda, siue Ausgarda, patre iubente, Adhelaidem duxit, quæ ad obitum mariti superstes posthumum enixa, Carolum simplicem nominauit, Regem Franciæ.

CAPVT SECVNDVM.

Adnotationes Historicæ.

1 *Regnum, &c.* Coronationis acta Ludouici III. non II. vt per errorem apud Duchesne legitur, sunt.

Ordo qualiter Hludouicus Rex anno Incarnat. 877. 4. Idus Decembris, ab Hincmaro Archiep. fuit coronatus in Compendio Palatio, quãdo & hæc, quæ sequuntur, ab Episcopis petita sunt apud Regem, & ab eo promissa Episcopis.

Petitio Episcoporum.

A vobis perdonari nobis petimus, vt vnicuique de nobis, & Ecclesijs nobis comissis secundum primum capitulum, quod nouissime in Carisiaco Dominus Imperator pater vester à se, & à vobis seruaturum consentientibus fidelibus illius, ac vestris, atque Apostolicæ Sedis Legatis, legente Gauzleno denunciauit canonicum priuilegium, & debitam legem, atque iustitiam conseruetis, & defensionem exhibeatis, sicut Rex in suo Regno vnicuique Episcopo, & Ecclesiæ sibi commissæ per rectum exhibere debet.

Ann. 877 Duchesne n. 473 tom. 2.

Promissio Regis.

Benedictiones promitto, & perdono vobis, quia vnicuique de vobis, & Ecclesijs vobis commissis, secundum primum Capitulum, quod nouissimè in Carisiaco dominus Imperator Pater meus à se, & à me seruaturum consentientibus fidelibus illius, ac nostris, atque Apostolicæ Sedis Legatis, legente Gauzleno denuntiauit, Canonicũ priuilegium, & debitam legem, atque iustitiam conseruabo, & defensionem, quantum potuero, adiuuante Domino exhibebo, sicut Rex vnicuique Episcopo, & Ecclesiæ sibi commissæ per rectum exhibere debet.

Benedictiones super Hludouicum Regẽ factæ Deus, qui populis tuis virtute consulis, & amore dominaris, da huic famulo tuo spiritum Sapientiæ, cum regimine disciplinæ, vt tibi toto corde deuotus in Regni regimine maneat semper idoneus, tuoque munere ipsius temporibus securitas Ecclesiæ dirigatur, & in tranquillitate deuotio Christiana permaneat. Per Dominum.

Sacri olei infusio.

Omnipotens sempiterne Deus, Creator, & gubernator Cæli, & terræ, conditor, & dispensator Angelorum, & hominum, qui Abraham famulum tuum de hostibus triumphare fecisti, Moysi, & Iosue populo tuo Prælatis multiplicem victoriam tribuisti: humilem quoque Dauid puerum tuum Regni fastigio sublimasti, eumque de ore Leonis, & de manu bestiæ, atque Goliæ, sed, & de gladio maligno Saul, et omnium inimicorum eius liberasti, et Salomonem sapientiæ, pacisque ineffabili munere ditasti: respice quæsumus ad preces humilitatis nostræ, et hunc famulum tuum virtutibus, quibus præfatos fideles tuos decorasti, multiplici honoris benedictione condecora, et in Regni regimine sublimiter colloca, et oleo gratiæ Spiritus Sancti tui perunge: vnde vnxisti Sacerdotes, Reges, Prophetas, et Martyres, qui per fidem vicerunt Regna, et operati sunt iustitiam, atque adepti sunt promissiones. Cuius Sacratissima vnctio super caput eius defluat, atque ad interiora eius descendat, et cordis illius intima penetret, et promissionibus, quas adepti sunt victoriosissimi Reges, gratia tua dignus efficiatur, quatenus, et in præsenti seculo feliciter regnet, et ad eorum consortium in Cælesti Regno perueniat. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui vnctus est oleo lætitiæ præ consortibus suis, et virtute crucis potestates aereas debellauit, tartara destruxit, Regnumque diaboli superauit, et ad Cælos victor ascendit. In cuius manu victoria, omnis gloria, et potestas consistunt, et tecum viuit, et regnat Deus in vnitate eiusdem Spiritus Sancti, per omnia secula seculorum. Amen.

Impositio Coronæ.

Coronet te Dominus corona gloriæ, atque iustitiæ honore, et opere fortitudinis: vt per officium

nostræ benedictionis, cum fide recta, & multiplici bonorum operum fructu, ad coronam peruenias Regni perpetui, ipso largiente, cuius Regnum, & Imperium permanet in secula seculorum. Amen.

Sceptri traditio.

Accipe sceptrum Regiæ potestatis insigne, virgam scilicet rectam Regni, virgam virtutis: qua te ipsum benè regas, Sanctam Ecclesiam, populũ videlicet Christianum tibi à Deo commissum, Regia virtute ab improbis defendas, prauos corrigas, rectos, vt viam rectam tenere possint tuo iuuamine dirigas: quatenùs de temporali Regno ad æternum Regnum peruenias, ipso adiuuante, cuius regnum, & Imperium sine fine permanet in secula seculorum. Amen.

Benedictiones.

Dominus Deus Omnipotens, qui dixit ad Moysem seruum suum, loquere ad Aaron fratrem tuum, & ad filios eius dicens, sic benedicetis populo meo, & ego benedicam ei, benedicat tibi, & custodiat te. Amen.

Illuminet faciem suam super te, & misereatur tui. Amen.

Conuertat vultum suum ad te, & donet tibi pacem. Amen.

Extendat dexteram suæ benedictionis, & effundat super te donum suæ propitiationis, & circundet te felici muro suæ protectionis, Sanctæ Mariæ, & omnium Sanctorum intercedentibus meritis. Amen.

Indulgeat tibi mala omnia, quæ gessisti, & tribuat tibi gratiam, & misericordiam, quam humiliter ab eo deposcis: liberetque te ab aduersitatibus cunctis, & ab omnibus visibilium, & inuisibilium inimicorum insidijs. Amen.

Multiplicet in te copiam suæ benedictionis, & confirmet in spe Regni cælestis. Amen.

Actus tuos corrigat, vitam emendet, mores componat, & te ad Cælestis Paradisi hæreditatem perducat. Amen.

Talique intentione repleri valeas, quæ ei in perpetuum placeat. Amen.

Angelos suos bonos semper, & vbique, qui te præcedant, comitentur, & subsequantur, ad custodiam tuam ponat: & a peccato, seu gladio, & ab omnium periculorum discrimine te sua potentia liberet. Amen.

Inimicos tuos ad pacis, charitatisque benignitatem conuertat, & odientibus te gratiosum, & amabilem faciat, pertinaces quoque in tui insectatione, & odio, confusione salutari induat: super te autem sanctificatio sempiterna effloreat. Amẽ.

Victoriosum te, atque triumphatorem de visibilibus, atque inuisibilibus hostibus Dominus semper efficiat: & Sancti nominis sui timorem pariter, & amorem continuò cordi tuo infundat: & in fide recta, ac bonis operibus perseuerabilem reddat: & pace in diebus tuis concessa, cum corona victoriæ ad perpetuum te regnum perducat. Amen.

Et qui te voluit super populum suum constituere Regem, & in præsenti seculo felicem, & æternæ felicitatis tribuat esse consortem. Clerum, ac populum, quem sua voluit capitulatione tuæ subdere ditioni sua dispensatione, & tua administratione per diuturna tempora te faciat feliciter gubernare: quo diuinis monitis parentes, aduersitatibus cunctis carentes, bonis omnibus exuberantes, tuo ministerio, fideli amore obsequentes, et in præsenti seculo pacis tranquillitate fruantur, & tecum æternorum ciuium consortio potiri mereantur. Amen. Quod ipse præstare dignetur.

Adde numisma cuius in vna, Ludouici effigies; in altera verò Rhemensis Archiepisco- XXI.
pus cum vasculo, Regem sacro vngens



oleo, in ciuitate Compendij, quod antiquitas *Carolopolim* vocabat, vt ex compendiosis literis numismatis *Caroli* apparet.

2 *A sacro Pastore doceri voluit*, vt ex epistola Hincmari Rhemorũ Archiepiscopi ad Ludouicum Balbum, qua suum illi de adeunda pacifica Regni administratione Consilium suppeditat, quæ talis est. *Domino Hlodouuico* *Duchesne p. 475. tom. 2.*
regi gloriosò sit semper salus, & vita. Dominatio vestra mihi mandauit, vt ad vos festinarem venire, quia mecum de vestris, & Sanctæ Ecclesiæ, ac Regni vtilitatibus tractare velletis. Vnde vobis humili, ac certa responsione satisfactionem exhibeo, Sanctus Apostolus dicit. Quæ- XXII.

cumque

cumque scripta sunt, ad nostram Doctrinam scripta sunt. Legimus in antiquis historijs, quia sæpè, quando Reges constituti sunt, inter Regni Primores discordia orta est, quoniam aliqui sine aliorum Consilio, eius constitutionem vindicare sibi voluerunt. Quæ discordia non sine impedimento fuit pacificata. Legimus, quia boni Reges constituti, bonos Consiliarios sibi adhibuerunt, & per bonos Reges, & bonos Consiliarios, Regnorum populi multa bona habuerunt; & per malos Reges, & malos Consiliarios, Regnorum populi multa mala sustinuerunt, vt recentioribus historijs vobis proponam exempla: Quando Pipinus Abauus vester egrotauit in infirmitate, de qua, & mortuus est, apud Monasterium Sancti Dionysij Regni sui Primores conuocauit, & eorum Consilio disposuit, qualiter post eũ filij sui Carlomannus, Carolus, qui cum eo erant, Regnum eius pacificè gubernarent. Mortuo autem illo, & cum magna deuotione sepulto, Carlomannus ad Suessiones, & Carolus ad Nouiomum venerunt, & decimo quinto die post illius obitum Consilio, & auxilio Regni Primorum, in Reges leuati sunt, & vnusquisq; de Regnis Primoribus, sine vlla contentione ad Regnum suum conuenit. Post tres circiter annos, mortuo Carlomanno in Salmontiaco, venit Carolus ad Corbennacum, & Regni Primores, qui cum Carlomanno fuerunt, illuc ad eum conuenerunt, exceptis paucis, de quibus non est modò necessarium dicere. Mortuo autem Carolo Imperatore, et sepulto in Aquis Palatio, Regni Primores, qui cum eo erant, miserunt ad Hludouicum auum vestrum, qui erat in Teutuado; qui trigesimo die post mortem patris sui, venit Aquis, & cum Regni Primorum Consilio pacificè Regnum disposuit, donec causa emergente, quam non oportet nunc dicere, inter illos, & filios eius est orta discordia. Pro qua magna pars de Regni Primoribus cum Hlothario perrexit in Longobardiam. Mortuo Hludouico Imperatore auo vestro, quidam de istius Regni Primoribus euocauerunt Hlotharium, & Primores, qui cum illo erant de Longobardia in istud Regnum. Et quidam de Regni Primoribus fuerunt cum Carolo Patre vestro, & quidam cum Hludouico patruo vestro. Intereà cœperunt Regni Primores, qui cum tribus fratribus erant, singillatim certare de honoribus, quique illorum vndè maiores, & plures possent obtinere: & paruipendentes Sacramenta de diuisione Regni facta, & plus certantes de illorum cupiditate, quàm de suorum seniorum, & de sua salute, et de Sanctæ Ecclesiæ, ac populi pace, qui cum Hlothario erant, immiserunt illum in hoc, vt fratres suos exhæredaret, et Regni Primores, qui cum illis erant, annullarent: quoniàm ipse primogenitus, et in nomine Imperatoris erat. Illi autem, qui erant cum Carolo, et Hludouico dicebant, quia Seniores illorum Hlotharij fratres erant, et per Sacramenta Regnum inter eos diuisum fuerat: et illi, nec genere, nec potestate inferiores erãt, quàm illi, qui cum Hlothario erant, et ideò non se contra illos concrederent. Vndè mala multa, et maxima increuerunt in terra, vsquè dum inter carne propinquos, et Christianos tantum malum, et tàm grande periculum in Fontanido deuenit quantum inter Christianos non accidit, ex eo tempore, quo primùm Carolus, cum Ragranfredo in Vinciaco pugnauit: sed non pro illa occisione, quæ facta fuit in Fontanido, pax in Regno prouenit, sed tamdiu illa miseria inter Christianum populum, et carne propinquos mansit, donec, vellent, nollent, et Seniores, et Regni Primores in tres partes Regnum diuiserunt, et per Sacramenta ipsam diuisionem stabilem esse debere confirmauerunt. Mortuo Hlothario, filij eius Regnum illius inter se diuiserunt. Vndè adhuc illis viuentibus facta est firmitas per Sacramentum inter patrem vestrum, et patruum vestrum Hludouicum, de parte Regni Hlotharij. Mortuo autem Hludouico fratre Hlotharij in Longobardia, requisita est patri vestro à fratre suo, et à filijs eius pars de Regno illius. Vndè adhuc viuente Hludouico, sed, et anno præterito tales deuenerũt miseriæ, sicut vobis sunt notæ, et hoc anno talis prouenit lugenda infælicitas, quæ per vniuersum penè Mundum, et per futura tempora meritò erit in opprobrium. Propterea videtur exiguitati meæ vestrum esse Consilium, vt de antiquis Historijs, quantum potestis attendatis, nè in exordio Regni vestri inter Primores Regni de vestro regimine oriatur discordia, quæ non sine impedimento possit esse sedata; et Regni Primores, qui vobiscum sunt, sic seipsos, et suas voluntates contemperent, nè alios istius Regni Primores ad scandalum, per suam cupiditatem, aut negligentiam prouocent. Præsertim cum non habeatis fratrem, ad quem populus debeat se diuidere, sicut nec diuisus est, Carolo Imperatore Mortuo, sed se vniuit cum Hludouico illius vnico filio. Nam si illi boni Barones post mortem Pipini cum duobus fratribus sic sano Consilio egerunt,

runt, ut pax inter fratres Reges, & inter Regni Primores, ac populum esset, multò facilius nisi se inuidia, & cupiditas intermiserint, vobiscum Deo adiuuante se ad Dei voluntatem, & suam salutem vnire valebunt: attendentes quanta miseria accidit de discordia, quæ facta est inter tres fratres post mortem Hludouici Imperatoris. Vos sitis, quia pater vester priùs Remis de constitutione vestra post illum in regimine Regni sui cum Primoribus Regni sui disposuit: vbi quantum recordor maximè omnes Regni Primores fuerunt, excepto venerabili Abbate Hugone, & Bernardo Comite Aruernense, & omnes secundum dispositionem Patris vestri in vestra regia constitutione consenserunt, & quando proximè in Carisiaco idem disposuit, & nomina vobis scripta dedit, quorum Consilio, & auxilio Regni negotia disponere deberetis (inter quos, & Boso adscriptus est) omnes præsentes adfuerunt, excepto ipso Bosone, & Hugone Abbate, & Bernardo Comite Aruernico: & omnes, qui adfuerunt in regia vestra constitutione consenserunt, sed & illi, qui cum Patre vestro perrexerunt. Propterea sub celeritate mittite ad Hugonem, & Gozelum Abbates, & ad Bosonem, & Conradum, & Bernardum itemque Bernardum, Comites: & petite, vt talem locum sicut eis commodius visum fuerit, vobis, & eis, qui in istis partibus sunt, sed, & ipsis, qui in illis partibus sunt, conuenire prouideãt, & vobis mandent, vt illuc veniatis cum Primoribus, qui in istis partibus sunt. Et taliter quique conueniant, vt Regnum non depredetur, nec deuastetur, vt communi Consilio de communi necessitate, & vtilitate tractetis, qualiter illa Capitula, quæ Pater vester proximè in Carisiaco annuntiauit, ad effectum peruenire possint, quæ interim relegite, & vos, & illi, qui vobiscum sunt, & mente recondite. Credo etiam quia Pater vester postquam sciuit se de sua infirmitate non posse conualescere, non dimisit, vt vobis de Regni dispositione, quæ ad Dei voluntatem, & Sanctæ Ecclesiæ statum, et vestrum honorem, ac Primorum Regni, et populi necessitatem, et vtilitatem sciuit, quædam specialiter non mandauerit. Propterea necesse est, et bonum videtur, vt illi etiam intersint, qui cum illo fuerunt, et omnes communiter de communi necessitate, et vtilitate tractent. Ego etiam licet minimus illorum, et debilis, ac infirmus in Dei, et vestrum seruitium, et illorum obsequium Domino annuente libenter conueniam, et si aliquid vtilitati valuero conferre, voluntariè faciam, quia necesse est, vt cùm Dei, et vestris fidelibus tractetis, et disponatis. Primò qualiter vos in regimine Regni cum honore, et saluamento, ac supplemento de his, quæ necessaria sunt cùm Regno, ac domo vestra possitis consistere. Secundò vt præfatum Capitulum à Patre vestro nuper in Carisiaco denuntiatum, de honore Sanctæ Ecclesiæ, et Sacerdotum, ac seruorum Dei, debito priuilegio ad effectum perduci possit: et vt Ecclesiæ in isto Regno per occasionabiles circadas, et per indebitas consuetudinarias exactiones, quæ tempore Pipini, Caroli, et Hludouici, non fuerunt ante annos viginti impositas, non affligantur. Tertiò qualiter Regni Primores cum debita securitate, ac honore, erga vos consistere possint, cæteri nobiles homines in Regno securitatẽ habeant, ne per diuersa ingenia à suis opibus, quas habere potuerint dispolientur: quia postquàm radix omnium malorum cupiditas in isto Regno exarsit, vt nullus, aut penè nullus honorem, aut aliquod bonum sine pretio posset acquirere, aut tenère, aut securitatem habere, pax, et Consilium, et iustitia, atque iudicium sicut necesse fuerat, locũ in isto Regno non habuerunt. Quartò vt inueniatis, cum Dei adiutorio, et vestris fidelibus, qualiter istæ rapinæ, et depredationes in isto Regno cessent, et miser iste populus, qui iam per plures annos per depredationes diuersas, et continuas, et per exactiones ad Nortmannos repellendos affligitur, aliquod remedium habeat, et iustitiam, et iudicium, quæ quasi emortua, apud nos sunt, reuiuiscant, vt virtutem nobis Deus reddat contra Paganos, quia vsque modò iam antè plures annos locum, in isto Regno defensio non habuit, sed redemptio, et tributum, et non solùm pauperes homines, sed et Ecclesias quondam diuites iam euacuatas habent. Quintò, vt concordiam, quæ secundùm Deum est, qua nuper in Carisiaco Pater vester mentionem habuit inter fideles Dei, et vestri haberi, vt vigere quantum potueritis, satagatis, et vos talem erga eos preparetis, vt verũ Consilium vobis dare possint, et audeant, Quia sicut per multos audiui multum deperijt de vtilitate in isto Regno, pro eo, quia Consiliarij, quod sciebant, bonum et vtile dicere non audebant, nec vt dicerent locum habebant. Nullus enim homo est sic sapiens, vt alterius non indigeat Consilio, sicut scriptum est. Audiens sapiens sapienter erit, et intelligens gubernacula possidebit, et qui confidit cogita-

cogitationibus suis impiè aget. Sexto, vt inueniatis, cum Dei adiutorio, & vestris fidelibus, qualiter pacem, & amicitiam, secundum Deum, cum vestris sobrinis patrui vestri filijs habeatis, & mutuum adiutorium vobis ad Dei voluntatẽ, & Sanctæ Ecclesiæ, ac vestrum honorem, atq; cõmunium fidelium vestrorũ saluationẽ exhibeatis. Cæterum qualiter hæc ad effectum perueniant, & cætera necessaria inueniantur, & assequantur Deus est exorandus, qui vnicuique deuoto promittit. Si quis indiget sapientia, postulet à Deo, & dabitur illi; Et item dicit, Indicabo tibi homo, quid sit bonum, & quid Deus requirat à te, idest facere iudicium, & iustitiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo. Facienda est iustitia non pro vllo terreno lucro, sed pro eo ipso; quia iustitia est, sicut scriptum est, Iuste, quod iustum est, exequeris. Faciendum est iudicium pro iniquorum correctione, & pro iniuriam sustinentium directione, non pro maleuolentiæ vltione, nec pro iustam causam habentium oppressione. Nam qui iniustè iudicant, non iudicant iudicium, id iurè, ac legaliter dictum, sed præiudicium. Vndè sicut Dominus dicit: Qui iniustè iudicant, iustè iudicati condemnabuntur. Sollicitè vnicuique ambulandum est, cum Deo suo, & Regi præcipuè, qui sub tantis erit pœnis in futuro seculo, si malus fuerit, super quantos fuit in isto seculo, in quo se à malitia non correxit, & non fecit iudicium, & iustitiam, & non ambulauit sollicitè cum seniore suo, vt ea faciat. Sicut enim homo subiectus, vadit sollicite cum Deo suo, vt ea faciat, quæ illi, placeant, secundũ Deum ad salutem, & secundum seculum ad honorem, & profectum. Et si in aliquo fecerit, quod seniori suo displiceat, hoc statim emendare festinet, vt ad gratiam illius reueniat: sic vobis necessè est, vt sollicitè ambuletis, cum seniore vestro Rege Regum, vt de præteritis, quæ contra illius voluntatem fecistis, illi per confessionem, et cordis contritionem, & per opera bona satisfaciatis, & ab illius mandatis de cætero non declinetis. Et si per fragilitatem in aliquo lapsi fueritis, sicut ille, qui lubricat de vno pede, de altero pede, vel manu sibi subuenit, vt restituatur: sic iterum per deuotionem, & bonam operationem certate, vt ad gratiam senioris vestri Domini Dei reueniatis. Quia peccantes, et non pœnitentes. Dominus, diu vt conuertantur, tolerat, sed non conuersos durius damnat. Sicut etiam in vestra ætate audire, et videre potestis, et de vobis, nè similia vobis eueniant timere, et cauere debetis. Et talem vos erga cultum diuinum, et Sanctam Ecclesiam, ac Sacerdotes, et seruos Dei, cæterosq; fideles vestros in omni statu manentes, et erga populum vobis à Deo commissum exhibete: vt vos diligant, & eos delectet tam in spiritali seruitio, quàm in temporali adiutorio, vbicumque vobis necesse fuerint, debitum obsequium exhibere, et plus vos delectet Christiana Religio, et cordis humilitas, quàm vanæ pompæ, et voluptates carnis: quoniam quantislibet molibus argenti, et auri circundetur; quibuslibet pretiosis vestibus inducatur caro, quid est aliud, quàm caro? idest putredo, et filius hominis vermis, et puluis, ac cinis? Non vos tantùm delectet, per venationes insequi bestias syluestres, quantum pugnare contra carnis voluptates, et Dei, ac Sanctæ ipsius Ecclesiæ inimicos tam corporales, quàm spirituales: quia sicut dicit Dominus per Apostolum: Caro concupiscit aduersùm Spiritum, et Spiritus aduersùs carnem. Et non est nobis colluctatio aduersùs carnem, et Sanguinem, sed aduersus spiritales nequitias. Non vos delectent tantùm diuitiæ possessionum auri, et argenti, atque gemmarum, vt inter eos computemini, qui idola adorant, quoniam sicut dicit Apostolus, Auaritia idolorum seruitus est, quantum fides, spes, et charitas, iustitia, veritas, et iustum iudicium, quæ perducunt hominem in eis perseuerantem ad æternum Regnum, et Angelorum consortium. Quæ nunc verbis Dominationi vestræ dicerem, si corpore præsens adessem, hæc literis suggero: quia de generalibus Ecclesiæ, ac Regni negotijs, siue generali Primorum Regni negotio, et consensu speciale dare Consilium nescio, et consensum deliberare non valeo, nec præsumo. Propterea mihi iam, et ætate, et infirmitate, ac debilitate attrito, non necessè est à Dominatione vestra imponi, vt sine causa laborem, antequam ad placitum vestrum, Dei, et vestri fideles conueniant: et ego qualitercumq; potuero, fauente Domino, sicut prædixi in Dei, et vestrum seruitium, et illorum obsequium veniã. Si autem, quod Deus auertat, interim alicuius perturbationis causa euenerit, et mihi notum facere Dominationi vestræ placuerit, pro scire, et posse, et Consilio, et auxilio in vestro obsequio fideliter laborabo.

4 *Reginam, etc.* Imperiali diademate cum Ludouicum Io: Papa redimisset Tricassi, vt vides,

rogatus

XXIII.



rogatus coronare reginam, renuit; in gratiam forsàn Ingelbergæ adhuc viuentis eximperatricis; Inde Adheleide instigante, & vindi-
XXIV. ctam petente, Ludouicus, & ipse restitit cum *Papa Iohannes protulit exemplar quasi facti præ-*
Aimoin. lib. 5. c. 37 Fragmēta Hist. Francica p. 405. Duchesne t. 2. *cepti à Carolo Imperat. de donando Abbatia S. Donysij Romanæ Ecclesiæ, vt præcepto suo illud Patris sui præceptum firmaret. Quod argumentũ sicut factio, & non ratio, imperfectum remãsit.*

A Patruelibus. Conuentione Trecensi dissoluta. Imperator cum Ludouico nepote re-
XXVI. Gaguin. in vita Balbi. conciliari cupidus: ità per Legatos egit, vt ad Gundulfi villam Ludouicus Caroli filius, & Hludouicus Hludouici filius conuenirent.

Aimoin. c. 38. lib. 5. Duchesne p. 479. tom. 2. *Conuentio, quæ inter gloriosos Reges Ludouicum filium Caroli Imperatoris, itemque Ludouicũ filium Ludouici Regis, in loco, qui vocatur Furonis Kalen. Nouemb. ipsis, & Communibus fidelium ipsorum fauentibus, & consentientibus, facta est indictione 12. sicut inter patrem meum Carolum, & patrem vestrum Ludouicum, Regnũ Lotharij diuisum fuit, volumus, vt ità consistat, & si aliquis nostrorum fidelium de Regno patris sui purprisum habet, iussu nostro illud dimittatur. De Regno verò, quòd Ludouicus Imperator in Italia habuit, quia nondum ex illo aliqua diuisio facta est, quicumque modò illud tenet, ità teneat; donec (Domino volente) simul venientes, cùm communibus fidelibus nostris inueniamus, & definiamus, quod ex hoc meliùs, & iustiùs visum fuerit. De Regno Italiæ, quia modò nulla ratio esse potest, omnes sciant, quia partem nostram de illo Regno, & requisiuimus, & requirimus, & Domino auxiliante requiremus. Ista, die sequenti, statuta sunt.*

Et quia firmitas amicitiæ, & coniunctionis nostræ modò, quibusdam præpedientibus causis, esse non potuit vsque ad illud placitum, quo simul, vt conueniamus statum habemus: talis amicitia inter nos maneat, Domino auxiliante; de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, vt nemo suo pari vitam, Regnum, aut fideles suos, vel aliquid, quod ad salutem siuè prosperitatem, ac honorem Regni pertinet, discupiat.

Vt si in alterutrius nostrum Regnum, Pagani siuè pseudochristiani insurrexerint, vterque veraciter suum parem; vbicumque necessitas fuerit, si ipse rationabiliter potuerit, aut per semetipsum, aut per suos fideles, & Consilio, & auxilio, vt optimè possit, adiuuet.

Vt si Ego vobis superstes fuero, filium vestrum Ludouicum adhuc paruulum, & alios vestros, quos Dominus vobis donauerit, vt Regnũ paternum hæreditario iure quietè tenere possint, & Consilio, & auxilio, prout meliùs potuero, adiuuabo. Si autem vos mihi superstites fueritis, filios meos Ludouicum, & Carlomannum, & alios, quos mihi diuina pietas donare voluerit, vt Regnum paternum quietè tenere possint, similiter, & Consilio, & auxilio, quàm optimè potueritis, adiuuabitis.

Vt si aliqui susurrones, detractores, & qui paci nostræ inuident, & quietum Regnum esse non permittunt, inter nos lites, & contentiones, & discordias seminare voluerint, neuter nostrum recipiat, aut libenter acceptet: nisi fortè hoc ad rationem, coram nobis vtrisque, & fidelibus nostris perducere voluerit. Si verò hoc noluerit, cum neutro nostrum aliquam societatem habeat: sed vterque illud, sicut mendacem, & falsarium, & inter fratres volentem seminare discordias, communiter à nobis abijciamus: nè de cetero quisque talia mẽdacia auribus nostris inserere audeat.

Vt communiter, quo citiùs potuerimus, Legatos nostros ad Carlomannum, & Carolum gloriosos reges dirigamus: qui eos ad placitum, quod VIII. Idus Februa. statutum habemus, inuitent, & vt nullatenùs venire differant, obsecrent: & si secundùm, quod optamus venire voluerint, communiter vos, ad Dei voluntatem, & Sanctæ Ecclesiæ saluationem, ac communem honorem nostrum, & profectum, ac saluamentum totius populi Christiani nobis Commissi, Domino cooperante, ità coniungamus; vt de cætero in eo, qui vnus est, vnum simus, & vnum velimus, & idipsum dicamus secundum Apostolum, & faciamus omnes: & non sint in nobis vlla schismata.

Si autem illi obsecratione nostra vocati, & inuitati, aut legati eorum ad præfatum placitum


venire

venire distulerint, nos (secundum, quod statutum habemus) illùc omninò venire, et nos secundùm Dei voluntatem coniungere omnimodis non omittamus, nisi fortè talis ineuitabilis necessitas euenerit, pro qua id fieri nullatenus possit. Et si hoc acciderit, ad tempus vterque pari suo hæc rescire faciat. Et propterea amicitia nostra, nec minuatur, nec immutetur, donec, Domino, volente, congruo tempore perfectè confirmetur.

Vt res Ecclesiarum, in cuiuscunque Regno caput fuerit, tam de Episcopatibus, quàm de Abbatijs, sine vlla contradictione, rectores ipsarum Ecclesiarum illas possideant. Et si aliquid ibi iniustũ factum à quoquam est, in cuiuscunque Regno, ille est consistunt, legaliter, ex inde iustitiam reddere faciat. Et quia per vagos, & in tyrannica consuetudine innuentes homines, pax & quies Regni perturbari solet: Volumus, vt ad quemcunquem nostrum: talis venerit, vt de his, quæ egerit rationem, & Iustitiam subterfugere possit: nemo ex nobis ad aliud recipiat, vel retineat, nisi vt ad rectam rationem, & debitam emendationem: perducatur. Et si rationem rectam subterfugerit, omnes, in commune, in cuius Regnum venerit, illum: persequamur, donec aut ad rationem perducatur, aut de Regno expellatur, vel deijciatur.

Volumus, vt his, qui meritò proprietatem illorum, in nostro Regno perdiderunt, ità iudicetur, sicut temporibus antecessorum nostrorum inuentum fuit. Qui verò dicunt se iniustè proprietatem illorum perdidisse, veniant in nostram præsentiam, & sicut iustum est, ità illis Iudicetur, & sua recipiant.

Effigies Adheleidæ.



CAPVT. III. De Regnandi Cupidine.

1 *Deus disponit omnia in numero, pondere, & mensura.*
2 *Principes vicarij sunt Dei.*
3 *Absque directore homo Deus est, vel bestia.*
4 *Alij natura liberi, alij natura serui.*
5 *Director ex arcanis Prouidentiæ deligitur.*
6 *Inter Iudæorum virgas, cur solius Aaronis germinaret?*
7 *Pauci sunt, qui sciant imperare.*
8 *Nemo sua sorte contentus.*
10 *Adam, cur Astris non daret nomen?*
11 *Adam sibi, cur non imponeret nomen?*
12 *Alex. M. cur digniori hæreditatẽ reliquerit?*
13 *Virtus semper limina transilire quærit.*
14 *Labores, & artes, regnandi cupidi.*
15 *Dominandi cupido, nec gratia diuina coercetur.* 41.49.
16 *Eua, cur ex costa formata?*
17 *Deus, Nuptiarum fuit paranimphus.*
18 *Mundus dos fuit Euæ.*
19 *Adam, & Eua ceciderunt, cum proprios egrederentur limites.*
20 *Principes Dij terræ:*
21 *Romulus cur à lupa educatus?*
22 *Roma inauguratur ex vaticinio rapacissimæ auis.*
23 *Homo quasi vim faciebat Imperio Dei.*
24 *Homo à Deo decipi timens, adijt diabolum, à quo doceretur.*
25 *Centaurorum curæ, cur traderentur infantes?*
26 *Dionysius tyrannus gymnasium aperuit, postquàm Imperium perdidit.*
27 *Probatica piscina, figura aulicorum.*
28 *Vultur super Aegyptiorum sceptrum rapacitatem designat regnantium.*
29 *Sagenæ sacrificari homines, quid sibi velit?*
30 *Sara ex solo interesse eiecit Agar cum filio.*
31 *Lot filiarum obtulit abusum, vt sibi Angelos conciliaret.*
32 *Hieroglyphicum aquilæ plenæ vnguibus, quid sibi velit?*
33 *Marius inter arma, irridet iura.*
34 *Sanpson cur prohibitus Phylistinam ducere?*
35 *Iudas contra legem cur fœdus iniret cum Romanis?*
36 *Iudæorum est Idolatrare.*
37 *Machabæorum elogium.*
38 *Alcimus cur Machabæos patriæ redemptores accusaret?*
39 *Alcimus Pontificatum à Gentilibus emit.*

40 *Eſdras Iudæorum reparator cur ab eiſdem inſ multetur?*
42 *Herodis tyrannis.*
43 *Cur Herodis tempore, Verbum caro factũ ſit?*
44 *Synedrium Iudaicum quale, cur, & quando ſublatum?*
45 *Innocentes pro Chriſto occiſi, quot fuerint?*
46 *Melius cur fuerit Herodis porcum eſſe, quàm filium?*
47 *Pharaonis ambitio, & tyrannis.*
48 *Pueri in vtero Rabeccæ cur colliderent?*
50 *Patri genitalem cur abſciderit Saturnus?*
51 *Poetarum fabulæ non irridendæ.*
53 *M. Brutus, & Caſſius cupidine dominandi inimici.*
54 *Cato vxorem propriam amico non denegat.*
55 *Turcæ parricidijs maieſtatem tuentur.*
56 *Parricidæ, vt regnarent, qui?* 58. 62.
57 *Turcarum primus, qui parricidio adeptus ſit Regnum.*
59 *Solo maieſtatis ſomnio arma prouocantur.*
60 *Rebecca maledictionem irridet, vt filius imperet.*
61 *Agrippina ſpernit mortem, vt filius imperet.*
63 *Chriſti documentum contra dominandi libidinem.*
64 *Athenienſes Græciæ dedignantur Imperium, auum inhoneſtate.*
65 *Romani malunt cadere, quàm inhoneſtè vincere.*
66 *Cur Petrus increpetur à Chriſto in Thaborre?*

Sap. 7.30. I. DEi æternam Sapientiam, *quæ Sole ſpecioſior, et ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum, luci comparata, inuenitur prior. Illi enim ſuccedit nox, ſapientiam autem non vincit malitia*, à fine vſque ad finem ſortiter attingens, omnia ſuauiter diſponendo, in pondere, numero, & menſura, hunc ſiderum dirigere curſum, in præſentia oſtendere ſuperuacuum duco: non eſſe materiæ errantis hunc ordinem, ſed æternæ legis procedere imperio, ſuo loco diſertè dedi. Cuius ad analogiam homines in ſocietate viuere, & regi ſub Increatæ Sapientiæ vicarijs, qui Principes ſunt, abundè in Prouerbijs Salomon docuit. *Meum eſt conſilium, et æquitas, mea eſt prudentia, mea eſt fortitudo. Per me Reges regnant, et legum conditores iuſta decernunt. Per me Principes imperant, et potentes decernunt iuſtitiam.* Abſque directore, hominem, Deum, vel beſtiam fore, concordant ſani. Quis verò cætui vti rector præferendus veniat, cum natura liberorum, & ſeruorum corpora diſgreget; vt hominum, alij corpore ſerui, ſed animo liberi, alij animo ſerui, & corpore liberi, quibus, & ſeruire prodeſt, & iuſtum eſt: illis verò nec prodeſt, nec iuſtum eſt; haud facilè reperitur. Quemadmodum adamas ex terræ latibulis effoditur, vt metallorum princeps, ſic hominum director ex arcanis Prouidentiæ deligitur, & raro ſpeciem dignam ſortimur imperio. Muſſitantibus filijs Iſrael aduerſùm Moyſem, & Aaron, quia ſoli occuparent imperium, vt quieſcerent, per capita tribuum iubentur in tabernaculo teſtimonij, duodecim reponere virgas abſq; virga Aaronis, vt illi Sacerdotij ſummã ſortirentur, quorum virgæ germinarent; Has tamen cum ſequenti die repeteret Moyſes, ſolius Aaronis virga germinaſſe inuenitur: Vndè ex duodecim Iudæorum tribubus ſola Leui, & ex Leui tantũmodò Aaron delectus legitur, quia deſciſcentium nullus dignus eſſet imperio. Naturæ myſterium eſt, paucos libertate donare, & ad imperium manumittere, ferè omnes continet in obſequio: haud enim imperarent deficientibus, qui ſeruirent? At nemo ſua ſorte contentus, naturæ tranſiliens terminos, ipſius obedientiæ neſcius, audet imperare. Animantibus diſtribuens nomina Adam, cur non Aſtris? terrigenum erat eius imperium. A Deo accepère nomen, quæ in Cælo; nè nimium ſibi vſurparet homo, & limina ſui iuris excederet; difficilis tamen eſt continentia. Adam cum rebus alijs dediſſet nomen, haud ſibi impoſuit: Mens enim, quæ ineſt vnicuique noſtrum, cætera poteſt comprehendere, ſed non ſeipſam: & quemadmodum oculus alia videt, ſeipſum non videns: ſic, & mens intelligens alia, ſeipſam non comprehendens, præ oculis ponit, quàm difficilis ſit cognitio ſui. Præuiderat hoc Magnus Alexand. cum interrogatus, quem imperij hæredem faceret? *Digniſsimum*, Reſpondit. Non quia meritorum crederet præmium, regnum fore, regius enim annulus Perdiccæ traditus, ipſum Perdiccam arguebat *digniorem*, ſed cum futurum, cui acutior gladius erat, præſentiret; voce illa velut claſſicum inter amicos cecinit, vt ex æmulatione diſcordantium, elatiorem co-

Margin notes (left column): Cap. 11. 21. — II. (at "Sapientiæ vicarijs") — Cap. 8. n. 15. — III. (at "et potentes decernunt") — IV. (at "corpore ſerui") — V. (at "arcanis Prouidentiæ") — VI. (at "lijs Iſrael")

Margin notes (right column): Numer. 17. (at "quorum virgæ germinarent") — VII. (at "virga germinaſſe") — VIII. (at "rent deficientibus") — IX. (at "terminos") — X. (at "Adam, cur non Aſtris") — XI. (at "ineſt vnicuique") — XII. (at "dem faceret")

cognoſcerent. Nequiuerant ſtare loco Macedones, qui Regis ad exemplum patrijs ceſſère laribus, vt de alienis certando, Orbem
XIII. præſcriberent. Neſcit virtus conſiſtere loco: ſoluſque pudor, non vincere bello.

Pharſal.

Acer, et indomitus: quo ſpes: quoque ira vocaſſet.

quod de Cæſare Lucanus deſcribit, de regni cupido transſcribi poteſt;

Tene manu:& numquam temerãdo parcere ferro:
Succeſſus vrgere ſuos: inſtare fauori
Numinis:impellens quicquid ſibi ſumma petenti
XIV. *Obſtaret: gaudenſque via feciſſe ruina.*
Qualiter expreſſum ventis per nubila fulmen
Aetheris impulſu ſonitu, mundique fragore
Emicuit, rupitque diem,populoſque pauentes
Terruit obliqua perſtringens lumina flamma,
In ſua templa furit: nullaque exire vetante
Materia:magnamq; cadens magnamq; reuertens
Dat ſtragem latè ſparſoſque recolligit ignes.
Hæ ducibus cauſæ ſuberant. Sed publica belli
Semina, quæ populos ſemper merſere potentes.
Namque, vt opes nimias mundo fortuna ſubacto
Intulit: & rebus mores ceſsère ſecundis:
Prædaque,& hoſtiles luxum ſuaſere rapinæ
Non auro, tectiſque modus: menſaſque priores
Aſpernata fames, cultus gèſtare decoros
Vix nuribus rapuere mares: fecunda virorum
Paupertas fugitur: totoque arceſſitur Orbe:
Quo gens, quoque perit: cum longos iungere fines
Agrorum,& quondam duro ſulcata camilli
Vomere: & antiquos Curiorum paſſa ligones
Longa ſub ignotis extendere rura colonis
Non erat is populus: quem pax tranquilla iuuaret:
Quem ſua libertas immotis paſceret armis:
Inde iræ faciles: & quod ſuaſiſſet egeſtas,
Vile nefas: magnumque decus: ferroque petendum
Plus patria potuiſſe ſua; menſuraque iuris
Vis erat; hinc leges,& plebiſcita coactæ:
Et cum conſulibus turbantes, iura tribuni:
Hinc rapti faſces pretio: ſectorque fauoris
Ipſe ſui populus: lætaliſque ambitus vrbi
Annua venali referens certamina campo:
Hinc vſura vorax: auidumq; in tempore fœnus
Et concuſſa fides: & multis vtile bellum.

XV. Vt ipſius Omnipotentiæ vinculis, non coerceas. Maſculum, & fœminam Deus copulaturus amore; ex illo iſtam eduxit: verùm non ex anteriori aliquo membro, nè ad reſiſtendum illi, videretur formata; neque ex poſteriori, nè illi vilior videretur; ſed de coſta, quæ mediam quandam obtinet rationem, vt XVI. ipſa quoque erga virum medio quodam loco conſiſteret, æqualitatis videlicèt, atque obedientiæ. Tantis onuſtos donis, Ipſe Deus veluti conciliator, & Paranymphum introduxit, & collocauit in Paradiſo voluptatis, XVII. vbi

Pro thalamo paradiſus erat, mundusque dabatur Alcinus Autus. Poem. l. 1.
In dotem, et lætis gaudebant ſidera flammis. XVIII.

quæ tamquam tedæ, ac lampades comitabantur nuptias. Deliciarum nullus fuit terminus, ſignum tantum ſubiectionis imponitur Adæ, *de ligno vitæ, nè comedas*. Mulieri verò, vt adhæreret viro. Sed proprios limites dedignatus vterque, minùs homo factus eſt, qui pluſquàm homo ſtuduit eſſe: Nec Euam cibus inflexit, non mandatorum obliuio deſtituit, ſed promiſſio honoris, ambitio illecebroſa decepit. Cecidit Adam cum ſerpente, quùm illi blandienti credidit ſuper aſtra exaltare ſolium & poſſe Altiſſimo aſſimilari. Cecidit Adam, cum vxoris irretitus blanditijs, gratiæ ligamenta diſrupit. Auctor fraudis haud fallit, cum ad imperium, alliciendo paciſcitur, vos eritis Dij terræ, ſi Principes, & Rectores terræ Deos vocauit Deus. Grande promiſſum, minora tamen Dei inimicus, polliceri non poterat, vt aduerſus Deum armaret hominẽ, fallitur homo, & ni cum primo homine decepta poſteritas, Deitatem duceret vſurpare, imperare negligeret. Quid igitur ſi deitatis munere illecti homines adoriantur imperium? & ſuperbo enutriti ſanguine, ex Babylonica tum Cœlum quatere audeant? Non minus carnis, quàm ſtimulos: colaphizamur imperij: & nè in caſſum cadant machinamenta naturæ, artis vrgemur vigilantia. In Tiberis ripa iacentibus infantibus Remo, & Romulo, ſolam lupam vbera præbuiſſe legimus: vt ad dominium natos pueros, nutrix lacte ſanguinem iuuaret rapacem. Inaugurandæ Vrbis arridet vaticinium, cum ex fera, & rapaciſsima vulturum ſpecie, ſortitur locum, quæ totius Orbis raptura erat imperium: vndè abſque parricidio haud poterat dedicari. Roma vt condita eſt, duos fratres habere non potuit, & parricidio conſecratur. Mundi extruitur regia, ſimilitudo Dei efformatur homo: ſed protinùs in-

Genes. 2. XIX. Ambroſ. lib. 4. c. 4. in Luca. XX. XXI. XXII.

XXIII. nobedientia decoloratur imago, quasi figu-
ræ vim faceret figuratum. Totius Orbis tes-
sera donatus Adam, atque ab æterna edoctus
XXIV. Sapientia terrigena regere imperia, fraudolo-
sum suspicatus magistrum, nouum adit præce-
ptorẽ, qui humana voce, sed belluino corpo-
re, boni, malique erudiens scientiam, impiè
posteritati relinquit, ad serpentis similitudi-
XXV. nem, Centaurorum curæ regios tradere in-
fantes, vt ab homine, & bestia simul institue-
rentur, quomodò ius latrocinijs darent. Hinc
moribus imbuta recens seruabit odorem testa
diù, & quod ab ineunte ætate, naturæ factum
est, ars non subuertet. Syracusanorum tyran-
XXVI. nus Dionysius, gymnasium aperit, statim ac
imperium perdit; & ferrea mutata virga in
ferulam literariam, puerorum tyrocinio po-
pulorum pensat dominium: In Probatica in-
tuere piscina cæcos, claudos, debiles, aquæ
motum Angelo expectantes descendente.
XXVII. Piscina aula est; languidi, aulici sunt, populo-
rum anhelantes tumultus, vt in commotione
altiorem sortiantur gradum, & in turbido ma-
ri longè pateat piscatus. *Quare ostendisti mihi,*
XXVIII. querebatur Habacuc, *Domine iniquitatem, &
laborem videre prædam, & iniustitiam contra*
Cap.1. *me? Et facies homines, quasi pisces maris, &
quasi reptilia non habentia ducem? Totum in ha-
mo subleuauit, & traxit illud in sagena sua, &
congregauit in rete suum. Super hoc lætabitur, &
exultabit, propterea immolabit sagenæ suæ, & sa-
crificabit reti suo.* Inextricabile Hieroglyphi-
XXIX. cum; in pisces vertuntur homines? retia te-
xentes, extendentes, atque laxantes in Sãctua-
rio, super Altaria, incensis atque thimia-
mis Idolatrantes retia, solique sagenæ victi-
mas, & holocausta libantes? Propheta soluit
non exaudiri querens: iudicium fieri ex con-
tradictione potentium: lacerari legem: aduer-
sùs iustum, præualère impium; homines quasi
pisces maris, Principẽ non habentes adinuicẽ
deglutiri; minorem potentioris escam fieri:
propterea sagenæ immolari, reti sacrificari,
idest eò homines currere, vt machinamenta,
fraudes, circumuentiones inueniant, quibus
Nabotho vineam, Vriæ vitam, & vxorem,
Esau dignitatem, Deo diuinitatem clepamus.
Concludit Propheta. *Propter hoc expandit sagenam suam, & semper
interficere gentes non cessat.* Languebat sterilis
XXX. Sara illius Abrahami vxor, qui posterorum
prosapia, astrorum æmulatus est numerum.
Filios percupiens, Agar captiuam suam regio
ortam sanguine rogauit, vt illi cõmodaret vẽ-
trem, quem cõmodo compensaret mariti. An-
nuit, concepit, Ismaelem parturijt. Soli reme-
dio indignata natura, ex cineribus canum,
flammas exuscitauit amoris: quibus debaccha-
ta, phœnice felicior resurgens, inter sponsalia
repubuit, & prole prodijt, quæ iam viribus, at-
que ætate, lababatur Fato rapiente. Pia pro-
les, sed tyranna genitrix cum fratris sanguine
protestatur Isaaci infucari purpurã, ni Ismael
exularet. *Eijce ancillam hanc, & filium eius.* Gen.c.21
Siste Sara parumper? *Eijce.* Honestum tibi?
Virginem speciosam, pudicam, iuuenem, tui
potiùs defloratam illecebris, quàm Abrahami
libidine, modò extorrem inter lupanaria cum
infantulo lucrari panem? vel rosam virginita-
tis, quam tu delibasti, restituas, vel spinas Fe-
ras? *Eyce ancillam hanc, & filium eius.* Cur?
quia *non erit hæres filius ancillæ, cum filio meo
Isaac.* Dubitans Ismaelem ex Abrahæ concu-
bitu natum ex æquo cum Isaac hereditatem
adire; preposita vtilitate iustitiæ; & honestati,
hæreditatis quæstu; vult solum imperare, qui
temporum mensura, vt prior; posterior tene-
batur seruire. Viderat Satan impudicam So-
domam in Angelos luxuriari, timens tanto XXXI.
minus Diabolo temperaturam; Angelorum in
Sodomas armatur commilito. Eò cum per- Genes.19
uenissent, repentè circumsessi, non solum ho-
minum naturam, sed Angelorum innocẽtiam
timor inuasit. Ganimedum murmur victima
duarum virginum compescere ducens Lot,
earum obtulit abusum. *Habeo duas filias, quæ
nondũ cognouerunt virum, educam eas ad vos,
& abutimini eis sicut vobis placuerit, dummodò
viris istis nihil mali faciatis, quia ingressi sunt
sub vmbra culminis mei.* Lot? *abutimini?* si à
pastore virgines ducuntur ad prædam, quid
cum inter luporum vngues? contexit rete
Vulcanus, nè in sui vxorẽ cucurbitarent Dij:
& tu pectoris offers thalamum, vt patris in si-
nu à Sodomorum Satyris, stuprentur filiæ?
Abutimini? Barbarorum saltèm iura produc,
penès quos, nè violetur fides, exponatur vir-
ginitas, pudicitia deformetur: & hospitibus
culmen manuteneat Virginum infamia? hos-
pitij iura horrescunt fraudem, haud ignomi-
niam petunt: si honestatis obtulisti domum,
intem-

intemperantiæ cur reſonas lupanar? Iam habeo Lot, haud iura fuère hoſpitij oblatæ virgines, ſed creditæ ſalutis pretium: vt inhoneſtum vtili cederet; & filiarũ abuſu tibi conciliares amorẽ, quorũ ſub gladio iam præuideras Sodomam ſubuertendã. Hæc tamen, quia
Auguſt. lib. cõtra mendaci. facta credimus, non etiam facienda credamus, nè violemus præcepta, dum paſſim ſectamur exempla. An verò, quia iurauit Dauid ſe occiſurum eſſe Nabal, & clementi conſideratione non fecit, propterea illum imitandum eſſe dicemus, vt temerè iuremus non eſſe facturos, quod non eſſe faciendum poſteà videamus? *ſed ſicut illum timor, vt proſtituere filias vellet*, ſic iſtum vt temerè iuraret, ira turbauit. Age Lot, quidquid potes, nè fiat, quod meritò times: ſed non te timor iſte compellat, vt facias, quod filiæ tuæ patiantur à Sodomitis te auctore, violentiam. Angeli? quàm iuſtè vos iniuſtos inſimulem?& cur Lothi familiæ, cum Sodomæ ſonitu, memoria vſque ad vnum non perijt? nè in foro venales doceremur exponerẽ columbas: Venere, Paridem conciliare: purpuras ſcorto conſequi, & cum Ioue, ſolo Danais in ſinu auro pluere. Mortalibus factæ ſunt iura Ambitio, & Auaritia. Cogitans Ezechiel quali ęnigmate Re-
cap. 17. gem inuolueret Nabuchodonoſorem, aquilã
XXXII. pinxit grandem magnarum alarum, *plenam plumis* ſcribit Hieronymus; *plenam vnguibus* Septuag. tradunt: huiuſmodi antinomiam, quis conciliat? plena plumis, quia hominum
Lyrann. greſſus, quorum imago ſunt plumę, eò tendũt, vt rapiant, cuius figura ſunt vngues. Plena
cap. 5. vnguibus propter rapacitatem. Vndè Oſeas cum Hebræorum declamaret ſcelera, inſimulabat Principes Iuda, *quaſi aſſumentes terminũ*, vel cum Septuag. *transferentes terminum*: vel cum alijs, *confundentes terminum*. Antiochi enim reuiuiſcentes non niſi gladio, pauperum mentiuntur vineas. Ridet Marius, cum violentia preſſi iuſtitiam opponunt, & claſſici cãtus, armorumque ſtrepitus prætextu legum vocem audire non poſſe: interim id æquiùs credatur, quod validiùs. Religionis apud Iudæos præceptum erat, vt tamquàm Dei primogenita natio Gentilibus negaret fœdus.
Exod. c. 23. *Non inibis cum eis fœdus, neque cum Dijs eorum.*
XXXIV Indè Sampſon nõ permittitur, cum Phyliſtæa inire coniugium, nè nuptiarum prætextu peſſumdarètur Religio. Hæc erant iura, quæ Domino exarante, decalogi primæ cohærentia tabulæ, Iudam Machabæorum Principem prohibebant aſſociari Romanis; ſed iſtis minimè impeditus *miſit Romam cum illis ſtatuere amicitiam, & ſocietatem*. Quis miſit? ille Iudas, cuius ſub vexillo non Angeli, ſed Deus factus hominis centurio pugnauit: tanta obedientia, vt Deus gladium non euaginaret, priuſquàm Iudæ inſonaret buccina. Quid igitur, cum luce conueniunt tenebræ, & manufacta Idòla Deo viuo aſſocientur? Iudæa, & Samaria diſſonant, & Iudæa cum Babylone ſentiet? Ex armorum forſan triumpho impiè deleget fidem? ſi ſic eſt, ex impietate pietatẽ diſcat, victoriarumq; cumulo fidem illibatã auctori cuſtodiat. Cur ergo *Romam miſit*? Ro- XXXV.
mã miſit quùm inimicorũ fatigatus inſidijs, perpetuo Dei diffidens fœderi, vndè ſeneſceret Iudæorum Imperium, hallucinatus, Mundi ſiniſtra, Dei ruentem fulcire dexteram, Romanos adijt, quorum Imperium vi, armiſque conditum, legibus poſteà moribuſque politũ toto iam patebat orbe; dubium an Romæ Orbis, vel Roma in Orbe ſtaret, Aquilæque Romanæ auguſto volatui aeris anguſto cedente campo, diuiſum cum Ioue Imperium Cæſar haberet, fœderi fidens Gentilium patrocinio in manibus Omnipotentiæ, clauo Fortunam figere, ſpreuit legem, violauit Religionem, cum audiſſet nomen Romanorum, *quia ſunt potentes viribus, Romam miſit cum illis ſtatuere amicitiam, & ſocietatem*. Sibi blandiens Imperium, haud poſſe ſeruare, ſi Deum retine-
ret. Excuſo, Iudæus erat, Idolatria repande- XXXVI
re triumphos, non tam perſonæ, quàm nationis eſt vitium. Extincto Alexandro, iacenti Orbi cum Macedonia ex domeſticis adæquare caput nequiret, membra diuiſit. In diuiſione, Iudæa etiam captiua cecidit, nec libera triumphauit, niſi quùm Nachabęorum manumiſſa gladio. Patris titulo Prouinciam ipſi
regebant, & aureum æmulantes ſeculum, in XXXVII.
ſignum libertatis potiùs, quàm malefactorum vindictam, iura canebant. Eorum imperare, officium erat, non Regnum; nec maius malum malè parẽtibus minabantur, quàm quod abirent è regno. Felicitas perdurauit, & quaſi impudicam dixère legem, vſq; dum obedientia fulciuit Imperium; & illibata permanſit hone-

honestas. At cum lethalis inuasit ambitus vbi, reuocatis tyrannis, inter Patriæ patres reperti sunt parricidæ, hostem istigantes, vt
Machab. l. c. 7. Patriam perderet. *Sedit Demetrius super sedem Regni sui, & venerunt ad eum viri iniqui, & impij ex Israel: & Alcimus dux eorum, qui volebat fieri Sacerdos. Et accusauerunt populum ad regem, dicentes: Perdidit Iudas, & fratres eius omnes amicos tuos, & nos dispersit de terra nostra*. Alcimus contra Iudam? ex Hierusalem?
XXXVIII. quæ dudum Gentilium pressa iugo, Iudæ sanguine obduxit vulnera, modò vipera cadet, cum fecunda prole tumescit? Immemor forsan arescet ficulnea, quùm rore aspergitur, & roscida humano, regioque irrigatur sanguine? vel ingrata ceraunnia fulminibus pensabit oscula? digito Alcime, compesce labellum, reprime ora, nec in Iudam blaterare, cui patriam, fidem, Religionem credidère Fata? Cadat patria, polluatur religio, dummodò; Quid? dummodò Alcimus imperet, vtque Pontifex superemineat. Quis in sanctuarium te manuducet? Gentilis forsan templi possideat claues? Cælorum clauicularius haud legitur Satan? dum sacro induar superhumerali, & Synagogæ teneam primatum, Sanctorum ingrediatur Sancta, & laruatus abyssus vsurpet altaria.
XXXIX. *Sed & Alcimum impium constituit in Sacerdotium*. Oh impia Hebræorum natio, à te (si qui sunt) reliqui populi impietate traxère imperia adoriri. In Babylonem deformata ciuitas sancta tunc Dei laudauit regimen, cum Artaxersis est experta tyrannidem. Æquatis mœnibus, polluto templo, amisso Imperio, sepulcrum aula erat, vbi degebat horror, vlulatusque tonabat Auerni. Ex istis cineribus vti ab orco euocata phœnix pœnates Pa-
XL. trias reuocauit ad aras. Esdram dico, cum Persidis humanitatem reddendo tyrannis, Sanctuarium redemit Deo, principibus aulã, populis libertatem. Vulgato diplomate, cum Virgines Sion, Hebræorumque pueri, cum palmarum obuiantes ramis, patrem plauderẽt patriæ, Satrapæ, & Seniores, quia mœnia reparaturi credebantur, cucurrere, in blasphemias hymnos repentè vertentes; insimularuntque, quod Regis perduellis nouam Babel excogitaret, qua securior in Artaxersem mo-
Esdra. lib. 2. c. 2. v. 20. liretur (*Quid facitis numquid in Regem rebellatis?*) Lapidibus *in medio templi*, conabantur obruere. Sed qualia Israel murmura miscet? super flumina Babylonis plangentes sedite, dum recordamini Sion, & nunc tigride sæuior, saniem eructans, fas omne abrumpens, esuriens mordes pascentem? Forsan fluctibus agitata nauis, portum fugit, & tollens ad sidera palmas diuos haud vocat? & vos lapidibus obuiantes ei, qui ex fornace Babylonis vos in villam Engaddi manuduxit, in terram lacte, & melle manantem, vrbem conamini Principe viduare, cædeque sternere redemptorem, cui dedere tyranni Sanctæ ciuitati redimere libertatem? Vrbem firmate pace, ac Religionis præsidio, vallate mœnia, instaurate altaria, reparate templum, tribunalia erigite, portas aperite iustitiæ? *interficiamus eos*, sic clamant Satrapæ, *& cessare faciamus opus*. lib. 2. c. 4. Eius decus, nostrum est dedecus, & legislatoris innocentia, nostra patebit iniquitas, quæ venalem Synagogam efflagitat; & dummodò pinguescat gazophylacium, domus Dei fiat spelunca latronum. Cedat amor patriæ, populorum crucifigatur redemptor, cum *Optimates, & Magistratus* audet increpare. Quid- lib. 2. c. 5. quid excelsum est, cadat, si vtilitati præferat honestatem. *Nulla* enim *sunt, vel naturæ, vel amicitiæ, vel beneficientiæ satis firma vincula, vbi Maiestatis, vel imperandi furiosum desiderium inuaserit*. XLI. Aristot. Ethic. Natum Christum, quùm nuntiantibus Magis audiuit Iudæa, Herodes didicit; mox illa perdere, iste occidere molitur Christum; & dum successorem sibi Chrysol. serm. 146 timent, omnium perdere conati sunt Salvatorem: XLII. deniq; quia ipsum inuenire nequierunt, dolent Patriam, lac miscent sanguini, coæuos eius parricidali furore collidunt, laniant innocentiæ socios, quia culpæ participes inuenire non poterant, quos punirent. Æterni regis ortum molientes extinguere, dum temporalis Regni æmulantur angustias. Herodes? Regnum times, Cæli signum non times? Quid turbaris Herodes? quid es tantùm de successore sollicitus? Cui sidera militant, terreno non tenetur Imperio. *Herodes* (inquit Augustinus) Serm. 26. *timet successorem; Magi desiderant redemptorem, illi cupiunt inuenire Regnum, metuit ille finiri Regnum*, Turbatur Herodes, audiens Regem natum Iudæis, Auctor Imperf. semper enim grandis potestas maiori timori subiecta est; nam sicut rami arborum in excelsis positarũ, etiamsi leuis aura flaue-

flauerit, mouentur; ſic & ſublimes homines, etiam leuis nuntij fama conturbat; humiles autem, ſicut in conualle plerumque in tranquillitate conſiſtunt. Inde Pſalmiſta: *Exal-* [Pſal. 87. n.16.] *tatus autem, humiliatus ſum, & conturbatus.*

Poſtquàm alienum Regnum inuaſerat alie-
XLIII. nigena, tot cladibus, & ſacrilegijs Iudæa repleta, vt inter cauſas, cur nefandi regis tempore, Deus factus eſt homo, hanc proferat Chryſologus, *vt illi Deus adeſſet, cui homo non* [Sermon. 156.] *erat, qui adeſſet.* Tantas (querebantur apud Cæſarem Iudæi) ſub Herode iniurias, & contumelias paſſos fuiſſe, quantas nec vlla be- [Flauius Ant. Iud. lib 17. c. 17.] ſtia poſſet ingerere, ſi facultas daretur, vt hominibus imperaret. Synedrium Ieroſolymi-
XLIV. tanũ, quod conſtabat è LXXII. viris nobiliſſimis, qui tamquàm ordinarij iudices ex familia Dauidis, in domum magni Conſilij eligi ſolebant, è medio ſuſtulit. II. Infantes à bimatu, & infra Bethlehemiticos, & vicinos numero 144000. trucidari mandauit. 3. Amicos [Apoc. 7. n.4.] Regis Antiochi ſecundi, XLV. ſtrangulauit.
XLV. 4. Scholaſticos XL. cum præceptoribus ſuis, qui auream Aquilam de templo deturbarant, viuos cremauit. 5. Coniugem ſuam Mariamnen interfecit. 6. Socrum Alexandram interemit. 7. Proprium filium ex vxore de tribu Iuda prognatũ cæcìdit: vndè Cæſar Auguſtus, nefario comperto facinore, exclamauit: *melius eſt Herodis porcum eſſe, quàm filium*: quia ſimu- [Macrob. Satur. 2.] lata ſuperſtitione non ſoleret mactare. 8. Filios
XLVI. affectati Regni inſimulatos ſtrãgulauit. 9. Antipatrum filium, cuius calumnijs reliqui fuerant interfecti, ſtrangulari iuſſit. 10. Ariſtobulo affini, Mariamnes fratri, Sacerdotium, & vitam adèmit. 11. Maritum ſororis ſuæ Salomæ de tribu Iuda, & filium, quem ipſi vxor ex eadem tribu pepererat, obtruncauit. Huiuſce- [Ioſeph de Bello Iudaico.] modi morbo Herode prior legitur laboraſſe Pharao, cum obſtetricibus Hebræorum man-
XLVII. dauit, maſculos interficere, fœminas reſeruare: quibus non obſequentibus, illuſus Rex de- [Exod. 1.] nuò præcepit; quidquid maſculini ſexus natũ eſſet, in flumen proijcere: quidquid fœminini reſeruare. Nulla immunitas innocentiæ, vbi dominandi reptat libido: Ortum ante, naturæ
XLVIII. in ſinu, æmuli ſcribens ſanguine, gigantem veluti præcurſuram ad thronum, non ſubijci legibus, illi eſſe legem. Cum concepiſſet Re- [Geneſ. 25] becca, *collidebantur in vtero eius paruuli*, & meritò ibi luctabatur ambitio, vbi preſſa cecidit humilitas. Quid quærimus, an naturalis fuerit eorum conflictus? Præter naturam eſſe nequit, ſi ab ipſa edocèmur natura, diuinitatẽ æmulari. Non manumittitur fœtus, priuſquã originali compunctus, parentum in fide per XLIX. mare, per terras, per tertia Numina iuret, Tonantis ſpernere iura, vndè perduellis Olympi, Cælorum haud petit valuas, niſi renatus ſanguine Redemptoris. *Quicumque potentiam affectant, cætera omnia cupiditati ſuæ poſtponunt,* [Dio Caſſ. lib. 39.] *ita vt amiciſſimos, etiam genere propinquos, inimiciſſimorum loco habeant.* Patri genitalia ab- L. ſcidit Saturnus, nè familiæ propagatione anguſtiaretur Imperium. Filios helluatus lactantes, proprio tumulauit in ſinu, vt parricidio parricidium præcurreret. Nec irrideas Poetarum fabulas, veluti ſoli voluptati com- [Plutar. de Muſica] poſitas, ſed ad altiorem, & profundiorẽ men- LI. tem cogita, occultandam. Indè Plato indoctis Homerica negabat poemata, nè fabel- [In Alcib] las heroem illum ſcribere censèrent. Nemo penè neſcit (aiebat Plutarcus) neque Home- [lib. de laud. Poet.] rum, neque Pindarum, neque Sophoclem pro certo habuiſſe, quod ſcribebant. Saturnio proſapiam fabulis dono, ex ipſa tamen *noueris* [Xenoph. in Hierone.] *tyrannos complures liberos ſuos occidiſſe, multos à liberis interfectos; multos fratres Regnum am-* LII. *bientes mutuo parricidio ſe confeciſſe.* Sanguinis neceſſitudinem toties adduco, amicitiæ prætermiſſo vinculo, quia ſi illa ſacra, & venerabunda coniunctio, quę manu nequit humana, ambitionis pugione rumpitur; quantò magis hanc æmulatio diſcindet? *Nulla maior peſtis* [Cicero in Lælio.] *eſſe poteſt in amicitijs, quàm honoris certamen, et gloriæ.* Affines erant M. Brutus, & Caſſius, & familiares: poſt Pharſalicam cladem, Brutus LIII. Caſſio, qui Pompei ſequebatur partes, Cæſarem inclinauerat: vnàque in Cæſarem pro libertate tuenda, conſpirarunt. Vacantis tamen præturæ certamen, hoſtes fecit: affinitatem oblitus Brutus, beneficij immemor Caſſius [Plutar. in M. Bruto.] amicitiæ, vterque dignitatem æmulabantur, quæ, licèt iuſtiora Caſſius offerret ob multam, & ſplendidam ſtrenuitatem, apud Parthos cõparatam, Bruto tamen datur. Inuenire non eſt (aiebat Cicero) eos, qui honores, [in Læl.] Magiſtratus, imperia, poteſtates, amicitiæ non anteponant, vt cum ex altera parte propoſita hæc ſint, ex altera ius amicitiæ,

non multo illa malint. Licèt tantam amoris vim Poeta cecinerit,

Paupertas me sæua domat, dirusque Cupido,
Vt toleranda fames, non tolerandus Amor.

Neminem tamen latet amorem cedere maiestati. Inter multos Catonis amicos virtutem eius maximè admirantes, & alijs alios magis Plutar. in Caton. affectos, magisque præse beneuolentiam ferẽtes, in primis fuit Q. Hortensius, cuius tanti fecit amicitiam Cato, vt vxorem ipsam petenti

LIV. minimè denegaret. Canat igitur.

Periere cupidinis arcus
Contemptæque iacent, & sine luce faces.

At cum vrget Regni libido, necessitudo, quæ constans haud morti cedit, maiestati cōcedit.

Illud amicitiæ quondàm venerabile numen
Prostat, et in quæstu pro meretrice sedet. Ouid. de ponto eleg. 3.

Iurè dicas non solùm cum Tullio, quia imbecillis est natura ad contemnendam potẽtiam, sed quia solicitāte natura, rapimur ad captandam. Nullus amor, qui vincat paternum; attamen in filios sęuisse patrem, quem latet? Hodierna Turcarum Monarchia, nè præterita

LV. consulam tempora, hac sola tyrannide hallucinatur duratura, si genitorum parricidio vitæ prospiciatur regnantis. Perduelles sileo filios, qui sacra paterni nominis reuerentia minimè perterriti, in patrem arma cière: vt Mithridatem, quem sine horrore non legimus in patrem inuenisse Satellites, aut Deos ausum inuocare, *Quamquàm* (respondet Valer. Max.) Valer. Max. lib. 9. c. 11. *quid hoc quasi inusitatum illis gentibus miremur?*

LVI. Qum Sariaster aduersùs patrem suum Tigranem Armeniæ regem, ità cum amicis consensit; vt omnes dextris manibus sanguinem mitterent, atque eum inuicem sorberẽt. Turcarum primus, Selimus fuit, quùm à Baiazetho II. Othomanico Imperatore X. Accomathe altero filio seditionem mouente, reuoca-

LVII. Bertell. in vita. tus Byzantium, patri Imperium rapuerit, venenoque sustulerit. Sed vbi didicit, & audiuit cæca Gentilitas sanguine purpurascere genitoris? pietatis in sinu, Ecclesiæ in gremio, Christianissimi Reges, vsque ad quartam generationem minimè erubuère sanguine ma-

LVIII. deri parentum. Ex Himmeltruda Pipinum gibbosum, & claudum susceperat Carolus noster Magnus, tanta cupidine Regni ludentem, vt ad patris indulgentiam, cum insaniret potiùs, quàm resipisceret, in monasterium con- Ægnat. lib. 5. c. 9.

iecit. Idem patitur Ludouicus Pius Caroli filius, quùm à filio Lothario proditoriè vinctus, imperiali exuitur toga; Religionisque prætextu, Sacerdotum manu exibilatus tyrannus, pietatẽ culpare cogitur, & carcere ignota piare facinora. Familiæ omen erat: parricidio, & pietate certare, qua tamen parricidis auspicium potiùs datum, quàm ademptum, Carolomanni filij impietas, & Caroli Calui paterna testantur pietas.

Somniũ si maiestatis sit, ad simultates pro- LIX.
uocat fratres. Sui principatus somnium fratribus narrat Patriarcha Ioseph, & tanta aduersùs illum inuidia concitatur, vt de eius nece coniurent, nec illos, aut sanguinis communio, vel fraternæ charitatis vinculum, aut senis parentis reuerentia, vel (quod his mirabilius est) somnij nomen ab hoc immani facinore reuocat. Adeo primatus, atque honoris cupiditas quorundam obsidet mentes, vt nè somnia quidèm alienæ dignitatis æquo animo pati possint. Torqueat Cælum maledictionis fulmina, irridemus: & vt posteris consulamus dignitatum primatu, genus humanum, & superna temnimus arma. Cum à Rebecca patrem fallere suaderetur Iacob, vt LX.
fratris primogeniti vsurparet benedictionẽ, respondit: *timeo nè patet me sibi voluisse illudere, et inducat super me maledictionem pro benedictione.* Ad quem mater: *in me sit ista maledictio, fili mi.* Quid mirum maledictionem temnere? cum auctor maledictionis, mulier fuerit. Pro Imperio vtraque, superba fastigia patitur; sed priori tanto peior posterior, quod non pro se, sed pro alio Deum negligat: vt & de Agrippinna Neronis matre legitur, super Tacit. An. 14.
quo, consulenti cum responderent Chaldæi, LXI.
fore vt imperaret, matremque occideret: atque illa *occidat* (inquit) *dum imperet.* Proh infelicitas parentum, serpentum more, parere percrepando; & filiorum ascensum, non nisi parentum rotari descensu: nec risu cognoscere matrem, nisi priùs mater humili consumat lu- LXII.
mina fletu. Tantum amorem quali dilectione filij repandent? pro familiæ principatu li- Plutar.
ctoribus exulem prodere patrem, vt Lucius Ostius. Hostibus pro manubijs patrẽ, & pa- Floro.
triam tradere, vt virgo, vel furia Tarpeia. Sunt nè hæc Nazaræi iura, quum, vt capellas daret securas in orbe ludere, lupos suis saturauit

uit carnibus? Instruit forsan Lazari sororibus
LXIII. vsurpare, opida? publicanis telonia ? vel in Caluario Regnum super humerum venditare? Speculam in pectore lancea tenet apertam, vndè amoris neminem lateat interesse Verbum factum caro, vt Cæsari regna non raperet, sed imperia redimeret. Vide, inspice, mitte manum in loca clauorum, viscera tracta, nam sacra labia compescuit, vt amantium idiomate, corde fateretur. Zelo zelatus redemptionis prospiciens per fenestras, respiciens per cancellos, hùc te vocat Zelotypia laborans, nè mundani principatus debacchatus amore, cælestem deseras; caput inclinat, vt confidenter accedas, & inter tenebras nocturnus latro illius impunè thronum ascendas. Hoc vnum pro tantis, *quæ Cæsaris, dentur Cæ-*
LXIV. *sari: quæ Dei, Deo*. Greciæ totius Imperium, Athenarum adoriente Republica Themistocles sortem pollicebatur, dummodò vni tantùm artificium constaret. Arridens Senatus ex patrum numero Aristidem delègit, ac negotio præposuit. Congrediuntur soli, & proponente Themistocle, Græcorum naualem clàm cremare classem; Aristides Senatui renunciauit, Themistoclis Consilium vtile, quidem, sed iniustum, atque inhonestum. Hæc cum audirent, protinùs pertransire, ac silentio percurrere Senatus iubet. Silentium Principes, cum filiorum exilio hæreditas seruanda proponitur: Abrahamum enim laudo, sed filium exterminantem non laudo. Silentium, cum ad captandum primatum, virginum exiguntur stupra; quia Sodomitarum flagitio notatur Lot, Sodomitis virginum suarum abusum offerens. Sileant Iezabel, iura tua, & Nabothi vineta non vsurpemus, homicidij pretio. *Occidisti, insuper, & possedisti.* Redem- *Reg. 3. c. 21.*
ptionis ligno subditorum metiamur agros: eàdemque statera, qua Saluator diuinitatem pendidit, humana libretur iustitia. Pyrrhum LXV.
Epirotarum Regem infestis signis, mœnibus Romanæ vrbis appropinquantem, cum veneno tollere decreuissent Romani, pœnitentia postea ducti, à veneno, vt cauèret, monuerunt: illis gloriosior ruina sine fraude, quàm dolosus, & inhonestus triumphus: Cum Philippo Macedone, haud solùm proditorem instantes odio, sed proditionem in Thabor- LXVI.
re cum magistrum Petrus præterire Caluarium in monte gloriæ tentoria figere, redarguitur vt Satan, nesciens ea, quæ Dei, sed ea, quæ hominum. Satanæ enim thronus esset, vbi ipse castrametaretur Christus, dum vtili haud hærèret honestum.

LIBER SEPTIMVS.

CAPVT PRIMVM.

CAROLVS TERTIVS.

Occidentis Imper. VII.

1 *Hieroglyphici explicatio.*
2 *Allusio metrica Comitis Lelij Ploueni ad hieroglyph.*
3 *Ad idem, M. Antonij Moles.*
4 *Regna cur periodica?*
5 *Carolinæ stirpis defectio.*
6 *Caroli fatale nomen.*
7 *Caroli M. Imperium iam diuisum, in Carolo Crasso vnitur.*
8 *Carolus Crassus in sui partem Pontificem trahit.*
9 *Christi natiuitate Imperator coronatur.*
10 *De Slauis triumphat.*
11 *Pisces maris dicuntur piratæ.*
12 *Nepotibus regna vsurpat.26.*
13 *A Mauris, & Normannis deuastatur Imperium.*
14 *Lotharij filiam barbaro Regi despondit.*
15 *Vxorem adhuc virginem accusat vti adulteram.32.*

16 *Vxor Caroli virgo probatur ferri candentis experientia.*
17 *Carolus Craſſus Imperio priuatur.*
18 *Conſtantiæ, detruditur in Monaſterium.*
19 *Mira Caroli Craſſi conſtantia in aduerſis.*
20 *Carolo Craſſo morienti Cælum panditur.*
21 *Carol. Craſſ. mandat Chriſti annos Epiſtolis præmitti.*
22 *Aurea moneta Caroli Craſſi.*
23 *Ricchardis vxoris Caroli Craſſi effigies.*
24 *Micylli Carmina.*
25 *Epitaphium Caroli Craſſi.*
26 *Ludouici, & Carolomanni coronatio ex numiſmate.*
27 *Viennam deditione recipit ex numiſmate.*
28 *Neuſtria erigitur in ducatũ ex numiſmate.*
29 *Carolus Simplex Rupertum Othonis fratrem occidit, vt ex numiſmate.*
30 *Carolo Simplici Henricus Germaniæ ſe in fidem tradit.*
31 *Hincmari Epiſtola ad Carolum Craſſum, vt ad meliorem frugem reducat.*
32 *In magnis voluiſſe, ſat eſt, vide numiſma.*

I. Fortitudo cum ſocijs virtutibus in gradibus Caroli, earum ſemitis aſcendiſſe, licèt occupato clauo, Tyrrannis, Iniuſtitia, & Timor reluceant in throno, qui ſpeculo aſſimilatur, ſunt hieroglyphicum. Cor in ventre, vt quò Carolus Craſſus tẽderet, ex cordis intelligas poſitione. Annulus coniugalis, ſed fractus, cum baſiliſco ſuper ſceptrum, calumnia ſunt in vxorem violati coniugij. Regina ridens ad pedes, cuius in dextera ignitum ferrum, & in læua lilium ſub translucido velo, Ricchardis Caroli eſt vxor, cuius virginitas per decennium matrimonij tecta velamine, cum à marito inſimularetur, elementorum ignis, & aquæ innocentia, illibata apparuit, clauſtroque mancipata, Chriſti ſecundas virgo volauit ad nuptias.

Alluſio ad Hieroglyphicum.

EPIGRAMMA.

II. *Magnanimus quondã Rex Carolus, ille triũphos*
Regibus e multis, Qui tulit, Iſte fuit.
Virtutum gradibus ſolium peruènit in altum,
Iuſtus principio, fine ſed ipſe Reus.
Conſtituère gradus Prudentia Prima Dearum,
Iuſtitia, & tenuit, facta Secunda, locum.
Tertia Fortis erat Dea; Temperat altera mores,
Quæ Dea, Quarta ducẽ duxit ad vſq; thronũ.
Illic cum ſedit, Virtutes deſpicit omnes,
Quem ſtatuere throno, ſub pede preſſit eas.
Hinc Vitia exaltat, ſpeculis dum collocat ipſa,
Rex propria in ſpeculis, quid ſit Imàgo, videt.
Hæc Iniuſtitia, Hic Timor eſt, & Acedia, nec non
Crapula, quæ ventri dedita tota fuit.
Nectare, & Ambroſia nũquã ſaturata Voluptas,
Tranſtulit in ventrem Cor ſaturanda, ſuum.
Impinguatus enim Vitijs eſt Craſſus, & illi
Armis, ac ſtudijs, craſſa Minerua datur.
Imperat intereà, meretrixque Calumnia, Sceptro
Appoſita in dextram, ceu Baſiliſcus obeſt.
Annulus alba Fides Hymenæi fractus habetur,
Regis, & in læuà proditur alba Fides.
At Regina manu candentem prændere ferrum
Audet, vt illæſam comprobet igne, Fidem.
Lilia, quæ Virgo velabat, Adultera non eſt;
Dextra dat igne, Fidem; Læuaque flore, Decus.
Obticuit ſceleris conuicta Calumnia; Rex tum
Hanc ſibi mentitus, proſtituiſſe negat.
Proh ſtupor! incuſat malecauta Calumnia Regem,
Innocua eſt Vxor, Rex ſed Adulter erat.
Diſcite Iuſtitiam Reges? ſtat Iupiter vltor:
Hæc vos, quam iacitis, torta ſagitta, ferit.
Virtus dum colitur, Vitium reprobare iuuabit,
Quæ ſtruit Hæc, Illud vertere Regna ſtudet.

M. Anton. Moles Neap. S. Theol. D.

ALIVD.

III. *Virtutes Carolum tollunt: virtutibus inſtat*
Exilio Princeps, & fera monſtra vocat;
Et cor ventre tenens, inſontis fœdera lecti,
Accuſat; patitur crimina falſa pudor.
Ignem vxor manibus præfert, velamine, floris
Stemmata Virginei, Lilia caſta tegens
Lubrica ſic mutant ſolij faſtigia, mores;
Sæpe Coronatum ſceptra regitque ſcelus.

Comes Lelius Plouenus Nobilis Venet.

ELO-



E L O G I V M.

Aulici !
Anno Christi. 879. Vestrum est metamorphosis,
Ex Cæsare nihil,
Carolus etsi Crassus
In Fata queritur : IV.

Caroli M. arescit arbore, dicunt aliqui, sed verius in Conrado.

Quorum inuida series
Dans periodica regna,
Vt Regum Regis, & Dominantium Domini,
Cæsares noscerentur coloni, V.
Carolinam succidit arborem,
Caroli fatali omine,
Vt quod Augusti Augustulus,
Magni Caroli Carolus Crassus,
Tantùm iste perderet, quantùm ille acquisiuit. VI.
Generosæ sic in imbelles
Degenerant aquilæ, columbas.
At temporum sunt ista, non hominum.
Quatuor capita cum Caroli fulcirent globum,
Si adhuc barbarorum ictibus agitatus tremebat ;

Monarchia Caroli in quatuor partes iam diuisa, vnita stabat in Carolo.

Carolo ignosce,
Quùm solus nequit Orbem sustinère ruentem. VII.
In se Magna ruunt,
In magnis voluisse sat est,
Voluit, & Potuit,
Cum
Nutantem Pontificem versatili firmauit gladio ;

Argà Ludouicũ inclinabat Pontifex ad exclusionem Caroli.

Et Italiæ
Ann. 880 Galli cantus, Aquilæ venijt pretio. VIII.

Gallum munere Imperij sibi Itali conciliant: & à Io:8. Pontifice coronatur.

Christi Natiuitate gladio donatus,
Nè Angelorum aduersaretur præconio,
Et in terra Pax,
Prima Bella indixit *Mari*.
Et firmamentum ponens in medio Aquarum, IX.
In lubrico elemento Slauorum fixit victoriam ; X.
Nec rati Cæsarem dominari
Si volatilibus Cæli,
Et piscibus, Maris, scilicèt, piratis,
Cum piscantur, expiscantur. XI.
O Imperij digna species? nisi imperasses ?
Depresserunt, dum erexerunt.
Si præter iustitiam, Regna sunt latrocinia,
Haud Rex, sed latro Carolus
(Nisi quia magna classe Imperator)
Quùm specie iuuandi, XII.
Galliam Nepotibus vsurpauit,
Astutam vapido seruans sub pectore vulpem,
Cæsarisque gladium ferens sub toga Catonis ;
Sed Virtute destitutus, vel sorte,

Quod

XIII. *Bertarius Abbas S. Benedicti super altare S. Martini in Mõte Cassino à Mauris occiditur Sigonius lib. 5. Annal. Francorum, 4.*

Quod diù acquisiuit, citò perdidit;
Inter templum, & altare Pastoribus cæsis,
Imperatoris potiùs ignauia, quàm Maurorum ferro. *Ann.* 884
Ab Aquilone, vndè Omne malum,
Nordmannorum exurgens Rex Godefridus,
Metas, & Treuirim populando,
Occidenti iustitium prælудijt.
Frisia, Neustria Auorum sanguine partæ,
Barbaris oblatæ in præmium,
Et quasi gelido redemptæ Sanguine,
Nordmannorum sortitæ sunt nomina;
Nouus Agamemnon Carolus,
XIV. Pro vitula mactando virginem,
Nomine Gislæ
Deos ille: hominem, vt iste leniret,
Lotharij filiam Godefrido despondit:
Nec præualuit
Ex Scythico tyranno concipere,
Gallico ex Rege esse conceptam.
Sic facti affines, qui hostes conuenerant.

XV. *Regino. Annal. Metenses. Ioan. Henricus Baclerus, Mezerè Hist. Francorũ. p. 35. Luduuardus Vercellensis Episcopus, & Ricchardis vxor Caroli, vita Sanctimonia, & castitate insignis, vt adulteri insimulatur; postquàm ipsa tot annis mariti celasset impotentiam. In Alsatia Andelahense Cænobiũ, quarto ab Argẽtorato, milliari distans, extruit, & post probatã ferro candenti virginitatem dato repudio, Christo nubit.*

Callidus, sed non in thalamo calidus *Ann.* 887
Virginitatem ipsam, adulteram insimulando *Ann.* 887
Vxorem decennio virginem stuprauit mente.
Sponsæ Zonam nubem credidit,
Vt verborum solueret sonitu.
Sed cum ille perdere, ista perire haud posset
Elementorum innocentia,
Sui fecundauit integritatem.
XVI. Quùm aquæ, & ferri candens speculum
Illius debacchatam probauit amore,
Qui ardens, sed non comburens,
Magnus, vel magneticus ferrea corda trahit.
Leno Virginis iudicatus Imperator Orbis,
Lunam plenam dixit bicornem,
Cum in Corneliam, legem Papiam
Commutare nequiuit.
Sic Latio obstrepente,
Vxorem marito
Imperio repudiante Imperatorem;
Quod Carolo Primo Hadrianus dederat Primus,


XVII. *Decretum ab Hadriano post obitum Caroli Italis restitueretur Imperiũ. Baclerus ex Sigonio lib. 5. de Regno Italiæ. Anno 887.*

Carolo Tertio Hadrianus abstulit Tertius,
Gallica seruitute Italos manumittens.
Quassasset Orbis, ni Arnulphi fulcissent trabe,
Et trabea exutus Carolus *Ann.* 888
Nefarijs adoleuit altaria tedis.
Victima haud opimior mactatur Ioui,
Quàm Rex iniquus,
Fraternizant aula, & altare:
Quod Ioui hoc Regi licèt,
Ex aula claustralem detrusus in caulam,
XVIII. Constantiæ, vt constantior certaret in sortem;

Perre-

Perrexit, nec ediſcit, ſed edocuit
In petra patientiæ aſtra ipſa retundi,
Alacer rogans ſaturari de micis.
Sed lapides ferens pro panibus,
Et vittam, qua vitam angeret; XIX. *Strangulatur ex Theſauro in vita Caroli adnotat. 266.*
Inter Aquilam, Leonem, & Hominem
Vt Bos eleuatur in Cherubin,
Cui Cælum morienti panditur,
Vt XX. *Annales Fuldenſes An. 887. ſed in numiſmate Caroli Ann. S. 893.*
Deiectum Cæſarem inſpiceret mori ſtantem:
Vel
Hoſtium dilectione exſoluto Cælitum axe,
Pœnitenti Cæſari indecorum
Per anguſtam ingredi portam.
Aut
Pro inimicis orando Cælicos æquaſſet muros, *Triumphantiū more.*
Nec valuas, ſed dirupta per mœnia,
Ingrederetur victor.
Chriſtus à Carolo cùm recepiſſet annos; *Anni Chriſti Epiſtolis deplomatib. premittūtur ex Caroli inſtituto. Aucti. Chriſtian. Matthias, in vita Craſſi.*
Quaſi homini diceret Deus,
In manibus tuis ſunt tempora mea,
Vt fœnus ſolueret, dies reſtituit æternitatis, XXI.

XXII. Aurea Moneta Caroli Craſſi.



Ricchardis vxoris Caroli Craſſi effig.

XXIII.



Micylli Carmina. XXIV.

Arrogat Imperium procerum concordia Craſſo,
Qui bene priuatus vixit, & interijt.

Epitaphium Caroli Craſſi in inſula Rheni
Richenau prope Conſtantiam.

Carolus Craſſus Rex Sueuiæ pronepos Caroli Magni Bacler.
Italiam potenter intrauit, eamq; deuicit, Imperiūq;
Romanū, vbi Cæſar coronatus obtinuit, ac mortuo XXV.
Fratre Ludouico, vniuerſam Germaniam, & Galliam
Iure hæreditario acquiſiuit; demùm animo, mente,
Et Corpore deficiens ab Imperio ſane magno cum Fortunæ
Ludibrio deiectus, à ſuis omnibus poſtpoſitus humili hoc
In loco ſepultus iacet. Obijt anno 888. *Idib. Ian.*
Inciſa etiam.
Pannones, & Cimbros diuerſo Marte ſubegit,
Carolus, à Craſſo corpore nomen habens.
Sed bene, quas iuuenis Regis tractarat habenas,
His iterùm ſenior diſpoliatus obit.

CA-

CAPVT SECVNDVM.

Adnotationes Hiſtoricæ.

12 *Galliam Nepotibus vſurpauit.* Ludoui-
XXVI. co, & Carolomanno fratribus 880. anno dia-
demate



redimitis. Quùm auxilij prætextu aduersùs Boſonem ſuas copias duxit, in Galliam, & Bo-
Auent. Matthias Christia. ſone deuicto, Gallos ſibi iuramento alligauit Morbo tandèm poſtquàm correctus obijſſent Ludouicus in Fano S. Dionyſij. Anno 882. Menſe Auguſti, & poſt receptam deditione Viennam, Carolomannus ab

XXVII.



apro percuſſus, nullo obſtante, tota potitus eſt Gallia *Carolo* etiam *Simplici*, Ludouici, &
XXVIII Carolomanni fratri, Regno præcluſo, vſquè dum viueret Carolus Craſſus: & ab Anglia, quò ſe receperat, ab Archiepiſcopo Rhemenſi reuocatus, coronatur die 28. Ianuarij An. S. 893. annum ætatis cum ageret XIV. Iuuenis, cui ſola obſtitit Fortuna. Mortuo enim Othone, cui non tantùm hereditario verùm, & Belli iure legem dederat, vt ex numiſmate Neuſtriæ, nunc Normandiæ

 *Ann. S. 909.*

dignitate ducatus inſignitæ vides: Vbi Herculea claua in vinctos arguit Imperium, à Ruperto Othonis fratre denuò bello petitus, hoſtem ſua interimit

 XXX.

manu, glorioſus item, quia Henricus Germaniæ ſe in fidem



illi dediſſet, licèt tandem ipſo in triumpho ab Hugone Ruperti filio, captiuus decederet. An. S. 929. Hincmari Rhemenſis Archiep. ad Carolum Craſſum Imper. Epiſtolam retexere, qua

quā illi cōmendat, vt Ecclesiā Gallicanā penè collapsā restituat, Regni dissidia tollat, ac Lud. Balbi liberis institutores attribuat, inserere.

Domino Carolo Imperatori Glorioso Hincmarus Episcopus, ac plebis Dei famulus, præsentem, & futuram optat prosperitatem, et gloriam, audiens laudabilis fidei vestræ benignitatem erga filios sobrini vestri Hludouuici, quondàm senioris nostri, gratias Deo retuli, petēs, vt, qui dedit vobis velle, donet, quæ cœpistis perficere pro bona voluntate: & hoc tam per me, quàm per familiares, & subiectos mihi Domini misericordiam oro, vt vestra potestas, atque prosperitas in sua voluntate corroboretur, & vt in fide recta, & operibus bonis perseuerantem de temporali Regno, quandoquè ad æternum perducat.

1 *Precamur, Domine carissime, vt respectu Dei adiutoris, & protectoris vestri regiminis, Regni huius Ecclesiam, quam Christus acquisiuit sanguine suo; sicut, & per vniuersum orbem diffusam, apud nos in multis collapsam vestro sapienti Consilio, & potestatis auxilio releuetis, & Regni diuisionem consolidetis, ac Primores ipsius compaginetis: & quæ in hoc Regno propter dissensiones perperam aguntur, euelli faciatis, & istos iuuenes, Reges nostros; propinquos vestros, pupillos sinè patre, loco filiorum teneatis, & eis Regnum ab antecessoribus filiorum successione dimissum, per sugestionem Primorum Regni huius disponatis, & qui de Primoribus, cuique illorum conuenient, ordinetis. Et si fortè fuerint ex nostratibus, qui potiùs, quæ suæ voluntatis sunt, quàm quæ ad honorem, & defensionem sanctæ Ecclesiæ, ac ministrorum eius, & ad Regnum, ac Regni pacem, & tranquillitatem pertineant, facere velint, sapientia, & potestate vestra eos reuocate, vel si fuerit necesse comprimite, atque exteros aduersantes istis vestris filijs, & nobis omnibus vestræ Dominationi fidelibus defensionē solatij exhibete, quatenus, & apud Deum debitam indè remunerationem, & apud seculum nomen celebre habeatis.*

2 *Et quia legimus de Alexandro Magno, cuius pædagogus Leonides nomine fuit, quòd citatos mores, & inhonestum incessum habens in pueritia, idem Alexander ex præfato pædagogo suo eadem accepit vitia, quæ adultus in seipso corrigere voluit, & cum omnia Regna vicit, seipsum in hoc vincere non potuit, quoniam, vt quidam sapiens scripsit.*

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu.

Et de filio Salomonis Regis legimus, quia relicto senum, & iuuenum vsus Consilio, magnam partem Regni perdidit, & non suo, sed aui sui Dauid merito paruam partem Regni ei Dominus reseruauit: istis iuuenibus fidelibus filijs vestris Regibus nostris, maturos, ac prudentes, atque sobrios baiulos singulis constituite, qui oderint auaritiam, et eos verbo, et exemplo iustitiam diligere doceant, secundùm Scripturam dicentem: Diligite iustitiam, qui iudicatis terram, quoniam, qui diligit iniquitatem, odit animam suam.

3 *Doceant eos verbo, et exemplo sāctam Ecclesiam, et ministros eius honorare, dicente Scriptura: Presbyteris humilia animam tuam, et magnatis inclina caput tuum. Quibus Dominus dicit, qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit. Et, honorantes me honorificabo, et qui contemnunt me erunt ignobiles. Doceant eos verbo, & exemplo, Ecclesiæ sanctæ rectoribus, atque ministris debita priuilegia spiritu Dei condita, & totius mundi reuerentia consecrata, seruare, scriptura docente, lex Domini irreprehensibilis, conuertens animas, testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis. Et in Euangelio Dominus, Qui diligit me, mandata mea custodit. Et, si diligitis me, mandata mea seruate. Et Apostolus, Qui dicit, quia diligo Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Et item Dominus in Euangelio contemptoribus mandatorum suorum. Qui est, inquit, ex Deo, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.*

4 *Doceant eos verbo, & exemplo Regni Primoribus, & ceteris Regni fidelibus, atque Sanctæ Ecclesiæ defensoribus, vnicuiq; in suo ordine competentem legem, & iustitiam conseruare, dicente Scriptura: Iustitia Regis exaltabit solium eius, & veritate solidantur gubernacula populorum. Custodiant, & doceant eos castè, ac sobriè, & piè viuere, quia sicut dicit Scriptura, Spiritus Sanctus disciplina effugiet fictum, & aufert se à cogitationibus, quæ sunt sinè intellectu, & non habitabit in corpore subdito peccatis.*

5 *Proponant eis frequenter verba Sancti Cypriani, qui Regis ministerium in nouo gradu abusionum apertè ostendit, Regem, inquiens, non iniquum, sed correctorem iniquorum esse oportet. Vndè in semetipso nominis sui dignitatem custodire debet;*

debet. Nomen enim Regis intellectualiter hoc retinet, vt subiectis omnibus Rectoris officium procuret. Sed qualiter alios corrigere poterit, qui proprios mores ne iniqui sint, non corrigit? Iustitia verò Regis est, neminem iniuste per potentiam opprimere, sine acceptione personarum inter virũ, & proximum suum iudicare, aduenis, et pupillis, & viduis defensorem esse, furta cohibere, adulteria punire, iniquos non exaltare, impudicos, & histriones non nutrire, impios de terra perdere, parricidas, & periurantes viuere non sinere: Ecclesias defendere, pauperes eleemosinis alere, iustos super Regni negotia constituere, senes, & sapientes, & sobrios Consiliarios habere. Magorum, & ariolorum pythonissarum superstitionibus non intendere, iracundiam differre, Patriam fortiter, & iustè contrà aduersarios defendere, per omnia in Deo viuere, prosperitatibus animum non eleuare, cuncta aduersè patienter ferre, fidem Catholicam in Deum habere, filios suos non sinere impiè agere, certis horis orationibus insistere, antè horas congruas cibum non gustare. Væ enim terræ, cuius Rex puer est, & cuius Principes manè comedunt. Hæc Regni prosperitatem in præsenti faciunt, & Regem ad Regna cælestia meliora perducunt. Qui verò secundùm hanc legem Regnum non dispensat, multas nimirum aduersitates Imperij tolerabit. Et si Rex his, quæ præscripta sunt, contraria senserit, vel egerit, & in his contrarijs perseuerauerit, sicut in throno hominum primus constitutus est, sic omnes quoscumquè peccatores sub se in præsenti habuit, supra se modo implacabili in illa futura pœna habebit. Et non solum Regi, sed & omni, qui in dominationis est potestate, tria necessariò habere oportet, terrorem scilicet, ordinationem, & amorem. Nisi enim ametur Dominus, & metuatur, ordinatio illius constare minimè poterit. Per beneficia ergo, & affabilitatem, procuret, vt diligatur, & per iustam vindictam non propriæ iniuriæ, sed legis Dei, studeat, vt metuatur. Et in his, & alijs omnibus Princeps semper Deum cogitet, et illi adhæreat, quia nisi conditori suo pertinaciter adhæserit, & ipse, & omnes, qui ei consentiunt citò deperient. Omnis igitur, qui præest, hoc primitùs tota animi intentione procuret, vt per omnia de Dei adiutorio omninò non dubitet. Si namque cœperit in actibus suis auxiliatorem suum habere Dominum, nullus hominum contemptui habere poterit eius Dominatum. Non est enim potestas nisi à Deo, ipse eleuat de stercore egenum, & sedere facit cum Principibus populi sui. Deponit potentes de sede, & exaltat humiles.

6 *Ipsi autem baiuli magnoperè prouidère debent, nè super socios suos se extollant, sed iuxta Scripturam dicentem: Quandò magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Et sicut de Ioiada legimus, quia Ioas Regem puerum eleuauit, & vnxit in Regem, imponens ei diadema, et dans legem in manu eius, vt secundum illam viueret, & populum regeret, & docuit ipsum iuuenem Regem, vsquè ad ætatem adultam. De quo scriptum est, quia benè regnauit ipse Ioas, quandiù docuit eum Ioiada. Et S. Gregorius admonet nutritores filiorum Imperatoris Grecorum, vt ea illis loquantur, quæ eorum mente in caritate circa se inuicem, & erga subiectos in mansuetudine coniungant: nè, si quid odij inter se pueri conceperint, in aperto posteà erumpat. Verba, inquiens, nutrientium, aut lac erunt, si bona sunt; aut venenum, si mala. Talia, ergo in pueritia eis suggerant, quæ postmodum ostendant, quàm bona fuerint, quæ à nutritorum suorum ore suxerunt.*

7 *Debent etiam prouidère, nè tales illis in familiaritate iungantur, per quorum suggestiones ad iniqua opera, vel ad discordias inter se, & illorum subiectos corda illorum pertrahantur, quia scriptum est: Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Debent autem illi baiuli eorum persuadère, vt non sint inuicem inuidentes, inuicem prouocantes, sed mutua dilectione coniuncti, & ad inuicem se adiuuare parati. Quia vt scriptum est, Frater fratrem adiuuet, & ambo consolantur. Si enim, Domine mi Rex, huius Regni Ecclesia, & ministri eius, ac populus, hæc per vos obtinuerint, quantam mercedem, & remunerationem indè apud Deum, & bonum nomen apud seculum habebitis, & verbis Apostoli pensare potestis, qui dicit: Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum suorum. Si ergò Apostolus spiritu Dei plenus de vno peccatore conuerso tantam remunerationem præmittit, colligat sapientia vestra, quantam de tantorum salute, ac profectu remunerationem apud Deum habebitis.*

15 *Callidus, &c.* Carolus Luduardum Episcopum Vercellensem, *virum sibi percharum, & in administrandis publicis vtilitatibus vnicum Consi-* *Annales Metensis Ann. 88[?] Regino.*

XXXII. *Consiliarium, obiecto adulterij crimine, eo quod Reginæ secretis familiarius, quàm oportebat immisceretur, à suo latere cum dedecore repulit: Deindè paucis interpositis diebus coniugem Ricchardem (sic enim Augusta vocabatur) pro eadem re in concionem vocat. Et (mirum dictu) publicè protestatur, numquàm se carnali coitu cum ea miscuisse, cum plusquàm decennio legitimi matrimonij fœdere eius consortio esset sociata. Illa è contra non solum ab eius, sed etiam ab omni virili commixtione se immunem esse profitetur, & de virginitatis integritate gloriatur, idquè se adprobare Dei Omnipotentis iudicio, si marito placeret, aut singulari certamine, aut ignitorum vomerum examine fiducialiter adfirmat. Erat enim religiosa fœmina. Facto autem dissidio, in monasterio, quod in proprietate sua construxerat Deo famulatura recessit Riccharda* subiungit Hermanus Contractus) *adulterij cum Luituuardo Vvercellensi Episcopo incusata, Aquino iudicio se ab omni virorum commixtione integram, & virginem comprobauit, quamuis iam duodecim annis in coniugio Imperatoris apparuerit. Moxquè à Rege separata, in Andelahense cœnobium virginum à se constructum decessit: ibiquè Deo seruiens, virgo Regina permansit.* (*In Chron auctiore.*)

17 *Italos, &c.* Italia multiplici concussa motu, Francorum Imperatorum, Regumque nomen ob intestina dissidia, & imminutas opes adeo abhorrebat, vt si quid accideret Crasso, de proprio constituendo agitaret Rege. Inde Hadrianus III. Papa, Italorum adductus flagitationibus, pro Italiæ dignitate decreuit, *Vt moriente Rege Crasso sine filijs, regnum Italicis Principibus vnà cum titulo Imperij traderetur.* (*Sigon. propè finè lib. 5. de Regno Italiæ.* XXXIII.)

20 *Cælum morienti panditur.* Idib. Ian. moritur Carolus, & mirum in modum vsquè dum honorificè in Augensi sepelitur Ecclesia. *Cælum apertum est multis cernentibus, vt apertè monstraretur, qui spretus terrenæ dignitatis ab hominibus exuitur, Deo dignus cælestis patriæ vernula mereretur fæliciter haberi.* An. S. 887. licèt ex sequenti numismate, (*Ann. S. 887.* XXXIV)



(*In Francia Metallica tantummodò cusum vidi.* XXXV.)

cuius ab vna Carolus Imperiali coronatus diademate: & ab altera Fortuna, à qua veluti calce petitus Carolus, vnà cum Imperio Longobardorum, Gallorumque exuitur Regno: Sub Anno 893. Exindè numismatum vtilitatem quùm colligat historicus.

LIBER OCTAVVS.

CAPVT PRIMVM.

ARNVLPHVS

Occidentis Imper. VIII.

1 *Allusio ad hieroglyphicum Imperij, quod in equo efreni figuratur, Lælij Plouenì Patritij Veneti: & M. Antonij Moles.*
2 *Micylli antiqua carmina pro Arnulpho.*
3 *Thronus trutina Regum.*
4 *Arnulphus Imper. nothus fuit.*
5 *Ducem Morauiæ Zuedenbaldum Regem facit Arnulphus.*
6 *Hungaris aperui valuas, vt in Europam irruerent.*
7 *Guido, & Arnulphus quando? & à quibus Imperatores creati!*

 8 *For-*

8 *Formosus Pontifex nepotem in Cæsarem eligit.*
9 *Arnulphi victoria contra Nordmannos.*
10 *Arnulphus duos Reges occidit.*
11 *Vocatus Regnum Galliæ nepotibus vsurpare, renuit Arnulphus. 15. 24.*
12 *Berengario Italiam restituit Arnulphus.*
13 *Morti damnat Arnulphus Ambrosium comitem Bergomi.*
14 *Guidonis mors.*
16 *Arnulphus Romam capit.*
17 *Lambertum fugat Arnulphus.*
18 *Venenata potione ab Agiltrude perimitur Arnulphus.*
19 *Arnulphus pediculis vexatus moritur.*
20 *Humanitatis miseria.*
21 *Moneta aurea Arnulphi.*
22 *Epitaphium Arnulphi.*
23 *Vxores filij, & concubinæ Arnulphi.*
24 *Tutorem nepotibus tradit Arnulphus, vt ex numismatibus datæ, & finitæ tutelæ.*

Dominandi libido, quæ homines, Deos ipsos fatigat, humanum Arnulphi Spiritum (qui sonipi comparatur) duorum Regnorum sollicitabat calcaribus, vt sibi oblato Galliæ, & ab hostili manu vindicatæ Italiæ potiretur Imperio. Sed ferocissimi, & efrenis equi, rationis lupo constringens maxillas, maiori, qua tentatus violentia, reprimit, & in aere appensum tenet, nè aliena inuadens Regna, plus Regno tribueret, quàm amicitiæ. Aquila super Arnulphi galeam rostro oleam, non fulmina gerens, & vngue stateram, iustitiæ, & pacis, quam sanctè coluit Arnulphus est Hieroglyphicum.

Allusio ad Hieroglyphicum.

EPIGRAMMA.

I.
Ambitio audacem stimulat conscendere beluam,
Pacis at in galeà mitia signa vides;
Effera suppositis minitatur belua Coronis,
Sed ratio, & virtus frena superba regit.
Cæca est ambitio, quæ corda Potentibus inflat;
Vnus Alexandro nec satis Orbis erat.

Comes Lælius Plouenus Nobilis Venet.


Allusio Altera.

Quàm meritò Arnulphus, trinam tua Fata coronã
Nectunt ex astris, quæ Tibi trina fauent.
Italiæ sceptrum, Gallorum percipe Regnum,
Imperio has gemmas addere, sorte datur.
Est equus impatiens, ceu sensus prona voluntas,
Imperij gyrum, qui super ire, cupit.
Aere suspensus, medio se corpore sursum
Eleuat, vt saltu, Regna cupita petat.
Hunc premis Altus equum; freno cõpescit, et illũ,
Vel tua quà sensum mens ratione, domat.
I procul Ambitio, regnandi hæc summa Cupido
Detur Alexandro, Qui Minor Orbe fuit.
Hinc Aquila in galeà rectæ, quia mẽtis Alumna,
Iustitiæ signum, tessera Pacis erit.
Ore vbi fert oleam, seu cũ leuat vngue bilancẽ,
Iustitia Imperium, Pax data Regna regit.

M. Anton. Moles Neap. S. Theol. D.

Micylli Carmina de Arnulpho. II.

Hic quoque non modico vicit certamine Cimbros,
Gallica dum vario regna timore premunt.
Sed quia diuorum spoliauerat impius aras,
Idem Syllana tabe peremptus obit.



ELO-



E L O G I V M.

Ann. S. 889. Thronum trutinam,
Regni die Regem in sæculum pendi
Pandit Arnulphus,
Tollant, vel extollant Fasta?
Biuia posteritas.
Appensus in statera,
Inuentus est minus habens:
Vt supereminens cunctis,
Inclinaretur nulli.
Dum ortus, quærit parentem
Fit Pater Occasus.
Ann. 890 Galliæ, nè suus deesset Macedo,
Morauiæ ducem Zuendebaldum
Diademate redimiuit Bohemiæ.
Lethale munus, vndè Orbis funus,
Haud gratum exègit amicum,
Sed inuidum firmauit proditorem.
Hunc vt reprimeret, Europam pressit:
Germaniæ claustra Hungaris aperiendo.
Exauctorato Carolo,
Et vni Atlanti impar Imperij pondus,
Ann. 891 Arnulphi trabe
Fulcierunt Principes in Germania:
Guidonis,
Pontifex in Italia.
Horum Vter Cæsar?
Si Regum causa Superis applicanda,
E Cælo petiti, Deo reddant innocentiam.
Orbem cum reserasset vterque, Formosi clauibus
Plus fidit in terra Papa, quàm Iupiter in Cælo,
Bino radiare Sole.
Sed inimici eius domestici
Cui caro, & Sanguis reuelauerat nepotem
Verbi recordatus in verbo,
Pontificatum, & Imperium,
Dexteram Mundiquè sinixtram,
Non est meum dare vobis,
Ann. 894 Illegitimum fassus est imperare legitimè
Quùm in ripa Mosæ
Centum Nordmannorum millibus cæsis
(Vt de cruento flumine victor
Non plus aquæ biberit, quàm sanguinis barbarorum)
Vix vnus euasit,
Bacchantem famam comitaturus per Orbem.
Eques cum aduolasset, pugnauit pedes,
Vt fugam intercluderet, & victoriam,
Quæ desperatione paratur.
Hercule maior duos Reges vno confecit prælio.

III.
Carolomani Bauariæ Regis ex Carētina filius naturalis. Vt beneficijs prouocaret amicū, Regem fecit. Sigebertus.

IV.
Hungarorū auxilia stipulatur stipendio contra perfidum Zuendebaldū, vnde reserata via, qua barbari in excidium Euro-

V.
pa irruerent. Luithprandus. Duo Cæsares eod. tēpore creātur: Guido à Pa-

VI.
pa Arnulphus à Principib. Germaniæ. Guido Formosi Papæ nepos erat, & cū Romanis iugū imponeret, à Formoso im-

VII.
ploratur Arnulphus, qui anno 894. in Italiam descēdit. Sigon. Annal. Fuld. Nordmanni in Galliā, & Germaniā grassantes in opido S.

VIII.
Loth, Episcopum Constantiensem trucidarunt. Inde in Vormatia Mogūtinum Episcop. interfecerunt. In quos mouens Arnulphus ita egit, vt eorum vix vnus euaserit; & nostrorum vnus ceciderit. An. Fuld.

IX.
Cum tali se communisset loco vbi equitatus vsui esse non poterat, equitib persuasit Arnulph vt ex equis in pedestrem aciem descenderent. Quo, ita cōcidit, vt duos etiā Reges Godfridum, & Segifridum interimeret Rgino.

X.

Victo-

Victoriam ſuam cum non caperet Germania;
Gallia ſemet obtulit in triumphum,
Vt Lilijs conuolueret Lauros,
Rens renuit,

Galliarum noluit ſalutari Rex. Caſperius Geuartius.

XI. Hoſtium non pupillorum ducens opima ſpolia.
Caroli regium ſtipitem
Fatur Arnulphus, inſeram, non incìdam;
Egrediar agro, nè pupillorum aggrediar Regnum,
Actum erat de Berengario,

Sigon. Annal. Fuldenſ.

XII. Ni ſeculo illo contigiſſet Arnulphus,
Aſſuetus legitimare, & tyrannos,
A ſacro inuocatus hoſte
Venit Vidit Vicit
Italiam Guidonem Romam.
Bergomi in portis, exaltauit iuſtitiam,
Suſpendio Ambroſium Comitem Nemeſi libando,

Sic terrore Italiæ iniecto, totã occupauit regionem.

XIII. Nè per ſpeculam raptorum,
Sed iuſtitiæ valuas videretur ingreſſus.
Interim Guidonis pectus impar Imperio,

Luitprand. lib. 5 c. 10. Puteanus lib. 5. p. 263

XIV. Cum illud, & vitam euomeret,
XV. Pacatam Italiam Berengario reddens Arnulphus,
Regni munere prouocauit amicum.
Roma diù luctata, non eluctata,
A lepore vidit ſuos profligari leones:
Quùm equorum ephippijs lepuſculo duce, Ann. 896
Leoninis conſcenſis mœnibus,
Volantes irretiuit Aquilas,
Et Romano cruore Gallicam exterſit ignominiam.

Excitum è latebris leporẽ militibus inſequẽtibus: Vrbẽ petiveriti Romani, mænia cum deſererent; Roma capitur. Sigon. lib. 16. de Regno Ital.

XVI. Vt quondàm anſerum clangòre perditam Romam,
Leporis redimeret ſaltu.

Vrbs Leonina Romæ eſt prima regio.

Sic Gentium domina faciliùs, quàm lepus capitur.
Sed vtinam pia Senonum barbarie,
In curulibus ſellis non prætextatos ſenes,
Sed ſanctimoniales, Chriſtos ipſos
Pari vecordia mactantes, expectaſſet,
An liquèret *homines eſſe*.

Non pueris, non mulieribus, aut ſacerdotibus, ſacriſque pepercit virginibus. Sigon.

Iratum Cælum iuratam fefellit felicitatem.
Guidonis ſanguinis, & ambitionis hæres Lambertus,
XVII. Latrocinia magis, quàm bella gerens

Fugitiuus Lambertus.

(Vt non tam vincere eſſet, quàm inuenire)
Fœminæ excitauit arma, aſtum, & dolus.
Quibus Imperij Argum eludens Agiltrudis
XVIII. Itala Circe Soporiferi circo
In belluam viro variauit virum.
Et nè ſub Firmo infirmus caderet,
Fœmineo Annibali
Cedit Cæſar,
Dubium an potione aptiùs vinceret,
Ille Africanos, iſta Germanos,
Bibit Arnulphus, & ſomnum imbibit.


Cum opidũ firmianum obſideret, quò ſe cum filio Guidonis receperat vxor, à pincerna auro per fœminã corrupto decipitur, venenata potione Luithprand.

Poſt

Post triduum expergefactus, cum in Berengarium Moliretur, *Potione fit insanus.*
Vt de Salomone dictum: Arnulphus fuit.
Germaniæ, non sibi redditus,
In Cælum extendens manus,
Humiliatus terræ pediculis,
Ann. 899 vel 900. Imperij Anno 12. deunx assem compleuit. XIX. *Anno 900. deducitur decessisse ex Epitaphio, quod extat Ratisbonæ.*
Viuus vermibus saginatur,
(Nè terra illo contabesceret sanguine)
Ouantibus in Imperatoris carpento.
Nordmannos vicit, sed non animalia terræ,
A quibus, vt quondàm Sylla, peresus obit. *Epitaphium Sepulchri, apud Velium.*
Quæ Te Mortalis, quæ tanta Superbia cœpit?
XX. Est sibi quàm multus, respice, Vermis, Homo!

Aurea Moneta Arnulphi Imp.

XXI.



XXII. Ratisbonæ in Choro Monasterij Sancti Emmeranni.

Epitaphium Arnulphi.

Hac Arnulphus humo est Cæsar Romanus humatus
Quem Galli Regem, Boij habuere ducem.
Hic Aedem Emmerane tuam defendit, & auxit:
Prædia sunt testes, splendidus atque Liber.
Ad nostram cineres Dionysi transtulit vrbem,
Finibus è Gallis quos, pia furta, tulit.
Postquam non gentes, Titan compleuerat annos,
Cæsar persoluit debita iura necis.

Vxores Arnulphi Imperatoris.

XXIII Agnetam dicunt Græcorum Imperatoris filiam, quam duxit cum Bauariæ, & Carinthiæ dux esset, ex hac Arnolphum siue Arnoldum suscepisse cognomen *Malum*, qui impiè cũ se diabolo manciparet, viuus etiã ad inferos est sublatus. Iusta siue Ludgarda fuit Guelphi ducis Bauariæ filia, ex qua Ludouicũ IV. in Imperio successorem, & filiã Eudgardã habuit, & naturales Senebaldum, vel Zuendeboldum ex Helingardà concubina, à Lotharingiæ Regulis obtruncatum, Rapoldum, & filiam Bertham. *Christia. Matth. in vita Arnulph.*

XXIV. *Renuit*, sed iussit Othonem filium Roberti Francorum ducis aduersùs Normannos Regnum Franciæ nomine regio vsque ad annos pubertatis *Caroli Simplicis* filij Ludouici Balbi, & Caroli Calui nepotis administraret, vt & regiæ administrationis, videre est insignia,



& depositionis.



898. quandò in morbum prolapsus suasit Gallis; & fratrem Carolum simplicem Ludouici, & Carolomanni, quem spectabat Regnum, Regem agnoscerent. Moritur 4. Non. Ianuarij.

CAPVT SECVNDVM.

De Nothorum Indole.

1 *Illegitimorum Iudicium dubium.*
2 *Illegitimi cur moliantur in legitimos.*
3 *Vxor quomodo concubinam præcedat.*
4 *Vxores Turcarum vni seruiunt earundem.*
5 *Naturæ declamatio in artem pro nothis.*
6 *Natura vult omnes legitimos. Illegitimos facit ars.*
7 *Natura cur tantis dotibus nothos iuuauerit?*
8 *Iephte Galaadita nothus, sed bellicosus, & Patriæ redemptor.*
9 *Carolus Martellus Saracenorum malleus, nothus fuit.*
10 *Nothorum nobilitas nulli debetur.*
11 *Studio quandoquè nothos natura facit, & cur?*
12 *Seruius Tullius nothus, sed facinoribus clarus.*
13 *Partus rarò deformes quàm adulterini.*
14 *Ecthiopes, quando album partum edant?*
15 *Iacobi artificium, vt pecudes discoloratos ederent partus.*
16 *Speciositas partus vndè veniat?*

I. IVdicij veritas, quæ ex iudicum surgit innocentia, inter legitimos, & illegitimos, vt illegitima nutat, cum nothorum est controuersia. Quibus suæ causæ ius dicere minimè datum? (*l. qui ff de iurisd. omn. Iud.*) Illos verò tamquam suspectos, & in dies adinuicem digladiātes, remouendos nothorum est querimonia. Vt neminem aliena astringi culpa, ita & aliena vacare pœna, naturæ lex est, cuius proedria, etsi ciuilibus se-
II. clusi legibus, nè cum legitimis in mensa sedeant illegitimi, primos autumantes recubitus, cum inter nouissimos haud tolerentur, inter primos volunt præcellere. Ex naturæ iure est æmulatio: quo legitimus naturali præ- (*tit. quib. mod. nat. effic.*)
III. fertur; eo titulo, quo vxor concubinæ, dignitate saltem, vt docuit Vlpianus. (*l 49 §. 4. de leg. 3.*) Et licèt innoxia prolygamia gentibus, mulierum vna Principem tenet, cui haud reliquæ inficiantur, sed grato seruiunt animo (vt inter Turcas) vt merito blandientes, gratiam aucupentur. Quidquid sit de eorum dignitate, quæ quanta, & qualis, habebitur infra, in propatulo est, quod deunx operibus sanguinis compleat assem, & arte æmulante naturam, quæ auara manu sanguinis negauit vnciam; vel artem obiurgante naturam, quùm sanguinis prodiga in artem, quasi nouercam, solemnitatum defectu sanguini resistentem, & naturæ delatricem clamat. In quo peccaui ò Ars, V.
vndè ex sorore delatrix, Orbis in proscenio partus meos insimuleris? forsan in me paulo liberiùs inuectam turpitudo vindicabit personæ? Innocens nata, & semper ero, tui nacta labem, vituperor. Bacchanti libidini, vt parcas, quæ legum funiculis comprimi quiuerat, mihi improbas somnos tuos? Si vigil matrimonij vinculo Venerem irretisses, nothorum minimè notareris ignominia. Oh grande nefas, legitimationis prætextu natalibus restituere natum, ac si nasciturum; quasi homo, cuius audes supplere natalia cęcus, vel claudus fulcro indigeat, vt pergat. Quid hæc natalium

lium restitutio, & artis miraculum? Sanguinis exuberantiam, quùm orbem Orbi dedi, quia obdormiens transfigis, illegitimum obiurgando repandes? vt tandem fictionibus (audaciā horrescite) legalibus (ius datum sceleri canite) retrotrahas tempora, astrorumque cursus pareat apochis aulicorum; & iuris prætextu meos abderes errores, quùm virginitatem meam (si gaudeas inficiari) dicas gelido maduisse sudore, vt neminem lateret, insomnem traduxisse noctes, vt ex nihilo mentes educerem hominum, quas ars somno sopita, summi Opificis vt phænomena temnens, cubare dicis naturam, cum natura exuscitat artem. Vtque mihi vncile imponas pondus, artis vncia assem æquilibrare naturæ. Quale probrum inficiaberis mihi, vbi spernentibus matrimonia gentibus, haud tantummodò barbari, sed
VI. bastardi sunt fœtus? Nascentis Orbis primordio ad vnionem prouocaui, & connubialibus vinculis in carnem vnam coaluère duo: licèt Platonū tuorū Respublica, quos diuinos vulgasti, in lupercalibus, libidinis pretio vxorem exponeret. In legitimos, & illegitimos haud discriminarētur partus, si casti subditi, & vigi-
VII. les Reges. Quo voto putas acutissimo ingenio, bellica indole, forti manu, secūda fortuna, quos tu damnas, iuuasse? à te deferendos præuideram, & nè me, sed te nouercam improperarent, literis extuli, & armis, vt si haud hominum opinione, veræ merito iuuarentur nobilitatis. Hebræorum Iudicum cum legis fa-
cap.11. sta, Iephtem Galaaditem, nè pertranseas. Cōtra leges natus, quasi legum immunis, quarū
VIII. tenore furtiua eius resonabant natalia furibus conuixit. Tanto profectu, vt latronum Princeps euaserit. Vsquè dum Ammonitarum armis Galaaditas prementibus, ad profugum Iephte patria confugerit, Regem flagitans, quem noluerat ciuem. *Veni, & esto Princeps noster, & pugna contra filios Ammon*, precantur supplices, qui iam tumidi, vociferantes, eiecerant: *Hæres in domo patris esse non poteris, quia de altera matre natus es*. Non aliud labantis patriæ remedium, quàm vt ab vnius nothi regeretur Imperio, cuius manus ab Ammoni-
Ps. 117. tarum rabie libertatem, Regnum, honorem,
v.22. & populorum seruauerat bona. *Lapidem* (huc Psal.) *quem reprobauerunt ædificantes: hic factus est in caput anguli*. Regiam igitur infulam pactus sub pugna, vt Religionis voto pium auspicaretur duellum, quidquid occurret primùm redeunti victori deuouit. Vicit, & in Patriam victor rediens, & viginti ciuitatum opima in triumphum spolia trahens, nil antè filiam pro foribus vidit, inter virginum saltantium choros. Huiuscemodi sunt Fortunæ saltus, quid aliud vouissent hostes? Osculo Natæ libato (more carnificis) vicimus (inquit) sed tuo sanguine pacti victoriam. Suspensis tunc reis contremuère subsellia, & ad patris tribunal, ipsa horruit natura, cum nè moram pietati faceret impius videri voluit in suos, quàm à concepta in Deum pietate desciscere. Alligauit more victima filiam, vt se solueret voto. Innocentem damnauit, nè reus esset. Exardescens magis in aræ cinere, quàm in campi puluere, cùm hostes vicisset, vincere voluit naturam, & artem. Clament nunc illegitimum iura, qui vt legibus staret Religionis, amoris pignora, naturæ præcordia, filiam cremauit vnigenitam. Ex sacris ad profana Fasta Carolus Martellus obijcitur Pipini pusilli filius ex pellice natus, quam in delicijs Pipinus habuerat, Gaguino teste. Propterea eū Plentruda persequente nouerca, Coloniæ cu- IX.
stodiæ traditus, nè humanitùs (ita forsan vo- *In vita Caroli*
luere fata) periret, qui labantis Galliæ stabat *Martelli.*
cælitùs designata columna. Custodiam euasit, cum hostes vincula patriæ pararent. Delectis copijs ancipitem expertus fortunam, secundam habuit, cum ad libertatem non ad tyrannidē visus est arma mouere; Clementia nactus amicos, quos acie deuicerat hostis, in Mineruam exculpsit Palladem; & Regibus donato diademate, tutiùs duxit regnandi libidini, quàm populis Imperare: lilia haud excutiendo, sed irrigando. Vascones, Sueuos, Baugarenses, Dannubij accolas, Alemannos deuictos, Gallico cū subiugasset Imperio, tot victorijs clarus, domum se recepit. Tali profectò Principe opus erat, cū vndiq; insurgentibus bellis, quateretur Francia. Eudo namque perfidus Vasco vindictæ appetens ad Hispanos profectus: Abidiramum Regem Religioni Christianæ infestissimum hostem magna victoriæ spe allicit: Francos petat. Victoriæ illecebris irretitus Hispanus, tot Sarracenorū delegit millia, vt tanto apparatui Orbis ipse cederet in triumphum, ni hosti occurrens Ca-

solus cognomento exindè Martellus, cum vna acie, tricenta octoginta quinque millia trucidasset. Iurè Martellus, quo hostium ferrum, & ferocia obtusa, & contrita in cineres euolauit. Vndè tot, tantisque factis promeritus, vt Galliarum plauderetur Pater, & iurè: cui enim ciuilia iura dabant vulgum pro patre, gentium, & populorum, & Regum, Cæsarumque natura fecit parentem. Suorum nudauit successione Cæsarea lex, & inter infulas, laticlauia, purpuras, diademata natura reposuit. Paternam negarunt nobilitatem iura; & nobilitatis fontem hauriere astra, vt nulli teneretur, quàm sibi. Verè de hisce Tullius;
X. Nobilitas mea à me incipit, tua in te desinit; & vni tantum astrictus Summo rerum Opifici, haud redarguor, Antiquorũ pictos ostentando vultus, sed vnicum glorior exemplar, non exemplum; quo vti in speculo componatur Posteritas, tanto speciosior, quod arboris nobilitas immunis opprobrij, maiorum deficientia, quorũ stemmata, quantò longiora tantò maculata flagitijs. Romanorum, &
Plutar. Græcorum subticeo gloriosam originem, nam annales Romuli, & Thesei, vtriusque nationis coryphæa, locupletati triumphis, sinunt potiùs venerari, quàm resonare facinora.
XI. Quos tamen humana soboles, tantis liberis forsan egena, vt condignum daret parentem, nothos proscripsit, vt abderet egestatem.

Non Longè Seruius Tullius, cui regi-
XII. men Romæ, Nec obscuritas inhibuit natalium, nam matre serua creato; teste Flo-
cap 6 l. 1 ro: vel concubina, vt voluit Sextus Pom-
De V.S. peius. Nam ob eximiam indolem vxor Tarquinij Tanaquil liberaliter educauerat: & clarum fore, visa circa caput flamma, (quasi faces natura accenderet, vt sui paterent facinora) promiserat. Ergo inter Tarquinij mortem, annitente regina, substitutus in locum Regis quasi ad tempus, Regnum dolo partum sic egit industria, vt iurè adeptus videretur. Ab hoc Populus Romanus relatus in censum, digestus in classes, curijs atque collegijs distributus; summaque Regis solertia ita est ordinata Respublica, vt omnia patrimonij, dignitatis, ætatis, artium, officiorumque discrimina in tabulas referentur, ac si maxima ciuitas minimæ domus diligentia contineretur.

Vndè verũ agnoscamus illud Sophoclis, apud Stobæum: Nothus, seu naturalis, si probus fr. 196. est, æquè vt legitimè natus valet. Omne vtile ingenuam habet naturam. Vt sæpè arida seminatio vincit pinguem terram: ita quamplurimi nothi legitimis præstantiores.

Quod non solum naturæ est Prouidentia, vt virtutibus indueret, quos hæreditate, & XIII. familia, nobilitateque exutura lex erat, sed & amoris, cuius partus potiùs, quàm seminis sũt recensendi. Certum est summa, & excelsissima produci ingenia nulli secunda, quùm non ex coniugij consuetudine, sed flagrantis amoris cupedine mas, & fœmina copulantur. Rarò Gibbosa, clauda, vel cæca videntur corpora, quùm ex adultero, vel amasio concipit. Sed venusta, speciosa, digna miramur Imperio. Famulatrix enim natura, cuius officium in generatione est obsequium, ea conglutinat organa, quæ in formigraphia Phantasiæ generãtis expressa sunt, nec datum naturanti, vel mouenti naturæ, motæ, vel naturatæ lineamenta transcendere. Quod si ex Æthiopico coitu videas album vagire puerum, pro certo habeas in nigro seminasse vase, sed album cõ- XIV. cepisse obiectum, vel ex obiecta pictura, cuius species in phantasia vigerent coeuntium. Indè alios auo similes: vt ex geminis quoque alterum patri, alterum matri, alios nulli videmus. Indubitatum exemplum (scribit Plinius) Nicæi nobilis pyctæ Byzantij geniti, l. 7. c. 12. qui adulterio Æthiopis nata matre, nil à cæteris colore differente, ipse auum regenerauit Æthiopem. Similitudinum in mente reputatio est, & in qua credantur multa fortuita pollere, visus, auditus, memoria, haustæque imagines sub ipso conceptu. Cogitatio enim vtriuslibet animum subitò transuolans, effingere similitudinem, aut miscere existimatur. Ideoque plures in homine, quàm in cæteris omnibus animalibus differentiæ, quoniam velocitas cogitationum, animique celeritas, & ingenij varietas, multiformes imprimit notas: cum cæteris animantibus immobiles sint animi, & similes omnibus, singulisque in suo cuique genere. Iacobi vulgatum est artificiũ, Genes. 30 quùm discoloratas virgas in canalibus ere- XV. xit, vbi effundebatur aqua, vt venientes greges in earum conciperent aspectu; factumq; vt parerent maculosa varia, & diuerso colore resper-

resperfa. Indè à naturalibus edoctæ mulieres conceptionis tempore sublimia, speciosa, virilia imaginari, cum imaginatio faciat casum. Huc digressi, vt ex conceptione haud hodierna, & in dies exigente matrimonij vsura, sed eius, qui insano furit amore, partus pa-
XVI. teat sublimitas. Accedit, ciuiliora ingenia ex organi dispositione componi; cum hominum mentes eandem sortitæ sint speciem, & vti spirituales formæ magis respuant, vel minùs. Corporis dispositio mentis est argumentum, & tetro in Corpore venusta raró anima degit. Thorus cum violatur, pulchræ, & decoræ puellæ indulgeas violentiæ, cuius in vtero numericè informatus fœtus, stabili membrorũ contignatione altissimis valet mentis correspondere cõceptibus. Nec sileam nothis oblitam legem, imò aduersam, ad necessitatis accurrere iura, qua vexati manibus repetũt, quę calamo perdidere. Romulus, Theseus, Iephte, Arnulphus exemplo sunt, quorum nomina haud forsan Heroum lucerent in albo, si maiorum gradibus ascendissent ad thronum. Intellectum dedit vexatio.

CAPVT TERTIVM.
De Nothorum Vitijs.

1 *Nothorum vitia, superstitio.* 11. *sacrilegia.* 12.
2 *Nothorum pater vulgus est.*
3 *Nothi patrem insimulant, quasi ignominiæ auctorem.* 8. *Regnandi cupidi.* 14. *Parricidæ.* 16.
4 *Filij alieni, dicuntur nothi.*
5 *Nuptiæ cum aduenis prohibitæ.*
6 *Nobilibus Venetis alienigenarum nuptiæ interdictæ.*
7 *In nothum non datur parricidij actio.*
9 *Aristoteles, vt mulus carpitur.*
10 *Pipinus Gibbosus contra Carolum M. ingratus.*
13 *Carolus Martellus bona sacra militibus, cur daret?*
15 *Romulus mentitur augurium.*
17 *Arnulphus non sine labe.*

IN laudibus nothorum excessisse serò video.
I. At nè eorum elogium illegitimum redarguat calamum, ex virtutibus pergit ad vitia. Vnum loquatur pro cunctis: *Nothi sunt*, ergo immanes, superstitiosi, tumidi, cupidi, parricidæ. Mulus est, igitur recalcitrat; à subiecto est inseparabilis passio. Eorum ita eflagitat status, conditio exigit; necessitas vrget; Hærentes testamentarijs tabulis, vt nothos ab asse reprobari paterno, omnia scelere miscent, nec patri vim inferre formidantes, quod iustitia, & Religione nequeunt, vi experiuntur, & iniuria. Imperandi propterea maiestati, legum Iustitię, Bellorum virtuti, vitiorum tenebras natura applicuit, nè iure suspicaretur Orbis eandem naturam sibi legum latricem, & hostem post sacrata connubia, eorundem læsione pollutam, mœchantium illecebres aprobasse concubitus. Imò vt Potestatibus, & Principibus aperiret, quantum nefariæ Veneris execraretur piaculum, parentum labem filiorum expiandam sanguine, vsquè ad quartã protulit generationem, insaniunt, bacchãtur, II.
& exprobrant, cum exprobrantur. Si vulgus illis est pater? quare vulgi solummodò murmurare gaudet, & in paterna successione cuilibet recensetur extraneus. Si moliuntur, in- III.
dulgeas; Cum exardescunt in patrem, æmulum, hostem, totiùs contumeliæ auctorem insimulant, & queruntur, de Parricidio forsan pater redarguet? nequaquàm: *Filij sunt alie-* *Psal. 17.*
ni testatur Psalmista: vndè conuicium: *Filius* IV.
alienæ, hoc est, filius meretricis; quam alienã *c. 2. n. 16. c. 23. nu. 27.*
dixit in Prouerbijs Salomon. *Fouea profunda est meretrix: & puteus angustus aliena.* Nisi *Martin. del Rio. Adag. 53.*
alienum pro alienigena accipias, cũ peregrinæ mulieres, apud veteres malè audirent; vndè Seneca.

Tacitis eat illa tenebris,
Si qua peregrino nubit fugitiua marito. *In Medea.*

Indè Medea se apud Enniũ gypsatissimis manibus excusabat, vt obseruatum Ciceroni, nè *lib. 7. ep. 6. ad Treb.*
illi verterent matronæ vitio, quod abesset à Patria. Ab Hebræis mutuauerant alienigenarum,

narum, cum ciuibus coniugia improbare Ro-
V. mani, quibus nec filij nomen erat, si ab alieni-
gena natus. Iustas autèm nuptias inter se *ci-*
tit. de *ues Romani* contrahunt, Imperator Iustinia-
Nuptijs. nus rescripsit. *Promisi tibi filiam in matrimoniũ*,
De benef. in persona Romani ciuis loquitur Seneca, *po-*
4.c.35. *steà peregrinus apparuisti: non est mihi cum ex-*
traneo connubium. Vndè originem habuit
Imper. Valentiani, & Valentis constitutio,
qua cautum, vt nullus Romanorum barbaram
in l. vni- cuiuslibet gentis habere præsumeret vxorem,
ca de neque barbarorum coniugijs mulieres Ro-
nupt. Gentiliũ. tit. manæ in matrimonio coniungantur, quod si
4 lib. 3. in Cod. fecissent, capitaliter, vt expiaretur. Idem Ma-
Theod. ris Adriaci dominis, licèt non latè, sed nobi-
libus interdictũ solummodò alienigenas du-
VI. cere, vel alienigenis tradere, pœna quasi capi-
tali obliteratæ scilicèt posteris nobilitatis.

Regrediamur ad castra. Filij sunt alieni;
non mirum si recalcitrent in genitorem, cui
VII. Parricidij negatur actio, cum sit occlusa filia-
tio. Sceleri ius datum iurè canam, cum nulli
potestati subiecto notho, impunem fecère le-
VIII. gum latores in patrem, inobseruantiam, & le-
gale parricidium, cum Manzeres, Hybridæ,
Nothi manum inijcientes in patrem, vulgari
postulantur homicidio, illis non raro, cum in
paternarum libidinum explorent spermate sui
fœdari innoxia natalia, hoc solummodò no-
tata probro, contra legum præcepta, cum po-
tuissent secundùm, coisse parentes. Gloriæ
verò splendorem (si quæ sit) non alijs deberi;
vt potè fœminarum illustrium studio sit pudi-
citia, quæ incognita matri vtroquè latere ap-
pellat infames, si tamèn ex natalibus decus,
vel dedecus. Grati simus (Seneca docet) ad-
lib. 5. c. 17. ib. uersùs Deos, grati aduersùs homines, grati
aduersùs eos, qui nobis aliquid præstiterunt;
grati etiàm aduersùs eos, qui nostris præsti-
terunt. Cur in patrem gratus erit filius, si no-
thus? Quid præstitit pater? esse: certus effe-
ctus, sed incerta causa. Bonum esse? si bona
daret. Quid restat? infamia, & stabit poste-
ris pro hæreditate. Ingratam minimè notho-
rum redarguet Seneca iuuentam, quòd patri
suo supremum diem exoptet? quid illi mors,
vel vita parentis? iuuat illum viuere, vt iste
ignobilitatis suæ digito monstrando auctorẽ
molestiam leniat, & sceleris improperio alie-
nam comprimat libidinem. Aristoteles Græ-
corum more, Platonicæ immemor disciplinę,
& virtute tumidus, ingratitudine Magistrum
repandens, muli titulo carpebatur. Ita nothi
haud parentibus obstricti, sed nobilitatis, bo- IX.
norum, creditores se autumantes, quibus om-
nibus paterna expoliauit libido, queruntur,
insimulant, inficiantur; vt Pipinus ille Gib-
bosus Caroli Magni filius ex Himmeltruda
pellice gnatus, in quo tanta regnandi cupido, X.
vt nè toties quidèm indulgentia pijssimi Pa-
tris remissa noxa, à nefario instituto hominem
Regno indignissimũ reuocare potuerit, quin
subindè nouas molientem conspirationes, vi-
tæ addixit monasticæ, in filium adhuc paterni
potiùs quàm regij animi memor. Indè Psal- *Ps. 143.*
mista: *Libera me de manu filiorùm alienorum*. XI.

Quid de eorum dicam superstitione? Im-
prouidæ pietatis impietas resonat illius Ieph-
te Galaaditæ, quùm vt pium voto auspicare-
tur duellum erga labantem Patriam, quidquid
reuerso primùm occurreret pro victoriali pia-
culo, Cælo spopondisset immolandum, post
deuictos ira, vel indulgentia Numinis Am-
monitas, primò occurrentem filiam votiuam
tulit ad aram, vbi imprudens obsequio puel-
la, & Imperio pater (nisi Pontificis ignoran-
tia, vtriusque minueret culpam) vt nullam fa-
ceret pietati moram, visus est impius, pugnare
doctior, quàm vouère.

Quid exindè de eorum sacrilegijs? Carolus
Martellus, cum ob Bellorum vehementes, & XII.
crebros turbines, ærarium omninò exhaustũ *Auentι. lib. 3.*
esset, fiscus attenuatus, deficerent militibus
stipendia, opes templorum, sacramque pe- XIII.
cuniam vsurpauit: ex qua commilitonibus
mercedem laborum distribuit; vndè ob teme-
rarium, & sacrilegum ausum, sacrilegij pœnas
apud inferos dependere, Eutherius Arelaten-
sis Pontifex se per quietem vidisse diuulgauit.
Nisi dicamus (non cum Auentino, ex vita D.
Ægidij scelera, quæ vel nequaquàm vlli mor-
talium confiteri voluit, condonata esse; hoc
enim de Carolo Magno legitur) minimè
hoc illi exprobrandum piaculum, quia cleri
decimas non dissentientibus Episcopis, pro- *Gaguin.*
ceribus, dum bellum aduersùs Christianę Re-
ligionis hostes gererent, percipiendas attri-
buit: persanctè iurans si vitam diù viueret se
omnia, & multò maiora sacerdotibus repen-
surum.

Quid

Quid de eorundem immani feritate, & re-
XIV. gnandi cupidine? Roma, vt condita est, duos fratres habere non potuit, & parricidio dedicatur. Cum enim de inauguranda vrbe dissensio inter Romulum, & Remum esset, & secundis auibus cõuenissent dijudicare. Remo priori augurio venisse ferũt sex vultures, cum
XV. in Rom. duplex numerus Romulo se ostendisset. Sed dicitur (teste Plutarcho) verè Remum vidisse, Romulum verò esse ementitum. Sed cum accessisset Remus, tunc Romulo duodecim apparuisse, cuius cum Remus resciuisset fraudem, grauitèr commotus, Romulo fodiente, quà Vrbis mœnia circumducturus erat, ludibrio fratris forsan transiliuit, atque opus impedire conatus est. Vt tandèm ab irato Romulo, vel Celere Romuli comite interficeretur. Quid tandèm de eorum parricidio? Mater autem Thesei (scribit Plutarchus) non XVI. Plutar. in comp. Rom. & Thesei.
periculum tantùm subijt, sed relicta etiam, ac prodita filio, eadem omnia, quæ Hecuba pertulit. Vel vt alij legunt: *Mater certè Thesei, non venit in discrimen tantum, sed Hecubæ experta est fortunam, deserta à filio, atque destituta.*

Culpa nec vacat Arnulphus noster, ob Regnum, & vitam Imperatori suo Carolo Crasso vsurpatam, vt ex deplorabili morte, quæ XVII. Thesaurus in vita Caroli Crassi.
vitæ solet esse mensura, fas est colligere. Viuentium modò retexerem piacula, nisi beneficij, vel iniuriæ suspicio potiùs auribus blandiri, quàm veritati consulere mea crederetur oratio. Alibi forsan redibit sermo.

CAPVT QVARTVM.

De Nothorum Origine.

1 *Antè legem scriptam omnes illegitimi.*
2 *Antiquitatis priuilegium.*
3 *Illegitimi semper exosi, & à legitimis distincti.*
4 *Naturalis instinctus, quomodò iudicetur.*
5 *Illegitimum, quomodò antè scriptam legem diceretur.*
6 *Lex connubialis, quando data.*
7 *Duæ tantum leges à mundi exordio datæ.*
8 *Fœminæ à mundi exordio, lex tantùm matrimonij data.*
9 *Non idem illegitimum apud omnes.*
10 *Populi, quibus vxores communes.*
11 *Filij legitimi apud Garamantas, qui parentibus similes.*
12 *Arabes omnibus consanguineis, vnam dabant vxorem.*
13 *Persarum, cum matribus coniugia.*
14 *Romanum coniugia, vt ciuis cum ciue non cum externa.*
15 *Externis pro priuilegio datum, Romanam ducere vxorem.*
16 *Nouocomiensibus, & alijs idem datum.*
17 *Ciuium Roman. iura ab Antonino Imper. toti Orbi dantur.*
18 *Filij suscepti ex barbaro coniugio non agnoscebantur, vt filij.*
19 *Spurij aliàs Varij, qui sint? Manzeres?*
20 *Incestuosi, qui?*
21 *Nefarij, Adulterini, sacrilegi.*
22 *Nothi.*
23 *Hybridæ, Bastardi.*

NOthorum, illegitimorum, Manzerum, Spuriorum diuerso potiri significatu nomina haud latet. Horum quando cœperit discrimen, petitur?

I. Illegitimos omnes, legitimorum incognita voce (quæ legi connata) priusquam lex scri-
a in Prob. Rhet. pta promulgaretur, dixit Cicero, a vt Paleo-
b c. 1. tus b tradit, fuit enim quoddam tempus, quo magis hominem passim bestiarum modo vagabantur, & sibi victu ferino vitam prorogabant, nec ratione animi quidquam, sed viribus corporis administrabant, nondum diuinę Religionis, non humani officij ratio colebatur, nemo nuptias viderat legitimas, non certos quisquam inspexerat liberos. Ciceronis si sunt, vt Gentilium ferè reliqua, antiquitati donentur, cuius hæc venia, vt quemadmodũ II.
primordia Vrbis augustiora facit, sic turpitu- Liuius
dine nationum percrepare mores. Profana, lib. 1.
vel sacra reuoluas, concubinas, & illegitimos exosos offendes distinctos à legitimis, & vxo- III.
re. Mosaica ipsa si præcurras tempora, ecce Abime-

Genes. 20 Abimelech barbarus, etsi Rex aduenæ, & peregrini Abrahami formidans cum vxore concubitum, cuius sola cogitatione tremebat super Regnum suum, grande inductum piaculum. *Quid fecisti nobis? quid peccauimus in te, quia induxisti super me, & super Regnum meum, peccatum grande?* Vxorem iterum à concubina, & legitimos ab illegitimis inæquali iure habuisse tempora illa, quùm hominibus nulla lex, ostentat Nachor Abrahæ frater, cui ex vxore Melcha octo fuerunt geniti: *Concubina verò illius nomine Roma, peperit Tabee, & Gaham, & Taas, & Maacha*, præter fornicationum, raptus, scorti, stupri, nomina, quæ in Genesi passim legimus. Saræ facto enucleatur veritas. Cum vidisset ista *filium Agar Aegyptiæ ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham. Eijce ancillam hanc, & filium eius, non erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac*, & nunc igitur, & antè legem naturalibus si interdicta successio, nothorum, & legalium notum erat discrimen.

Genes. 22 nu 23. c. 34. n. 30. c. 38. nu. 24.

cap. 20. Genes.

Dices à Mundi primordio hominibus, vt ex cæteris animantibus pro lege stetisse naturam, qua cuncti partus recensentur æquales? Respondeo naturalem instinctum brutis, hominibusque communem perperàm iuris naturalis titulo salutari. Ius enim, qualecumq; sit, ars æqui, & boni est; Æqui, & boni ars sine ratione non est; Ars in brutis haud est, nec ergo Ius. Quòd si crassa Minerua, ius dicas, ad hominem per analogiam intelligas; cum enim, quod recipitur, ad modum recipiẽtis recipiatur, instinctus ille, qui in brutis passionis haud limina excedit, in hominibus ius est: & cùm à nobiliori surgat denominatio, *ius* dicimus instinctum, ad hominem respectiuè: quemadmodum si arietes inter se pugnauerint, & alter perierit, vt Dominus, cuius cecidit aries, contra arietum superuiuentium Dominum, actionem habeat, videndum est, an qui perijt, prouocans, vel prouocatus fuerit? quasi inculpatæ tutelæ iura communia brutis: sic versa vice, brutorum illa naturalis affectio, prout ratione moderatur ab homine, ius est, & eam nos matrimonium appellamus.

vt in cõmẽtarijs meis. ti. de Iur. nat. Gen. et Ciuili. Instit. 1.

IV.

l. ius. ff. de Iustit. & iure.

l. 1. §. arietes. ff. si quad. paup. fec.

De Iure nat. Gen. et Ciuili.

Quod si iterum vrgeas, non potuisse illegitimum dici, quod adhuc legibus non erat vetitũ? dicas naturæ lege, præter connubialem,
V. reliquos interdictos concubitus, vt reliqui nefarij actus, qui & antè decalogum hominibus innotescebant, vt tales. Lex enim hominum exarata cordibus, seculis omnibus, & antè nata, quàm scripta lex vlla, aut norma aliqua inuenta. Huiuscemodi connubialis lex est, quæ eodem loco, eidem ciui, eodem tempore, ab eodem summo Opifice data, cum præcepto de non comedendo ex ligno scientiæ, arguit hisce solummodò mandatis obedire Deo, & matrimonij seruare vnitatem, posse Orbem gubernari. Imo fœminæ hoc vnum datum, viro scilicèt adhærere, nec illi de non comedendo iniuncta obedientia, redarguit, vna pro cunctis, mulieres lege adstringi, & est: *Mulier esto subdita viro*.

Cicero de leg.

VI.

VII.

Genes. 2.

VIII.

Dices haud antiquis Patribus vetitas concubinas, vndè illegitimi, & nothi, Manzeresque prognati: quomodò ergo damnato effectu, permittitur causa? soluas, vel Patribus ignoscendo antiquis, cum & ipsi vti homines humanitate voluere notari, eorum mores, quæ inconcinnos reprobãdo; vel altiori donando causæ, quæ adamussim scrutabimur cum concubinatus redibit sermo.

Quandò verò nothorum, & legalium discrepantia certauerit, cum Palæoto dicam, quũ maris, & fœminæ coniunctio legibus est angustiata. Qui oppidò termini, & coitus iura cum Gentibus varia, & temporum ætate, vulgata, nec vnus mos, nec vna lex firmari permittitur. A Mundi exordio, licèt illegitimos sacri exprobrant annales, veruntamen exuperantibus legibus, quotque capita, tot sint sententiæ, numeroque plures Platones, quàm Respublicæ; Romanis illegitimi, IX.
Græcis erunt legitimi, si illegitimi sunt, qui obstante lege, prognati. Moratiorum vsus nationum, cum barbari nefarios, & superstitiosos habeant, vt nobis barbarorum iura videntur piacula, eadem coniunctio sancta vni, profana est alteri. Scythas, Agathyrsos, Massagetas, & nationes Meridionales, cõmunes habuisse legimus, vxores, vt & Anabaptistas, nostrorumque temporum Adamitas, Garamantas verò legitimos dixisse filios, qui formæ similitudine parentem referrent. Arabes, vnam omnibus consanguineis dedisse vxorem, ita quod alieno, & extraneo sanguine geniti censerentur adulteri. Persis, Medis, Parthis vnà cum matribus, & sororibus licita fuisse

X.

XI.

XII.

con-

connubia, imo solemnia, Vndè illud.

Gentes tamen esse feruntur,
In quibus, & nato genitrix, & nata parenti,
Iungitur, vt pietas geminato crescat amore.

XIII. Nos ipsi improbamus, quod Iudaico mandatum populo, licèt notæ antiqua lex esset figura. Si cohabitantium fratrum vnus absq; liberis decessisset, vt prædefuncti fratris suscitaret semen, vxorem ducebat superstes, vt eidem vxor nuberet, & cognata. Non igitur eadem omnibus turpia,& honesta. Vt rectum dicas, Patriæ compara moribus. Quiritum iure legitima illa connubia, quæ *inter se ciues Romani contrahunt*. Quod si Romanus cum peregrina, vel externa, non agnationis, familiæ, soboli iura dabantur, sed Patri incognita, matrem sequebatur. *Alia* (inquit Liuius) *noui generis hominum ex Hispania legatio venit ex militibus Romanis, & ex Hispanis mulieribus, cum quibus connubium non esset, natos se memorantes supra quatuor millia hominum, orabant, vt sibi oppidum, in quo habitarent, daretur. Senatus decreuit latinam eam coloniam esse, libertinorumque appellari*. Campanis olim pro magno munere datum scimus, vt Romanas ducere licèret vxores, natique liberi iusti forent hæredes. Idem & Nouocomiensibus à Cæsare, Transpadanis à Pomponio Arabone temporis datum progressu. Quod cum in dies reliqui Romanis eflagitarent subiecti, Antoninus donauit Imperator, vt in orbe Romano, qui sunt, ciues essent Romani; & Roma cuique Aquilis subiecto Romanis communis esset patria.

Romanæ autem leges cum hominum coniunctionum alias approbassent, alias improbassent, alias tolerassent, hinc filiorum diuersæ species. Ex concubitu cum alienigena, quem politia damnauerat, nè barbarorũ moribus Romana inquinaretur proles; vel in exterorum odium, à quibus nascenti Romano populo denegata coniugia; neue vt illegitimi respuebantur, sed & vt filij.

Spurij indè, quorum titulo quælibet damnata comprehenditur proles, si specificè sumantur, illi sint, qui ex muliere cuique exposita, & veluti materia prima, ad omnes formas indifferenter porcreati: indè spurij quasi ex diuerso semine orti, & ex hominum colluuione geniti, sparsimque concepti: qui alio nomine *Varij* appellantur: quemadmodùm Heliogabalũ, *Varium* dixit Lampridius, quia esset ex meretrice conceptus. Romanis tamen nothorum longè diuersum credo significatũ, cum Romanorum plurimos Spurij nomine appellatos legamus, quos tamen constat legitimis ortos natalibus; vt Spurium Papirium, Spurium Turium, Spurium Caruillium, & loco prænominis, poni testatur Plutarchus *in Problem.* Romanis enim inoleuerat vna, duabus, aut tribus tantum literis notari prænomina, vt T. Titum: GN. Gneum: Ser. Seruium: C. Caium: Sic Sp. Spurium, eum scilicèt, qui certum haud nouerat patrem; vel parente orbatum, cum literæ essent disiunctæ S. P. idest sine patre. Manzeres, qui ita ab Innocentio Tertio Pontifice vsurpantur, *C. nisi. De Renunc.* Hebræo vocabulo, illi sunt, qui ex scorto geniti, vt Deuteronomij legimus. *cap. 23.*

Incestuosi, qui sine pudoris cingulo, honestate, & coniugali forma progeniti. Incestæ *l. vlt. ff. de ritu Nupt.* enim à ceston idest pudoris cingulo, quo ornabantur sponsæ, à latinis *Zona*, dicto, qua olim nouiter nuptæ præcingebantur. Neque alteri cingulum illud præterquàm sponsi manu, discindi fas erat. Indè prouerbialis metaphora ortum habuit, *Zonam soluere*, idest sponsam cognoscere. XX.

Nefarij, idest contra ius nati; *Fas* enim ius est: nefas contra ius est, & diuinum præcipuè, vt ex coniunctis affinitate, vel consanguinate progeniti. Adulterini, ex adultero coitu, nomen sonat. XXI.

Sacrilegi, qui ex Sacerdote procreati, aut Monacho, vel Monacha, qui & adulterini dicuntur, cum thorus Deo dicatus ab homine violetur, & diuidatur.

Nothum Græci natum ex vxore non legitima vocant, quem nos spurium dicimus, vt notat M. Verrius Flaccus. Vel secundum Isidorum, Nothus dicitur, qui de patre nobili, & matre ignobili gignitur, sicut ex concubina. Est autem hoc nomen Græcum, & in latinitate deficit. Huic contrarius est spurius, qui de matre nobili, & patre ignobili nascitur. Item Spurius patre incerto, matre vidua genitus, velut tantùm Spurij filius, quia muliebrem naturam veteres, Spurium vocabant, velut, ἀπὸ τοῦ σπόρου, hoc est seminis nõ patris nomine. Eosdem, & Fauonios appellabant, XXII. *lib. 9 c.*

Marginal notes (left column, partly cut off): XIV. XV. XVI. *in Orbe Statu.* XVII. *Roma ad Municip.* XVIII. XIX.

bant, quia quædam animalia Fauonio spiritu hausto, concipere existimantur. Vndè & ij, qui non sunt de legitimo matrimonio, matrem potiùs, quàm patrem sequuntur. Latinè autem *Spurij*, quasi extra puritatem, idest immundi. Vel cum Paleoto [a] Nothi, idem sint, ac naturales, quos Iustinianus [b] ex concubina domi retenta, scribit procreari. Hybridæ vocabantur antiquitès, quæ ex fero, & domestico sue progenita, semifera dicebantur animalia. Ita Canes ex venatico, & gregario nati, quod & in hominem transferebant, vt de C. Antonio Ciceronis collega in consulatu scripsit Plinius: Hybridæ ergo ex imparibus nascuntur parētibus. Bastardi tandē se offerūt, qui pro quolibet illegitimo vulgò vsurpātur. XXI

a c. 17. de Nothis.
b Auth. 6 Nouell. 99.
Quibu mod. ... tur.
lib. 8. c. 51.

CAPVT QVINTVM.

De Nothorum Nobilitate.

1 *Nobilitas ethica, vel politica.*
2 *In Aristocratia nothis nulla est nobilitas.*
3 *Apud Venetos nothi ignobiles sunt.*
4 *Nothi nobilium ciuibus originarijs ascribuntur.*
5 *Religiones suppressæ iam nothorum diuersoria.*
6 *Nothi apud Venetos solo iuris miraculo fiunt nobiles.*
7 *Nothi non sunt in numero filiorum.*
8 *Infamia notantur.*
9 *Nothum, & plebeus redarguit.*
10 *Nothi dignitates suscipere, nec publica offi-*
11 *Non possunt Doctoratus consequi dignitatē.*
cia permittuntur. 13.
12 *Nothi haud boni sperantur.* 19.
14 *Maledicti à Deo sunt.*
15 *Culpam ferunt parentum.* 18.
16 *Ciuilis nobilitas est quædam fictio.*
17 *Illegitimi patri non prosunt.*
18 *Decuriones quando fiant?*
20 *Nothi haud populo grati.*
21 *Nothi à patre præteriti, nè regnum turbarent.*
22 *Nothis illicitum inter honestos versari.*
23 *Nobilitas à Principibus cæca licentia datur.*
24 *De consuetudine Galliæ nothi sunt nobiles.*
25 *Iason, quia nothus non recipitur in collegio Doctorum.*
26 *Insignia legitimorum, & illegitimorum, quomodò distinguantur?*
27 *Nothorum nobilium catalogus.*
28 *Vt Nothi quandoque gloriantur Hercules, & Alexander.*
29 *Romani adulterina gloriabantur origine.*
30 *Pontifices ex natalibus illegitimis.*
31 *Culpa parentum non nocet.*
32 *Christus de maiorum nascitur adulterinis coniugijs.*
33 *Filij Iacob illegitimi terram Promissionis sortiuntur cum legitimis.*

1. Æquiuoca, cum distinguēda prius, quā definienda; duplicem dico nobilitatem. Ethicam siue Moralem, vel Philosophicam, & Ciuilem, siue Politicam. Ethica genuina est nobilitas, quæ nō ex fortuitis Principum natalibus, sed ex operibus, & vulneribus, cribrato sanguine, vel morum politia micante oritur virtute. Generare enim, & nasci à Principibus fortuitum, nec vltrè æstimatur. Stemmata quid faciunt, quid prodest Pōtice, longo sanguine censeri, pictosq; ostēdere vultus Maiorum? & stantes in curribus Æmilianos? Et Curios iam dimidios? nasumq; minorem Coruini, & Galbam auriculis nasoque carentem? Quis fructus generis tabula iactare capaci, fumosos equitum cum dictatore Magistros, si coram Lepidis male viuitur? Nobilitas sola est, atque vnica virtus. Qui genus iactat suū, aliena laudat.

Iuuenal. Satyra. 8.
In Hercul.

Politica nobilitas siue ciuilis, vel legalis non vna omnibus. Turcæ in hoc saltèm vitam degentes vt homines, præter ethicam, quamlibet respuunt nobilitatem. Dignitatum gradus, merita sunt; quæ non calamo, vel

vel celte ſculpuntur in ſilice, ſed ferro in carne; nec ferino, ſed humano retexuntur purpuræ ſanguine. Terrarum Orbis triumphum egit Turcarum tyrannis, cum virtutis pretium, non ſanguinis ſucceſſio, & hæreditas, facta eſt regnorum rapina. Ad ſuperluminare domus peronem ſuſpenderat Iſaac Baſſa, *Bertellus in Schimo.* vt ex ruſticorum progenie, dignitatis culmen nactus appareret, eo in Imperio, vbi potentiores, qui meliores; & nobiles, quos ſua nobilitat virtus.

Politica eſt illius characteris paterna ſucceſſio, vt quemadmodum parens ita, & liberi (ſi in Ariſtocratia regimini valeant præponi) ſi ſub Monarchia, cum à Rege prognati, vel Principe, in Regnum, vel Principatum ſuccedant; vel à nobilibus Vaſſalli procreati, publicorum munerum ſint capaces. Quæ ſingulatim diſcutiemus.

II. In Ariſtocratia Nothorum paterna nulla eſt nobilitas, quùm & hæreditatis nulla ſucceſſio. Veneti, & quamplurimæ aliæ nationes, illegitimos excludunt prorsùs, vt nè quo-
III. uis tempore, etſi natalibus reſtituti, in nobilium numerum poſſint cooptari, licèt quondã per ſubſequens matrimonium legitimati, vt legitimi haberentur, vt in *cap.* 29. *Statutorum lib.* 4. nunc correcto, ſub Anno 1418. 29. Martij, & Anno 1617. die 21. Maij, per Supremũ Concilium, quo cautum, nec ad feuda, & fideicomiſſa admittantur, quamuis legitima-
IV. ti. Ciuium illis conceditur ordo, cum enim in nobiles, vel ciues, dicunt originarios, & populares diuidatur populus, Nobilium illegitimi Ciuibus aſcribuntur: vt quos alere familiaribus non permittitur bonis, publicis alantur muneribus; puta Notariorum, Cancellariæ, Vicariatus, Aſſeſſoriæ, hodiernis
V. maximè temporibus; propterea, quod Cruciferorum, Ieſuatarum, Virginis in horto, Virginis gratiarum, ſuppreſſis, & receptaculis illis diſſolutis, vbi veluti in diuerſorio illegitimi graſſabantur Magnatum.

Hac paterna nobilitate negantur filij, ita,
VI. quod ſolo iuris miraculo, vt Belli Cretici occaſione Venetis euènit, quod & extranei aureo exararentur in libro, (*nobilitatis eſt teſtimoniũ*) non tamèn ſtylo ferreo, ſed auri lamina. Indè
Caſſan. par. 11. Conſil. 15 cum liberi de paternis legatis tamquã ſibi naturę iure debitis, quorum haud dicuntur nouũ acquirere dominium, ſed vetus cõtinuare, gabellam ſoluere non teneantur, ſoluent tamèn ſi ſint baſtardi. Qui cũ hæredes non ſint, nèc filij ſunt. *Cur autẽ, quæritur tale coniugium, de quò ſuſceptus filius, nec ſucceſſionis poſſit hæres eſſe, nec* VII.
ſanguinis? Nec enim habere poteſt hæreditatis cõſortium, qui non habet originis priuilegium. Cur inquam quæritur tale contubernium, de quo nati, non filij ſint matrimonij, ſed teſtes ſint adulterij? Cur autem huiuſcemodi ſuſcipiuntur adulterini, qui patri pudori ſint, non honori? dicit ſcriptura (Adulterorum filij in conſummatione erunt: et ab iniquo thoro ſemen exterminabitur) Mulier igitur tua, ſi talibus moribus prædita eſt, vt mereatur conſortium, mereatur & nomen vxoris, nè tu adulter ſis potiùs, quàm maritus. Et proles probro, & infamia notetur: quæ licèt iuris nõ ſit, VIII.
facti ſaltem eſt, & hominũ opinione grauatur. *l. 42. probrum. ff. de V. S.* Magnoperè conuinciamur, cum Italicè appellamur *muli*, prouerbiali metaphora; *recalcitrat* cum dicimus, vt illegitimum obiurgamus. Nos verò (ait Calixtus Papa) ſequentes patres noſtros, & eorum veſtigijs inhęrẽtes, infamia eos notamus, & infames eſſe cenſemus, quia infamiæ maculis ſunt aſperſi: nec eos viros, nec accuſationes eorum, quos leges ſeculi reijciunt, ſuſcipere debemus. *ep. 2. ad Episcop. Galliæ, c. 2. cauſ. 35. q. 2.* Indè Auguſtinus, ſicut ſatiùs eſt fame mori, quam idolothytis veſci: ita ſatiùs eſt defungi ſine liberis, quàm ex illicito coitu ſtirpem quærere. *c. 16. de bono coniugali.* Ergo quidèm Parentes, fieri cupiunt laude dignorum liberum, ijs ego quidèm hoc conſulerem, nè cum quibuſuis mulieribus rem haberent: quales, inquam, ſunt meretrices, & pellices. *De lib. educ.* Quorum enim, vel à patre, vel à matre, aliquid vitij habent natales, eos per omnem vitam opprobria comitantur, quæ elui nullo modo poſſunt, ſuntque in promptu vitia iſta, ſi qui afficere eos ignominia volunt. Apud Sophoclem Menelaus obiurgabat Teucrum, quòd nothus ea ſibi putaret licere, quæ & ipſi legitimo. Plebeum, Magnatum Spurius haud inficiari poteſt, vel redarguere natalia, ſed redarguitur: & in nothum iurè coarguit legitimus, etſi infimus, *qu il eſt plus home* IX.
de bien, que luij. Infamibus enim haud portæ patent dignitatis: vndè ad Cardinalatũ Prag- X.
matica ſanctione vetuit promoueri Carolus VII. Francorum Rex. Vbi Gloſſa notauit, *cap. de Num. & qual. Carnin* minimè notho datum cum legitimo in menſa

ſedère; dicas, quia impares; & numquàm ſe-
curus de loco, quem legitimo ceſſurus ſit, ſi
ſuperueniat. De honoribus enim (aiebat
l. honor 14. §. 3. ff. de muner. & honor. Calliſtratus) ſiue muneribus gerendis, cũ quæ-
ritur: in primis conſideranda perſona eſt eius,
cui defertur honor, ſiue muneris admini-
ſtratio: item *origo natalium:* facultates quoq;
an ſufficere iniuncto munere poſſint: item lex
ſecundum quam muneribus, quiſque iungi
XI. debeat. Indè doctores (licèt Patauij quam-
plurimos laureatos viderim) Auditores Rotæ
eſſe nequeunt; quamuis hiſce diebus videatur
XII. quamplurimi ibi rotari, auro expoliti, de illa
enim meretricum comiſtione, quæ legalibus
ſpretis cõnubijs, ad inſtar Sodomiticæ ducitur
gentis, æſtimandũ eſt. Degeneres (aiebat Bo-
nifacius martyr ſcribẽs Echeldobaldo Anglo-
rũ Regi, *populos, & ignobiles, et furentes libidine*
c. ſi gens 1?. d. 57. *fore procreandos, et ad extremũ, vniuerſam plebẽ*
ad deteriora, & ignobiliora vertentem, & nouiſ-
ſimè nec in bello ſeculari fortem, nec in fide ſtabi-
lem, et nec honorabilem hominibus, nec Deo ama-
bilem eſſe venturam: ſicut alijs gentibus Hiſpa-
niæ, & Prouinciæ, & Burgundionum populis con-
tigit: quæ ſic à Deo recedentes, fornicatæ ſunt, do-
nec iudex omnipotens talium criminum per igno-
rantes legem Dei, ideſt per Saracenos venire, et
ſæuire permiſit. Indè conſuetudo inoleuit, non
vbiq; tamen illibata, qualẽcunq; nothis claudi
XIII. dignitatẽ, & officiũ, ſiue tabellionis, ſiue gra-
pharij, ſiue teſtis; qui ob infamiã facti, in no-
tho ſuſpicione grauato, claudicaret. Si in ver-
Sap. 3. n. 13. bo Dei, maledicti vocãtur, & in cõſũmatione
trahũtur, eorũq; exterminabitur ſemen. Sic Ec-
XIV. cleſ. *Mulier omnis relinquens virum ſuũ, et ſta-*
c. 23. nu. 32. *tuens hæreditatem ex alieno matrimonio: primò*
enim in lege Altiſſimi incredibilis fuit: ſecundò in
virum ſuum deliquit: tertiò in adulterio fornica-
ta eſt, & ex alio viro filios ſtatuit ſibi. Hæc in
Eccleſiam adducetur, & in filios eius reſpicietur.
Non tradent filij eius radices, & rami eius non
dabunt fructum, derelinquet in maledictum me-
moriam eius, & dedecus illius non delebitur,
quomodò poterunt ciuili honorari lege?

Politicus nobilitatis honor, qui innaſcitur
poſteritati, alienus eſt; & nuptiarum catena
trahitur in deſcendentes. Si igitur per iuſtum
XV. ſemen alienis victitant laboribus liberi, & per
iniuſtum ſemen alieno erunt obſtricti probro.
Quod ſi aliena nequeant notari culpa, & ne-
farijs maculari nuptijs parentum, vel illicita
Venere, quæ iam Maiorum ſtemmata obruit,
proprio Marte nouam aucupentur nobilita-
tem. Si enim nuptiarum deficientia ciuilitèr XVI.
filius non eſt, qui natura filius eſt; cum ciuili- *l. 6. filius ff. de his, qui ſunt ſui vel, &c.*
bus naturalia cedant iura, nobilis haud erit.
Ciuilis nobilitas hominum opinio eſt, & lega-
le accidens, naturæ inhærens fictione legis:
negatur natura, filiatio nempè, cum nuptiæ
deſiderantur, & dabitur accidens abſq; ſubie-
cto? fictio ſine fundamento? Non pergunt *§. 9. de adopt. Inſtit. 1.*
iura, immutata natura.

Negant iura hæreditatem, agnationem, fa-
miliã, quæ filijs natura debetur, ad quid enim *tit. de hæred. qual. & differ.*
parens liberis eſſe dedit, ſi eiuſdem eſſe in-
ficiaturus conſeruationem? procreauit forſan
hominem in cibum ferarum? & tamen cum
nuptiæ deſunt, filium, quem pater agnoſcit,
Magiſtratus ignoſcit: patri ipſi interdicendo XVII.
filios prodeſſe illegitimos vel ad tutelæ excu- *l. 2. ff. de excuſ. tut.*
ſationem, vel ad munera obeunda? Nuptia-
rum eſt fauor, quas ſanctè coli pro humani ge-
neris propagatione, & poſteritatis amore, fa-
miliarumque conſeruatione Reipublicę inter-
eſt. Vndè tot priuilegijs imo pœnis ſollici-
tatæ mulieres, vt Reipublicę filios procrearẽt, *l. 135. de V. S.*
ſecundum tamen legum coeuntes præcepta,
aliàs fruſtraretur matrimonium, & vnà cum
concubinatu pari iure, pari paſſu ambularet,
ſi vna legitimorum, & illegitimorum eſſet
ratio.

Proindè ſi Maieſtatis crimen in nouiſſima
etiam vindicatur progenie, vt culpa parentum XVIII.
deſcendentibus adimat nobilitatem, rediuiuũ
cum dubitetur ſcelus paternum; quantò ma-
gis ſcortationis effectus, vt abortiuus ſub le-
gis erit cenſura? ad quid cauſam inficiari, ſi
cauſato blanditur? Adulteros Deus inſequi-
tur, & adulterij Zelotes adulterinos ipſos ma- *Exod. 20. Reg. 2. c. 3.*
ledicit in tertiam, & quartam generationem
patrum viſitans iniquitatem.

Nec obſtat in infamium catalogo nuſpiam
nothos recenſeri, vt in Digeſtis, & Codice de
infamibus, eſt videre; quis enim numerabit fa-
cta? facti infamia quid ſit? perquiri ſolet, qui
tali macula laborent, inſolitũ. Quòd ſi vrgeas *§. 1. l. cognitionũ ff. de extraord. cognit.*
ex delicto ſolummodò noſtro dignitatẽ lædi;
fidem facit Calliſtratus, iuris nõ facti infamiã
deſcribi, cum de ea loquatur, quæ legum au-
ctoritate conſumitur, vel minuitur per relega-
tio-

tionem, ordine amotionem, fuſtigationem, vel in eam cauſam, quis incidit, quæ edicto perpetuo infamiæ cauſæ enumeratur.

Si adhuc inſtes cum Palæoto, macula haud poſſe notari Spurios, cum author eius coniunctionis ab omni nota immunis ſit. Paternus coitus non criminatur, & partus criminoſus erit? dicam concubinatum non approbatum, ſed ad maiora euitanda facinora, lege ciuili permiſſum, & perbellè ſimulatũ, hominũ tamèn exiſtimatione notari, & Principũ in aulis probro concubinarios affici. Quod ſi interdum decurionatum aſcendant, competitorem illis non dari legitimum dicas, non quia capaces, vel incapaces: ſed *cum ex vtilitate eius ſit, ſemper ordinem plenum habere:* indè in ſubſidiũ admitti.

L. genera liter. §. Spurios. ff. de decurion.

XIX. Quid in iſtis confidere poteſt Reſpublica? immanitatis exẽplũ reliquit Abimelech, quũ regnãdi cupidine ſeptuaginta occidit fratres vno in lapide. Phraates propriũ genitorẽ occultè interfecit, vt faſces conſequeretur imperij. Henricus ſecundus Alphonſi vndecimi Hiſpaniarum Regis nothus Petrum legitimum Imperij hæredem obtruncauit inuaſo Regno. Tecnas à Iugurta Hiempſali, & Adherbali ſtructas Salluſtius retulit.

Iud. 9. Sabell. lib. 1. Rit. lib. 3 rer. Hiſp. De Bello Iugur.

XX. Indè (& ſecunda pars propoſitionis noſtræ eſt) ad regimen, & Imperium in Monarchia, vel Principatu populo numquã, vel rarò grati fuere illegitimi. Sbigneo notho, quem pater Vladiſlaus primus in Monaſterium detruſerat, cum Boleſlaus frater dimidium redderet Regni, plurimis, & periculoſis fatigatus eſt bellis. Albertus Thuringiæ Landgrauius à ſubditis impetrare nequiuit, vt Apizitiũ illegitimè natum pro legitimo agnoſcerent hærede, vt pote, quem prima natiuitas contemptibilem faciat: & Parthi Phraatem Phraatis ex Tharmioſa Spurium de Regno eiecerunt. Iugurtham deſeruère Numidę. Aimũdus Gothorum, & Suecorum Regis nothus, etſi per ſubſequens matrimonium legitimatus, nec moribus indecorus, ab ipſo patre iam Regni declaratus hæres, numquam à ſubditis nanciſci quiuit obſequium. Nec auctoritas Margheritæ Comitiſſæ Flandriæ, ſuorum temporum virago, illecebris, viribus, aut muneribus aſſequi valuit, quod Balduinum Spurium ſubditi Comitatus ſucceſſorem deſignarent. Prouidi indè Principes Regni potiùs conſulentes ſaluti, quam filiorum dignitatibus, teſtamentarijs præterière tabulis, quos vulgi furore præuiderant exhæredandos. Nefas cum Perſis eſſet illegitimum obtinere Regnum, ſi legitimus adſit; Demaratũ exuit regno pater, quia antè nuptias cõcepti vrgeret ſuſpicio. Moſcouiæ Dux Baſilius filium in electione præterijt Ducatus, quia Anaſtaſiæ vxoris ſuſpicaretur adulterinum. Apud Sueuos, Gothos, & Noruegios olim vix licuit nothis inter honeſtos verſari. Et cum totus orbis abhorreat, & deteſtetur ex Caſſaneo, inoleuit prouerbium, *que ce ſeroit contre nature ſi faiſoyent bien*. Nothis ergo nulla ſpes ad Imperium. Armaturus in Graios Priamus liberos recenſuit legitimos *Hectorem, Alexandrum, Deiphobum, Helenum, Troilum, Andromacham, Caſſandram, Polyxena. Nam erant ei etiam alij filij ex concubinis nati, quos nemo ex regio genere dixit eſſe, niſi eos, qui eſſent ex legitimis vxoribus*. Apud Athenienſes legimus, Nothos olim à cenſu, & alijs ciuilibus muneribus fuiſſe excluſos, nec in gente adſcriptos, vt teſtatur Demoſthenes licèt indignè Pericles in propria cauſa antiquaſſet. Qui cum in Republica floreret, filioſque haberet legitimos, legem tulit, ſolos Athenienſes haberi, qui ex duobus Athenienſibus nati eſſent. Poſt quàm verò, Rex Ægyptiorum quadraginta millia medimnorum frumenti dono miſit Athenienſibus, vt ciuibus diuideretur, permultæ ſunt nothis ex ea lege exortæ accuſationes: qui cum anteà quidem latuiſſent contemptique eſſent, multi tunc horum delatores extiterunt. Qui igitur damnati iudicio reddere coacti ſunt, haud multo pauciores quinque millibus fuere. Reliqui, qui Athenienſes iudicati in Republica manſerunt, quatuordecim millia, & quadraginta inuenti ſunt. Cum verò Pericli filij defeciſſent legitimi, author nothis de Legis abrogandæ fuit, nè omninò ſucceſſoris inopia, familiæ nomen, & genus deficeret. Quod perindignum videbatur, legem, quæ in tot homines voluiſſet, nunc ab eo ipſo reſcindi, qui tulerat. Sed præſens fortuna domus Periclis afflictæ, qui veluti contumaciæ elationiſque ſuæ pœnas luiſſet, flexit Athenienſium animos, exiſtimantium ipſum numinis

Cromer. l. 4. & 5. Ricc. in Chron. Sabel. Aen. 7. lib. 1. Saluſt. Ioh. Mag. lib. 18. c. 6. Paul. Aemil. lib. 7.

XXI. Liu. lib. 40. Plutar. in Aemil. Sigiſm. Bar. in hiſt. Moſcou. XXII. Ioh. Mag. lib. 18. c. 6. Lib. de excid. Troiæ, Dares Phrygius. Contra Ariſtocr. & Macartat.

Plutar. in Pericle circa finem. nis iram perpessum, humana ope subleuandum esse. Itaque concesserunt sibi, vt filius nothus in genus ascriberetur, & paternum illi esset nomen.

An tandem sub Rege, vel Principe Magna-
XXIII. tum nothi publicorum munerũ sint capaces? difficile est cognoscere, cum Principi pro ratione voluntas sit. Qui cum nobilem facit, non cæca licẽtia quemlibet album debeat honorare lapidem, sed potissimùm eo respicere an materia sit habilis, atque digna nobilitatis, nè dignitas indignitate inficiatur, vt Michael Imperator dicere solebat. Qua in re à summis etiam Principibus, vt olim peccatum, ita hodie quoquè peccari videmus. Eo ventum, vt indignissimi homines in sacrum illum nobilium ordinem non modò admittantur, sed vltrò asciscantur, non tàm vanitate eorum, qui honorem consequuntur, quàm Principum auiditate, leuiusculi compendij gratia, perditissimis etiam sæpè mortalibus indulgentium.

Kirenher. disput. 12. de Resp. coroll. 20. Limnaeus lib. 6. c. 1. Cluuer. lib. 1. antiq. Germ. c. 29.

Quid igitur de nothis Magnatum in Mo-
XXIV. narchiæ successione? Regiam non admitti ad successionẽ supradicti testãtur annales, reliqua obire munera consuetudine saltẽ, quę iura an-
583. tiquauit, testis est Guido Papa in Patria Delphinatus præcipuè, & patriarum circumuicinarum, vbi *bastardi retinent generis nobilitatem, & portant nomen, & arma sui generis: cum tamen aliqua differentia armorum, & pro nobilibus habentur, & reputantur: & non contribuunt in subsidium Delphin. si tamen viuant nobiliter, sed gaudent omnibus prærogatiuis nobilium: ac si essent legitimi, nisi in succedendo parentibus suis,* tunc enim *iura seruantur communia. Et hæc consuetudo est quasi in Regno Franciæ, generalis, maximè in domibus Principum, Ducum, et Comitum, & sentit Bar.* quæ præcipuè spectanda iuxta locorum varietatem. Bononiæ vbi ferè, cum legitimis pergunt illegitimi, penes tamen doctorum collegium vetus est constitutio, nè quis nothus vnquã in illud cooptetur, quam legem sæpius, sed frustra violare quamplurimi sunt conati. Ita Mediolani seruatum, vt nec Iasonem I. Consultorum Principem, vllo fuerint profecuti priuilegio. Eiusdem Iasonis paterno in elogio lepidum legitur legatum. *Relinquo mulam filio meo mulo.* Notabilis est consuetudo, quæ in Germania,

Boerius decis. 127

& maximè in Gallia inoleuit, discernendi spuriorum, & legitimorum insignia, videlicèt adiecta transuersæ lineæ nota, quæ iniustorum natalium est iudicium. Animaduertendo, vt transuersa illa nota à sinistro latere in dexterum descendat, alioquin si à dextro incipiat, XXV.
non est degeneris sanguinis argumentum, quemadmodùm in Borboniorum insignibus perspicimus, quæ & ipsa transuersam ostentant lineam, & tamen eorum origo ab illustri Regioque sanguine prodijt. Hæc circa politicam nobilitatem. Ethicam verò, quæ virtutis est præmium, quis nothis prohibet? XXVI.
Ignobiles fuère forsan.

Palaotus c. 60. de Nothis.

Abimelech Rex Sichẽ, Æneas ex Venere, & Anchise. Adestanus Rex Angliæ ex Edouardo, & Epina rustica. Aimundus Gothorum, & Suecorũ Regis nothus. Alexander Seuer. Imperator. Alex. Magnus ex Olympiade Philippi vxore, & Rege Hatanabo. Alex. Mediceus, dux Florentiæ. Albanus martyr ex incestu XXVII.
cum filia. Alcęus Lydiæ Rex, vndè Heraclidæ ex Hercule, & Iardaua eius ancilla. Amalech à quo Idumæa dicta Amalechita. Andriscus Rex Macedoniæ. Annibal Bentiuolus Io. I. filius. Antonius, & Bartholom. Scaligeri. Archelaus XII. Rex Macedoniæ. Arnulphus Cæsar ex Caroli M. genere. Arnulphus illegitimus Lotharij iunioris Francorum Regis Rhemensis Archiep. Aroldus Rex Britanniæ Cuntonis fil. Aristonicus Rex Pergami. Aristonicus Rex Asiæ ex Artabo, & Ephesia. Arideus ex Philippo Maced. Rege. Artaxerses, qui Persis restituit Imperium. Athelstanus Rex Britanniæ. Aurelianus Cæsar Imper.

Balduinus Spurius Margaritæ Comitissæ Flandriæ. Bartolus Iurisconsultus. Borsus Dux Ferrariæ ex Nicolao naturali.

Carolus Martellus. Carolus Vrsinus, qui Alex. VI. fugauit exercitum. Carolus Aquitaniæ, & Burgundiæ Rex. Cæsarion ex Cæsare, & Cleopatra. Cælius Calcagninus. Cęsar Alex. VI. Põtif. filius Cardinalis inde Dux Valentiæ. Christophorus Longollius Orator. Cidrellus, qui Meuntem Vrbem extruxit. Clemens VII. Papa. Clodouæus ex Regibus Frãcorũ Primus, qui Christum coluerit. Constãtinus Magnus Imper. Crominus fil. Ducis Britonum, qui cum Clotario conflixit. Crispus Constantini fil. Cæsar factus.

Dan

Dan à quo ciuitas propè Libanum, & tribus denominata. Darius vnus ex Persarum Regibus. Demosthenes Orator. Dionysius I. Pont.

Æneas ex Venere Vulcani vxore, & Anchise. Epitus, qui Teoniam Vrbem condidit. Entius Rex Sardiniæ, Feder. II. filius. Erasmus Roterodamus.

Federicus Princeps Antiochiæ, vel Tuscorum Rex ex Federico II. Imper. Federicus Vrbini, nothus putatiuus ex Guidone. Ferdinandus Cardinal. ex Ferdinando M. Hispan. Rege. Ferdinandus Rex Neapol. ex Alphonso Rege Aragon.

Gallus Scotorum Regis nothus, Galerius Maxim. Imper. Gabriel Vicecomes, à Galeatio testamento relictus Pisarum Dominus. Gensalaricus Rex Hispaniarum. Genion Syracusanus ex Herodate Ciue, & ancilla. Gnopus, qui Entiam vrbem ædificauit. Gratianus compilator decretorum. Guilielmus ex Roberto Rege Nordman. qui Aroldum Britanniæ Regem occidit. Gullielmus Carrariensis Paduæ Dominus.

Heliogabalus Imper. qui & Varius dictus ex Caracalla, & Semea adultera. Henricus II. Rex Hispaniarum. Henricus Rex Siciliæ. Henricus Episcopus Leodien. Imperij Princeps. Hercules ex Ioue, & adultera Alcmena vxore Amphitrionis. Homerus Poeta.

Iacobus Rex Cypri. Iacobus III. Plumbini Dux. Iason. I.C. Iephthe inter sanctos à Paulo numeratus. Innocentij VIII. filij, quos ipse primus Pontificum palam iactare, & honoribus prosequi cœpit. Io: X. Pontifex Io: Rex Portugalliæ Ferdinandi filius. Io: Austriacus Caroli V. nothus. Io: Sfortia Pisauri Dominus. Io: Dunensis comes ex Ludou. Aurel. Duce. Io: Matthæus Gibertus Episc. Veron. Io: Andreas I.C. Ismael à quo Ismaelitæ. Iugurtha Numidarum Rex.

Lamusius Longobardorum Rex. Laurentius Cibò. I. Cardinalis. Leo V. Pontifex. Leonellus Ferrariæ Marchio, Nicolai II. fil. Ludouicus Rex Francorum, Ludou. Balbi fil. Lyrcus à quo Lyrcea Vrbs.

Manfredus Rex Neap. Mercurius Trismegistus. Michael Thessaliæ Dominus Michaelis nothus. Molossus Pyrrhi nothus Epiri Rex. Muregactus Rex Hispan.

Nicolaus III. Ferrariæ Marchio.

Pandulphus Malatesta Dominus Arimini. Pentillus Mycenæ Rex. Perseus vltimus Rex Macedoniæ ex Philippo Rege, & Gnatemia concubina Argiua. Perseus Mycenæ Rex ex Ioue, & Danae filia Acrisij Argiuorum Regis. Petrus Lombardus. Phares. Phraates Phraatis Parthorum Regis nothus. Pipinus Caroli M. fil.

Raimirus primus Aragoniæ Rex. Remus. Romulus Romanorum Reges. Rupertus Malatesta nothus Sigismundi.

Salamon. Sanctus Bentiuolus à Bonon. ad regendam Remp. accersitus. Sbigneus Vladislai I. nothus. Sigisbertus Normanniæ Rex. Seruius Tullius Roman. Rex.

Tancredus Siciliæ Rex. Theodibertus Rex Francorum. Theodoricus Gothorum Dux. Themistocles. Theseus. Teucer.

Vlysses ex Sisypho latrone, & Antichea. Vrsinus duos filios nothos Nolæ, & Ascoli Duces, hæredes reliquit.

Zaran vndè Salmon Abauus Dauidis. Zigericus Godigischi nothus Vuandalorū Regis. Zenebaldus Rex Lotharingiæ.

Horum quamplurimi natalibus gloriantes incertis, iurè in legitimos, sed degeneres verba Tullij iactantur, *Nobilitas mea à me incipit; tua in te desinit*. Quod concubinarum filijs accommodari valet; secùs adulterinis, & incestuosis; licèt vt Magnatum vsurpent insignia, eorumque titulis superbiant legitimum patrem, quia agricolam, vel mercatorē despiciant. Se filium Iouis ex Alcmena matre iactantem Herculem redarguebat Ouidius. XXVIII.

l. si qua illustris. C. ad Orficianum.

Nam quod te iactas Alcmena matre creatum,
Iupiter, aut falsus pater est, aut crimine verus,
Matris adulterio patrem petis, elige fictum:
Esse Iouem malis, an te per dedecus ortum?

Olympiadi matri epistolā cum inscripsisset M. Alexander: *Rex Alexan. Iouis Hammonis filius, Olympiadi matri salutem*: rescripsit Olympias: *Amabò, mi fili quiescas, neque deferas me, neque criminere aduersum Iunonem. Malum mihi prorsum illa magnum dabit, cum me literis tuis pellicem illi esse confiteris*. Romani ipsi, vt molles, & Venerei se ab Ænea adulterino coitu, ex Venere Vulcani vxore, & Anchise gloriabantur XXIX.

Auth. vt praeponat nomē Imper. §. 1. collat. 1. bantur progeniti, vndè Æneades dicti: quod dedecus non decus ducitur. Aliàs legitimationis frustraretur priuilegium, qua sanguinis abluuntur maculæ, vel à Pontifice, vel à Rege, & Imperatore liberalitèr exercendæ; vnde Damasus Papa scribit. *Osius Papa fuit filius Stephani Subdiaconi. Bonifacius Papa fuit filius Iucundi Presbyteri. Felix Papa filius Felicis presbyteri de titulo fasciolæ. Agapitus Papa filius Gordiani Presbyteri. Theodorus Papa filius Theodori Episcopi de ciuitate Hierosolyma. Siluerius Papa filius Siluerij Episcopi Romæ. Deusdedit Papa filius Stephani Subdiaconi. Felix enim tertius, natione Afer ex patre Episcopo Valerio natus est. Item Agapitus natione Romanus ex patre Gordiano presbytero originem duxit. Complures etiam alij inueniuntur, qui de Sacerdotibus nati Apostolicæ Sedi præfuerunt.* XXX. *Cap. 2. Osius d. 56.* Rogatus ab Hispaniarum Rege Romanus Pontifex Alex. Septimus Cardinalem creare Ioannem Austriacum Philippi nothum, lepidè dicitur retulisse: non posse, quia in Cardinalium collegio numquàm fuerint asciti bastardi, in Pontificum licet. Falsum tamèn non enim immemor Clemens VII. sibi aduersum in creatione Cardinalem Mantuanum habuisse, cum fortè alloquentem, eodem tempore horologium pulsaret, quod Cardinalis secum in marsupio ferebat, redarguit; dicens: nil mirum à vobis pendère tintinnabula, mulorum cum sit. Vndecunquè homines nascantur, si parentum vitia non sectentur, & Deum rectè colant, honesti, & salui erunt. Semen

XXXI. hominis ex qualicumque homine, Dei creatura est; & eo malè vtentibus malè erit. Sicut autem bonus filius adulterorum, nulla est defensio adulterij, sic malus filius coniugatorum nullum est crimen nuptiarum. De vitijs non erubescamus parentum, sed vnum illud quæramus, & amplectamur, virtutem videlicèt. *Chrysost. homil. 3. in Matt.* Etiamsi alienigenam quis habeat matrem, si fornicatione pollutam, vel quolibet huiusmodi dedecore sordidatam; nihil tamen de eius, aut vtilitate fuscabitur, aut crimine polluetur. Quòd si fornicatorem ipsum ad meliora conuersum nequaquàm prior vita commaculat, multo magis ex meretrice natus, & adultera, si propria virtute decoretur, parentum suorū non dedecoratur opprobrijs. Non est omninò nec de virtute, nec de vitio parentum, aut laudandus aliquis, aut culpandus: nemo indè verè, aut obscurus, aut clarus est: immò etiam (si quiddam à communi opinione abhorrens dicendum est) nescio quomodò ille magis resplendet, qui ex parentibus à virtutibus prorsus alienis, ipse tamen fuerit de virtute mirabilis. Nasci de adulterio non est eius culpa, qui nascitur; sed illius, qui generat. *Hieron. ad Pammachium cōtra errores Io. Hierosol.* Quomodò in seminibus non peccat terra, quæ fouet: non semen, quod in sulcis iacitur; non humor, & calor, quibus temperata frumenta in germen pullulant; sed verbi gratia fur, & latro, qui fraude, & vi eripit semina, sic in generatione hominum recipit terra, idest vulua, quod suum est, receptum confouet, confotum corporat, corporatum in membra distinguit, & inter illas secretas ventris angustias Dei manus semper operatur; idemque est corporis creator, & animæ. Noli despicere bonitatem figuli tui, qui te psalmauit, & fecit, vt voluit. Ipse est Dei virtus, & Dei sapientia, qui in vtero Virginis ædificauit sibi domum. Iephthe inter viros Sanctos Apostoli voce numeratus, meretricis est filius. Sed audi Esau de Rebecca, & Isaac genitus, hispidus tam mente, quàm corpore, quasi bonum triticum in lolium, auenasque degenerat: quia non in seminibus, sed in voluntate nascentis causa vitiorum est, atque virtutum. Sponsus ille, qui vocaturus erat ad nuptias bonos, & malos, suis congruens inuitatis, nasci etiam voluit de bonis, & malis: quo exemplo, discant fideles parentum suorum iniquitates sibi obesse non posse. *Aug. lib. 22. c. 64. contra Faust.* Satis peruersum, & contra Ecclesiasticam probatur esse censuram, vt frustrà pro quorundam voluntatibus quis priuetur, quem sua culpa, vel facinus ab officij, quo fungitur, gradu non deijcit. *Greg. ad Columbū Episcop. Numidiæ lib. 10. ep. 8.* Christus voluit non solum de alienigenis, sed etiam de adulterinis commistionibus nasci, nobis magnam fiduciam præstans, vt qualicumque *Hieron. c. 8. Dominus d. 55.* modo nascamur, dum tamèn eius vestigia XXXII.
imitemur, ab ipsius corpore non separemur, cuius per fidem membra effecti sumus. Et sicut ille verus est Pontifex ex adulterinis natus coniunctionibus: ita qualicumque ordine natus sit aliquis, tantùm vt perfectam fidem habeat, & quod fide tenet, operibus impleat,

sitque

sitque literatus, & vnius vxoris vir, nequaquàm à Sacerdotio repellitur. Iudas enim Patriarcha concubuit cum Thamar nuru sua, & ex illo concubitu nati sunt Phares, & Zaran: ex quibus per nothorum descensum deuenitur ad Dauidem. Ex illa ergo progenie origo ducitur Christi, qui verus Sacerdos est; ideoque si filij eius sumus; quæ ipse fecit, nos imitari debemus. Recurrat nunc animus vester ad Abraham, Isaac, & Iacob. In istis tribus inuenimus parere liberas, parere & ancillas. Inuenimus ibi, & partus liberarum: inuenimus ibi, & partus Ancillarum. Inuenis ibi bonos filios Iacob natos de ancillis, & bonos filios Iacob natos de liberis. Nihil illis obfuit natiuitas de vteris ancillarum, quandò in patre cognouerunt semen suum: XXXIII. & consequenter regnum cum fratribus tenuerunt, Promissionis possidentes terram; licèt alias Ismael quia de ancilla natus, expulsus sit ab hæreditate. Sed vndè? nisi quia iste superbus erat, illi humiles. Erexit ceruicem, & voluit seducere fratrem suum, ludens cum illo. Nothi attendite, Politicam assequemini nobilitatem, quum Ethicam habebitis. Vndecunquè enim nascantur homines, si parentum vitia non sectentur, & Deum rectè colant, honesti, & salui erunt.

Matth. cap. 1.

Aug. ser. Io: tract. 11.

CAPVT SEXTVM.

De Nothorum Legitimatione.

1 *Legitimatio non fit repugnante natura.*
2 *Ethicè, vel legaliter fit.*
3 *Legitimatus est legitimus.*
4 *Primogenitus Regis ante acquisitum Regnum an præferatur secundogenito nato post?*
5 *Legitimatio per oblationem Curiæ.*
6 *Legitimatio per rescriptum Principis.*
7 *Legitimatio est iuris miraculum.*
8 *Abusus Romanæ curiæ in legitimando.*
9 *Solus Rex suum nothum legitimat, non Principes inferiores.*
10 *Legitimus filius non probatur, sed præsumitur.*
11 *Nemo certè potest scire patrem.* 12.
12 *Vuluæ sera ferrea in Veneto armamentario.*
13 *Equæ vento concipientes.*
14 *Aqua contradictionis, qua purgabatur adulterij suspicio.*
15 *Cur abolitum hoc experimentum?*
16 *Moribus Ethicè filius probatur legitimus.*
17 *Psylli, quomodò probarent pudicitiã coniugũ.*
18 *Aquilæ quomodò noscant legitimos partus.*

I. Legitimatio, quæ iuris fictio haud procedit, repugnante natura, tantummodò illis danda, quorum pater, & mater si non actu, potestate saltem coniuges fuère; duobus modis contingit: Ethicè, & legaliter.
II. Legaliter subdiuide: vel per subsequens matrimonium; cuius tanta vis est, vt legitima-
III. tus dicatur legitimus, & filium naturalem legitimum excludat, si legitimi natiuitatem legitimatio præcesserit; secùs si non præcesserit, quia alteri ius quæsitum auferre nequimus. Huic altera respondet quæstio, an Re-
IV. gis primogenitus tamèn natus antequàm parens occuparet regnum, præferatur filio nato post vsurpatum Regnum? cui gladius potiùs quàm calamus respondèret, si casus vrgèret. Alibi sententiam proferam, satis nũc sit, quod Artaphernes frater Darij Regis Persarũ inter duos nepotes suos Artamenem primogenitũ Darij natum tamèn antè Regnum adeptum per patrem; & Xersem secundò genitum natum patre rege existente statuit, vt scilicèt ipse Xerses Artameni fratri prælatus fuisset in Regno. Quomodò autẽ matrimoniũ celebretur, vel præsumatur, vide Nicolaũ ab Vbaldo.
Secundus modus legaliter legitimandi per oblationẽ curiæ; quemadmodùm Arnulphus posteà Imperator, cum à Carolomanno patre, V. Bauariæ oblatus esset Regnó. Et inter Iudæos Iephthe à fratribus rogatus, gladio suo patriã fulcire labantẽ, Ammonitarũ oppressam iugo. VI.
Tertius modus legaliter legitimãdi per rescriptum Principis non recognoscentis superiorem, puta Pontificis, Cæsaris, Regum.

l. 9. de adopt.

Iustinus li. 2. Tractat. t. 11 de suc. cess. ab intestat.

Iud. c. 11.

Quibus vti de regalibus Principum reſerua-
tur legitimatio, & natalium reſtitutio, ſi ta-
men hoc titulo iurè vocanda. Qualibus enim
reſtituet natalibus, ſi impura fuerè natalia? &
reſtitutio ad priorem ſtatum ſit conuerſio.
Legitimationem igitur inſcribas, quæ quaſi
VII. iuris miraculum, tempora retrotrahendo, ma-
trimonium, vel oblationem, aut reſcriptum
poſt natiuitatem celebrata, antè natiuitatem
VIII. fingit. Indè quoad ſpiritualia ſolus Papa le-
gitimat, quod rarò contingebat antiquitùs,
licèt hodiè nothi dignitates deglutiant.

Vtrum verò inferiores Poteſtates, à Supré-
mo Rege legitimandi habentes poteſtatem,
IX. proprios nothos legitimare poſſint? negat
Harprecthus. Quæcumq; enim cauſæ cogni-
tionem deſiderant, non expediuntur per Ma-
giſtratum in propria cauſa: ſed legitimatio
quamuìs voluntariæ iuriſdictionis actus, co-
gnitionem deſiderat cauſæ ergò &c. Alias ſi
proprium Spurium legitimare daretur, illici-
ta Venere inuitaretur ad delinquendum; &
Principis reſcriptum, anſam præbèret delin-
quendi. Accedit textus vbi dùm ſoli Regi
legitimandi datur poteſtas, ad alios non ex-
tendenda.

tit. 10. de Nupt. Inſtit. 1. nu. 38. l qui Iuriſdictioni. ff de Iuriſd. omn. iud. l. 15. §. penult. ff. de adopt. c. per venerabilẽ. 13. cum Rex. Qui filij ſint legit.

Sed cum in probationis ſupplementum, in-
X. uenta ſit legitimatio, quit nè aliquis ſe ex cer-
to patre genitum, ſi non legaliter, ſaltem ethi-
cè verè probare? legaliter pater præſumitur,
non probatur. Pater ille eſt, quem nuptiæ
demonſtrant. Contra quam præſumptionem,
quia iuris, & de iure, ità politia exigente, pro-
batio non admittitur in contrarium. Quis
XI. enim de vxore ſua tantum ſibi audeat, vt eam
nullos alios interim expertam viros, queat
polliceri? Coniugij fides virgo iure credẽda,
ſed hæc præſumptio eſt non probatio.

l. is, qui filium ff. de his, qui ſunt ſui vel, &c.

Sed tamen, aut ex me conceperat, aut ego credo
Ouid. *Eſt mihi pro facto, ſæpè quod eſſe poteſt.*

Et Telema, apud Homer.
Ex illo natum mater me dicit, at ipſe
Neſcio nam certè, quis poſſit ſcire parentem?

Obijcit Bartolus intactam puellam, in car-
cerem, vel arcem, vni thoro iunctam conijci
poſſe, circumque munitam vigilijs, ſi ibidem
poſt anni ſpatium, partum edat, vnius viri
poſſe probari?

l. 1. Cod. quor. bon.

Item, quid dubij ſi crate ferréo vuluam
quaſi valuam circumcludat? quale inſtrumen-
tum adhuc in armamentario Decem Virorum
Veneto videtur, à quodam ex Carrarienſibus XII.
Zelotypia quondàm fatigato, conſtructum,
vxori ſuæ?

Adhuc dubia proles: Nam & hic fortaſsè
aerei quidam Dæmones ſuſpecti eſſe poſſent;
vt de Danae, & imbre aureo veteres ſunt fa-
bulati Poetæ. Fortè & magica quædam præ-
ſtigia, quorum vi clauſis ianuis, pueros faſci-
natos, virgines ſtupratas legimus. Quid
tandèm ſi verum, quod equæ Hiſpanicæ ſolo
vento concipiant?

Oré omnes verſæ in Zephyrum ſtãt rupibus altis XIII.
Exceptantque leues auras, & ſæpè ſine vllis Ouid.
Coniugijs, vento grauidæ: mirabile dictu.

Si mirabile dictu ipſi Poetæ, quid hiſtorico?
Quid ſi inualuiſſet moderna opinio, ſola ima-
ginatione concipere fœminas abſq; viri com-
miſtione, quemadmodùm legitur de Æthio-
piſſa apud Plinium album enixam pueru-
lum?

Vna erat apud Hebræos quondàm proba- XIV.
tio, quæ iurè ſublata, vt matronarum forſan
Chriſtus conſuleret pudicitiæ, quæ maledi-
ctionis, vel contradictionis aquis emergebat,
quas cum vxori vir Zelotypia ductus, biben-
das daret; ſi rea, eius intumeſcebat venter,
cum biberet: ſi verò innocens, innocuus ven-
ter non alterabatur. Abſit quòd hodiernis
temporibus huiuſcemodi vigèret experimen-
tum, quot mulieribus intumeſceret venter?
Obſoleuit veritatis os, cum inoleuit impu- XV.
dicitia; & nè omnes perderet legiſlator,
omnibus ignouit prætereundo. Cote ergo
veritatis amiſſo, ethicè filium probabis XVI.
quomodò? vultu, & moribus patrem re-
feres.

Perque tibi ſimilem virtutis imagine natum Ouid.
Moribus agnoſci, qui tuus eſſe poteſt.

Indè in Africa gens Pſyllorum fuit, à Pſyllo *Agatharchides.*
Rege dicta (cuius ſepulchrum in parte Syr- XVII.
tium maiorum eſt) Quorum corpori ingeni-
tum fuit virus exitiale ſerpentibus, vt cuius
odore ſopirent eas. Mos verò liberos geni- *Plinius.*
tos protinùs obijciendi ſæuiſſimis earum, eo- *7. c. 2.*
què genere pudicitiam coniugum experien-
di; non profugientibus adulterino ſanguine
natos ſerpentibus. Eadem ferè Haliætis
(aquilarum eſt ſpecies) eſt paſſio. Iſte im- XVIII.
plumes pullos ſuos percutiens, ſubindè cogit
aduer-

aduersos intueri Solis radios: & si conniuentem humectantemque animaduertat; velùt adulterinum, atque degenerem e nido præcipitat: illum cuius acies firma contra steterit, educat. Tali cote, vt aquilæ si probarentur homines, minimè inficiareris bonam arborem malos gignere fructus. Garamantes indè legitimos dicebant filios, qui formæ similitudine parentem referrent. Tibi Euangelicum, & naturale proloquium sit, Arbor bona bonos fructus facit.

LIBER NONVS

CAPVT PRIMVM.

LVDOVICVS IV.

Occidentis Imper. IX.

1 *Ludouici IV. infortunium.*
2 *Fortunæ cæcitas.* 14.
3 *Allusio metrica Comitis Lælij Ploueni.*
4 *Allusio Poetica M. Antonij Moles ad hieroglyphicum Ludouici IV.*
5 *Hieroglyph. effigies Ludouici IV.*
6 *Crisis in quarto.*
7 *Ludouicorum omen.*
8 *Ludouicus IV. cum septenis coronatur.*
9 *Ludou. IV. Arnulphi filius.*
10 *Hatho, & Otho Ministri Ludouici IV. Hathonis Episcopi Moguntini dolus, & lacrymabilis mors.*
11 *Cruentum Ludouici IV. bellum, cum Hungaris.*
12 *Insidijs petitus Ludou. IV. vincitur.* 23. *vt ex numismate.*
15 *Bobus assimilantur Principes.*
16 *Mors Ludouici. IV.*
17 *Moneta argentea Ludouici IV.*
18 *Epitaphium Ludouici IV.*
19 *Mathilda vxor Ludouici IV.*
20 *Ludouicus IV. Bosonis filius an idem, ac Ludouicus IV. Arnulphi filius: quandò dictus sit Imperator ex numismate?*
21 *Moneta Ludouici filij Bosonis.*
22 *Ludouicus Bosonis filius quandò excæcatus?*

I. ROtam ascendens Fortunæ Ludouicus, meritorum in gradu, & quadro pedem tenet, nil prætermittens, quo consilio, & manu consuleret Reipublicæ, & Immortalitati suum commendaret Nomen. Sed Fortunam in militari campo præcipuè potentem, expertus iniquam, calce repressus, videns sceptra, & diademata otiosis, & dor-
II. mientibus, vt margaritas brutis proijci, cum Eupole Comico, canit.

O ciuitas, ò ciuitas
Vt tu quidèm es felix magis, quàm prouida. *Apud Athenæū.*

Vt de Atheniensibus dicebatur, quibus multa feliciter obtingebant magis cõmoditate Fortunæ, quàm eorum opera: licèt Minerua ciuitatis præses, illorum malè instituta benè vertere solèret. Vndè adagium. *Atheniensium inconsulta temeritas.* Cui respondet: *Dormientis rete trahit*, vt non raro dormientibus piscatoribus pisces rete inuoluuntur.





Allusio ad Hieroglyphicum.

Ludouici IV.

III. *Infelix Ludouice! tuam sors improba sortem*
Inficit, & meritis non fauet illa tuis.
Regali augustam spoliat diademate frontem,
Et rapta indignis munera dat manibus.
Cuncta Vigil, Virtus, Meritum, Labor omnia vincit;
Ni tamen, & faueat sors, meruisse, nihil.

Comes Lælius Plouenus Nobilis Venet.

Allusio Altera.

EPIGRAMMA.

Strenuus, & Sapiens Lodoicus bella, vel armis
Comparet, aut studijs; victus ab hoste redit.
VI. *Vincere Fortunam cum tentat, calce repulsus,*
Retrò penè ruens, fronte corona cadit.
Dormiat Ignarus, Piger, & Fortuna fauebit:
Immerita Immeritis hæc diadema dedit.
Grandior Imperio est Sapiens, & strenuus Heros,
Quem Fortuna solo deprimit, Astra locant.
Illic Vir Sapiens, seu Rex, & strenuus Illic,
Quot sunt Fortunæ Fata superba premit.
Stet sibi Magnanimus, Quem si Fortuna refellit:
Qui cadit Inuitus, vincere Fata potest.

M.Anton.Moles Neap.S.Theol.D.





E L O G I V M.

Anno Christi. 899.

Fortuna Omnipotens, ineluctabile Fatum
Caroli totiès agitatam stirpem,
Ludouicorum
Nomine, & numero demùm concutit.
Quarta crisis grabatarij index est,
Quarto si auspicetur serenitas,
Quarta obtusa Luna nubilat mensem.
Parricidarum impietate Ludouicus Pius:
Patruorum, Secundus:
Aulicorum aconito, Tertius:
Sortis rabie interemptus Quartus,
Inuidam Fatorum queritur seriem,
In altum tollere iustos,
Vt lapsu grauiore ruant.
Auiti sanguinis hæres, & virtutis,
Ætate septennis, septuagenarius ingenio,
Fascias retexit in fasces,
Quùm Rex Regum
Quinariam viseret generationem,
Circularis numeri fato labantem.
Arnulphi soboles, non Bosonis,
Ludouicus IV. Caroli successor Octauus,
Non Berengarij cæcus, sed catulus Cæsarum,
Vigil cubat ad Imperij postes.
Elega electio,
Quùm Saxo, Petri iunctus est Petræ,
Quorum brachijs stringeret Orbem.
Hatho, & Otho
Summæ regebant, vel distrahebant habenas,
Sinonis technis Euangelium Episcopus exarando,
Troiani Equi fraudes renouauit,
In Albertum Bambergensem Comitem.
(Et ita intererat,
Vt fraude victor, fraude vinceretur)
(Ab hoc, Proditione exprobrante proditori
Sacro Caduceo
Non euocasse, sed animas ad Inferos vocasse)
Ad Superos prouocatus:
Vt citiùs pergeret,
Vel tutor Cæsaris
Romano iure, obtorto traheretur collo,
Fulmine volauit ictus.
Ab Orco Echo pulsante,
Sic peccata lues, sicque ruendo rues,

In Ludouico IV. dicitur extincta Caroli stirps, sed falsum, nã Conradus ex eadem matre VI. *nascitur. Grabatar. id est, morti proximus vt in Cõc. Antisiodor. c. 18.*

VII.

VIII. *Auentinus lib. 4. Onuphrius.*

IX.

Ludouicus, quẽ Verona excaecauit Berẽgarius, Bosonis Galliæ Narbonensis Regis filius erat Sigonius. Ludouici IV. mater, Vta; alijs Iutta filia Guelphi, X. *nascitur. S. An. 892. Tutores dantur Otho Saxoniæ Dux, & Hatho Moguntinus Præsul versutissimus, qui dolosè, & contra datam fidem Bambergensem Comitẽ vinculis dedit, & morti. Iustas tandem exsoluit pœnas, nam fulmine ictus à dæmone sublatus est. Regino Auctt. lib. 4. Annal. Ful. lib. 7. cap 3. Krantzius Metropol. lib. 2. c. 23. & lib. 3. c. 4.*

Italiam

Italiam Berengario,
Bosonis filio Prouinciam,
Arnulphi notho Senebaldo.
Populante Germaniam,
Accurrens omnibus, nulli succurrit.
Virgines, Sacerdotes, Delubra,
Lacessentibus Hungaris
Augustæ obuiat Augustus.
Vbi Ancipiti Marte septem horis præliatus,
A cædendo plauditur Cæsar. *Ann. 901*

XI. Sed indignata Fortuna virtutem prosequi,
Vertentem comitata barbariem, bellum instaurans
Victorem victa fugat.
Hærens congredi in campis, aggreditur in insidijs,
Erubescens veterana cum pupillo pugnare.
Sed victo gloria,

XII. Absquè dolo non potuisse vinci.
Furtiuam Victoriam temnens,
Vt Leo cubare renuit,
Priusquàm occisorum sanguinem rebiberet.
Ad Danubium Bauaricum, Ansburg propè

XIII. Cum vnus Sol non sufficeret aciem spectare,
Tertiò rediens
Certatum totis concussi viribus Orbis, *Ann. 907*
Nesciens, quid deliberare Fortuna,
Barbaris inclinauit tandèm.
Iuste? scire nefas.

XIV. *Magno se iudice quisque tuetur*,
Victrix causa Deis placuit, sed victa Saxoni.
Oh fortuna viris inuida fortibus,
Quàm non æqua bonis præmia diuidis?
Dicat nunc
Nos facere Fortunam Deam, Cæloque locare,
Nullumque abesse Numen, dum adest prudentia?
Cum Iosue commilitones Dij perdidère diem;
Et militum labes, Ducis est deleta cruore,

XV. Boues estis, ò Principes, sceptrum aratrum est.
Et vos non vobis fertis aratra boues.
Trino prælio stetit vnam vrgère sortem;
Sed classico obstrepente,
Vel audire haud potuit, vel exaudire nequiuit.
Sic Fortis sinè Fortuna,
Solis pectoris vulneribus triumphauit.
Annibalis instar,
Si non à ciuibus, ab hostibus,
Qui superna vicerant manu,
salutatus *Augustus*.
Ad Cælum ascenderat Germanorum clamor,
Et Deus descenderat pro Hungaris bellaturus. *Nostris peccatis barbari fortes sunt.*

In


...nn. 912 ...o. Kal. ...ebr.

In Deum qui audet, audeat in Ludouicum.
Luctatus cum Deo, nec pede claudicat.
Vt Deus quiesceret, numquàm quieuit.
Nec ferens captam Arcam,
Cecidit inter mortuos liber,
Ætatis decimo Octauo; Imperij duodecimo.

Ex animi ægritudine moritur, quia Hungaros comprimere non posset. Vesper. Auent. Sigeb. XVI.

Argentea Moneta.

XVII.



Epitaphium Ludouici IV. filij Arnulphi.

Pauso sub hoc saxo Ludouicus Regia proles,
XVIII. *Romani Regem quem statuere sibi.*
Mi fuit Arnulphus genitor, qui proximus illic
A cornu altaris conspiciendus, adest.
Hic vbi pertæsus vitæ sua tempora clausit,
Romani Imperij sors mihi sceptra dedit.
O nimis infelix? quatuor vix lustra videbam,
Iniecit rapidas, cum mihi Parca, manus.

Ratisbonæ in Choro in Monast. S. Em.

Vxores.

XIX. Vnam habuit Mathildam, seu alijs Ludgardam Ludolphi Saxoniæ Ducis filiam, Brunonis, & Othonis Magni sororem.

XX. Adnotationes Historicæ.

10 *Bosonis filio*, Ludouico IV. Italiæ Bosonis Regis Prouinciæ filio, Ludouici Iunioris Imperatoris ex filia Hermingarda nepote, quem Regem appellatum Ticini cõtra Berengarium ab Italicis Principibus, Anno S. 899. ex multis Historicis Octauius de Strada collegit. Regnauit, & imperauit in Italia contra Berengarium annos V. Consecratus, & coronatus Imperator, vt ex argenteo numismate vides

XXI.

Romæ in Basilica S. Petri à Papa Benedicto IV. An. S. 901. Imperauit annos III. Coactus à Berengario Veronæ abdicauit, oculisq; & Regno priuatus Ann. S. 1004. Mense Augusti. XXII.

13 *Barbaris*. Infausto prælio (Pannonum non Francorum dicas) victum fuisse Ludouicum: cum annalibus numisma iungitur, cuius in vna parte, Ludouici IV. toreuma est, in altera verò. XXIII.



Idem Ludouicus Dei implorans auxilium; cuius literæ. R.I.P.V. veriùs explanantur, *Rege infausto prælio Victo*, quàm *Redit in præcordia virtus*.

CAPVT SECVNDVM.

De Fortuna, & Fato Colloquium inter Belisarium, & Gilimerum.

1 *Belisarij ærumnæ.*
2 *Consolatio Gilimeris ad Belisar.*
3 *Humana vicissitudo.* 5.
4 *Iupiter Fato subiectus.* 52. 54.
6 *Saturnus deuorans filios quid sit?*
7 *Cræsi miseria.* 8. *Mortalia cuncta.*
9 *Pompeij M. triumphi, & ludibria.*
10 *Ridendo mortalia vincimus.*
11 *Dionysius Syrracusanus cur scholam aperiret.*
12 *Fortunæ nomen, quid petat?*
13 *Plus Fortunæ, quam Virtuti deferebant Romani.*
14 *Sapientia, Temperantia non habebant templa Romæ.*
15 *Fortunæ, quis primus templum erexerit?*
16 *Fortuna Primigenia, Virilis, Breuis, Auerrunca, Blanda, &c.* 21.
17 *Fortuna Primigenia, quid & cur?*
18 *Fortuna Muliebris, quandò erecta?*
19 *Fortuna Fortis cur, & quando erecta?*
20 *Cæsar de Fortuna securus.*
21 *Seruius Tullus rem habebat cum Fortuna.*
24 *Fortuna nil potest, cur cæca?* 32.
25 *Aegyptij mensam ponebant Fortunæ.*
26 *Fortuna Ignotus Deus est.* 31.
27 *Fortuna excogitata ad tegendam mortalium inscitiam.* 31.
28 *Fortuna debet Alexandro: & illa nobis, non illi nos.*
29 *Sardanapali epitaphium.*
30 *Phrines meretricis statua apud Delphos.*
33 *Fortunæ potestas.* 38.
34 *Fortunæ potestate M. Antonius ab Octauio Cæsare vincitur.*
35 *Cæsaris somnium matrem stuprantis, quid velit?*
36 *Protogenis, & Nealcis pictura casu perfecta.*
37 *Fortuna modò pictrix, modò aurifex.* 35. 38.
39 *Nauis Agrigenti, quid?*
40 *Fortuna numen manu factum.* 41. 44. *vota sub pedibus? clauda? plena plumis? nuda?*
41 *Schitarum monita de Fortuna ad Alex. M.*
42 *Fortuna ministra Prouidentiæ.*
46 *Fatum, quid sit?* 48. *Ineuictabile.* 49. *Deus est.* 53.
50 *Fatum à fando.*
51 *Tria Fata idest Parcas antiquitas posuit.*
55 *Parca omnium causa impiè asseritur.*
56 *Præcibus an moueantur Fata?* 80.
57 *Deo an sit cura mortalium.*
59 *Signum prædestinationis quale?*
60 *Arbitrij libertas, & decretum an pugnent?* 71. 74.
62 *Descriptio allegorica throni Dei.*
64 *Duodecim sedilia Apostolis promissa, cur duplicentur in Apocalypsi?*
72 *Dei præuisio, & operatio hominum qnomodò conueniant?*
73 *Aeternitatis idioma, quale sit?*
75 *Deus non præuidet futura, sed videt.* 78.
76 *In æternitate ego iam mortuus.*
77 *Prædestinationis conscij adhuc operantur.*
79 *Deus quomodò stet decreto?* 81.
80 *Futura characteribus Cæli descripta.*
82 *Bonis cur mala, malis bona Deus distribuat?*
83 *Marcescit sinè aduersario virtus.*
84 *Philippi Macedonis querela in felicitatem.*

Romæ ad Orientem Iustiani Regijs in valuis postquàm Belisario non bis fuere triumphi, scabellum pedũ tumidiores calcanti Reges, non exercituum Imperatorem, non barbarorum flagellum, non Cæsaris patricium, sed fortis meritò sponsum, quùm cæcum, lacrymas affectare, & singultus, congiaria victitantem, dolens audio. *Date obulum Belisario?* I.

Gilimer. Belisari? si tu Belisarius, non ego Gilimer. Si tu vinctus, non ego victus. Malorum socius, qui hostili manu Africanos catenauit triumphos, & purpuram meam dedignatus contexere in sagum, streuit. Cur tam citò

citò versa est in luctum cithara tua? Horruit
II. virescens Carthago, quùm Scipionis Geniũ in te quiescere vidit: & surrexisse tædens occidit, elusa Gilimeris larua posse Annibalem patria reparare mœnia. Defecit Romæ Carthago, sed Scipio haud deficit, cui non solummodò Africani muri, sed Annibal ipse cederet in triumphum. Visus est vinctus, Byzantij, quem Roma fulminantem exhorruit; & qui Romæ argentarias tabernas sub hasta venire iussit; iussus est Byzantij agros excolere. Hæ illæ manus, quæ Africæ vincula iniecerunt, & tot Regum sceptra, tamquàm arundinem fregère? & modo scipione regitur Scipio? *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Hi oculi illi, qui semper ad Cæsarem, diù noctuque vigiles, etiã cubantes in Numidiæ tenebris, virtutem facibus romanos fasces illũstrarunt; & nunc solam intuenrur tyrannidem; excæcati forsàn, vt ingratũ ignoscentes, minùs paterentur. Sed vbi, & quandò Furiarum esca, & carnificum ludibrium fuit innocentia? Habeo, serò licèt, Ingratitudinis celebratur triumphus. Et qui te patratum appellauit patrem, redarguitur vt parri-
III. cida. Humana est vicissitudo Belisari. Vna tibi superest victoria, quæ cum te fugiendo irrideat, tu irridendo vincas. Rex eram, & solummodò exutus Regno, regnare didici, quod antè nesciebam. Non vno vulnere, sanguine lacrymatus es, vt glebam adipiscereris, modò oculos repetijt Iupiter, vt flere nequeas, sed ridendo vincas. Haud poteras de mundana vanitate cognoscere, si illecebris irretitus oculus vidèret; te Iudicem natura poscit, sed quia lumine rationis, corporis abdicauit, nè reus esses, & actor. Fallitur oculus, qui vespertilionis more ad lumen Solis cæcutiens, noscere haud poterat an iudicia luce meridiana clariora. E castris ad cancellos euocatus, dicas nunc triumphi vanitatem.

Belisarius. Sic erat in Fatis. Fortuna cæca, vt pari nuberet. Vel nè viderem adulterantem excæcauit. Verè cæca, quasi luce Belisario erepta, deficiant lumina Orbi, vt casibus ludentem humanis ignoscerent. O inuida Fatorum series, si diù me stare dedignabaris, in altum cur tollere, vt ruerem grauiori lapsu? Haud forsan libaui victimas, erexi altaria, & tubarum clangore aurea Omnipotentiæ catena vti fascia Superos, & Inferos colligari Belisarius personuit? Exercituum Deus mihi erat numen, Gentilium irridenti Idola, vt manufacta; sortes meas, tempora mea in manibus eius strepebat omnis murmure campus.
Sed animam delusit Apollo. Cæli toties dece- IV
ptus fraude sereni, canam modo?

O Melibæe Deus nobis hæc otia fecit,
Ille meos errare boues, vt cernis, & ipsum,
Ludere, quò vellem calamo permisit agresti?

si Fatis ipso Ioue subiecto? si Parcarum tanta vis, vt cum plus possint, quàm Cælestes vniuersi, quàmque ipse Rector, ac Dominus, vt lumine captus videre cogar, quod in lumine cæcutiens dissimulabam. Cur non illas potiùs regnare dicam, quarum legibus, ac statutis parère omnes Deos necessitas cogit. Pro Deo Maximo pugnantem Belisarium, & cæcitate repensum, quùm planctu prosequeris, tibi dubium, quin is, qui alterius Imperio obsequitur, Maximus non sit? Si enim esset, Fata faceret, non acciperet.

Gilimer. Cohibe linguam, ora preme Belisari, quia desperatorum pharmacum, haud execratio. Si tam dira ille precatur, qui Deorum gloriatus commilito, religionis larua mihi pro diademate ferreas retulit catenas, quid impium Gilimeris euomet pectus, cui pro Ioue opimior non erat litanda victima, quàm caro, Christi redempta sanguine? Numina non execrare, tuo enim capiti dira canis. Merenti mederis rerum vicissitudine, qua circumamictus lucet speciosior Orbis. Quid Sole
pulchrius, & tamen auream illam sphæram, V.
Cælorum oculum, telluris animam, mundi temperiem, astrorum Principem, gratiorem roriflua nox facit, & pallium obductum nigræ matris. Quid verè amœnius, cùm prata rident, & verè virente viro, noua de grauido palmite gemma tumet: frumenta in viridi stipata lactentia turgent. Resonante auibus virgulto canoris, omnis ager, omnis parturit arbor, Non alios prima crescentis origine Mundi illuxisse dies, aliumuc habuisse Tonãtem crediderim, Ver illud erat, Ver magnus agebat. Quem tamen canis, cnm densa cadit frigoris asperitas, cum liquitur montibus humor, ac Zephyro putris se gleba resoluit: glacialia illũ commendant marmora, canæque niues. Huiuscemodi vicissitudine non tantùm Mundi

venuſtas luceſcit, ſed firmatur in inconſtantia
Macrob. 1. Satur. c. 8. conſtans. Falcem dedère Saturno, quod tempus omnia metat, execet, & incidat. Hunc
VI. aiunt filios ſuos deuoràre, eoſdemque rurſus euomere: per quod ſignant tempus eſſe, à quo vicibus cuncta gignantur, abſumãtur, & ex eo denuò renaſcantur. Iucunda ac triſtia æſtus in morem viciſſim mortalibus accidunt. Indè proſperis aduerſa, ineuitabili ludo certant. Quantis Dij dederunt illuſtria dona, & materno in vtero fortuna, & diuitijs ornarũt, qui repètè (vti Cræſus) in vinculis coniecti sãguineis ærumnis edocuère venientes. *Huma-*
VII. Herodot. lib. 1. *narum rerum* (Lydię vociferatur Rex) *diſcito talem curſum eſſe, qui rotatus ſemper eodem fortunatos eſſe non ſinat*. Nihil ſtabile præter viciſſitudinem. Et ſicuti vrbium, & Impe-
VIII. riorum; ita gentium nunc floret fortuna, nunc ſeneſcit, nunc interit. Cuncta premit tempus, Roma naturæ æmula, artis miraculum, cui par eſt nihil, & nihil ſecundùm, quid erat?

Vbi nunc Roma eſt, Orbis caput, arbor, & herbæ,
Ovid. Faſtor. 5. *Et paucæ pecudes, & caſa rara fuit.*

Vbi nunc Ilium Fato quondàm æternitate ſecurum? Vbi Græcorum triumphi, Spartha, Thebæ, Mycenæ?

Magna fuit cenſuque, viriſque
Hunc humiles veteres tantumodò Troia ruinas
Et pro diuitijs tumulos oſtendit auorum:
Clara fuit Sparta, & magnæ viguere Mycenæ
Nec non Cecropis, nec non Amphionis arces
Vile ſolum Sparta eſt, altæ cecidere Micenæ;
Quid Pandionæ reſtant, niſi nomen Athenæ.

Vrbium ſupputa ſecula, quæ vt humana indè breuia, & caduca haud de vetuſtate gloriantur. Æternum quis occupat? ille qui perègit æternum. Annorum ſit longa ſeries, Summi Opificis in conſpectu, dies eſt heſterna, quæ præterijt; & ſeculis primæuis, vel futuris cõparata, pro nihilo penditur. Terram toto cũ ambitu vaſti gurgitis, longorum fluminum, populorum multitudine, circuitu Vrbium, & Prouinciarum puncti loco ponimus, cuius minimam occupas partem, quam librabis, ſi puncto valeat adæquari ſtatera. Magnum ò
IX. Beliſari recordare Pompeium

Ille tremor Ponti, ſæui quoque terror Hydaſpis,
Et piratarum ſcopulus: modò quem ter ouantem
Iupiter horruerat, quem fracto in gurgite Pontus
Et veneratus erat ſub miſta Boſphorus vnda.

poſt tres conſulatus, totidemque triumphos, domitumque terrarum Orbem, euectus ſuper quod aſcendi non poterat; in Pharſalicis cãpis victum, & proditum, faciei pretendere togam, indignatum, apertum Fortunæ præbère caput. Vidè quùm lumina premat, contineatque animam, nè quas effundere voces poſſit, & æternam fletu corrumpere famam. Latus verò Achilla perfodiente, nullo gemitu conſenſit ad ictum. Fata vicit, deſpicien- Lucanus. 8.
do nefas, & ſeruando immobile corpus. Conſuluit Famæ, ſe probauit moriens, minimè aduerſa pati neſcire. Iuſtitium quis ſoluit? Inſepulta oſſa iacèrent, ni nauta parua clauſiſſet humo: volarent per auras retecti cineres, ni humili ſaxo compreſiſſet arenam. Grandi ſepulcro maximus cum deberetur titulus, inſcripſit. *Hic ſitus eſt Magnus*. Tam grandis anima poſtquàm Orbes teneret æternos, verò irradiata lumine.

Vidit quanta ſub nocte iacèret X. Lucan. 9.
Noſtra dies, riſitque ſui ludibria trunci.

Quid ploras Beliſari? cum cùras mors rideat, anxia vitæ nihil. Nè prætermittas de cæcitate triumphare, Ages ſi tui irrideas ludibria.

Beliſar. Si miſeris eſt ſolatium ſocios habere pœnarum, ex hoc negatur. Illi ſocior, cui imperabam. Ærumnarum grauatur pondus, ſi fidendum, cuius vitæ, & fortunæ carnifex fui. At cæco cum nulla cautio, & illi quem non video, credam? Si ſolo cecidit viſus, cæcitas quid expectabit? Gilimer, Dionyſium proſequamur Syracuſanum; Imperium XI.
iſte cum perdidit, gymnaſium aperuit, & ſolitus ſuperbire Imperio, haud potuit non premere populos, ſaltem docendo. Claudorum, & cæcorum noſtra erit palęſtra; Cæca iudicia orbata petit Fortuna; & clauda, quæ pergeret ſi pedibus ſtaret illeſa. Quid ego de Fato, & Fortuna ſentiam, aperiam; tu redargues, & ita conuenit, cum cæcus, & videns digladiantur. Ab execrando, vel ſacro exordiamur nomine. *Fors, & Fortuna*, cum degèrem in ca- XII.
ſtris, ſæpè ſæpiùs obſtrepente milite, reſonabant. Nonium Marcellum conſului, qui cum in Phorm.
Terentio *Fortem*, dixit caſum temporalem; Fortunam verò Deam.

O fortuna, o Fors Fortuna: quantis commoditatibus.

Quàm

Quàm subitò hero meo Antiphoni ope vestra onerastis hunc diem?
Accessi posteà ad Ælium Donatum, qui incertum retulit euentum, sed bonum: vndè fortu-
Plutar. nare sit prosperare, & omnibus augère bonis. Fortunati nomen cum opibus accipiendo; dicebat Cornelius Fronto.

Gilimer. Ita placuisse Gentibus non dissentior: sed Fortunam appellare Deam non arrideo.

Belisar. Te forsàn latet politiores gentes Fortunæ struxisse altaria, libasse victimas, & Iouem ipsum dixisse Fortunæ stare? Romani cum plus Fortunæ, quàm Virtuti deferrent;
XIII. Virtuti sero, & longo ab vrbe condita tempore fanum posuit Scipio Numantinus. Deindè Marcellus Virtuti, & Honori, ac Menti dedicauit Æmilius Scaurus, cum iam Sophistis, & oratorum argutijs in Vrbem illapsis, res istas magnis laudibus ferre cœpissent. Sapientiæ
XIV. in hunc vsque diem templum non est, neque
Plutar. de Fortun. Rom. Temperantiæ, aut Tolerantiæ, aut Magnanimitati, aut Continentiæ, Fortunæ verò templa sunt splendida, & antiqua. Primus, For-
XV tunæ templum dedicauit Seruius Tullius, ter-
Plutar. problem. 74. tius à Romulo Rex, & *Breuem* vocauit; an quod initio humilis, & obscurus, matre natus captiua, Fortunæ manu vsurpasset regnum. Aut magnitudinem potiùs mutatio, quàm exiguitatem indicat Fortunæ? Et nè quid linqueret, vndè Diuinam ageret, haud duntaxat
XVI. bonæ spei, auerruncæ, blandæ, primigeniæ, virilis, templa condidit: sed & conuertentis, & benè sperantis, & virginis, & quid reliqua persequar cognomina? cum viscatæ etiã Fortunæ templum sit, quasi eminùs nos captantis, & rebus adhibentis. Paruæ Fortunæ, nè fanum pertranseas, vt minimis animaduertẽtis, & nihil eorum, quæ offeruntur ob paruitatem negligeret. Fortunam verò vt Primi-
XVII. geniam sunt venerati Romani, nimirùm quia
Problem. 106. omnium rerum Principium Fortuna est, & ex fortuitis euentis natura constituitur, quandò fortuita euenta ordinem inter se sortiuntur. Muliebris Fortunæ templum antè Camillum
XVIII. perstruxère Romani, quùm Coriolanum aduersù patriam venientem, exarmauit mater. Dum Fortunæ sacrabatur Idolum resonasse ferrur: *Pie me o matronæ ciues leges vrbis dedicauistis*. Ad Tiberim verò Fortuna Fortis est dedicata, de cunctis scilicèt triumphãs: XIX.
eique fanum in hortis, quos populos legauit Cæsar, dedicauère, cum ad summam euectum potentiam, Fortunę beneficio ipsemet gloriaretur. Cum enim à Brundusio Pompeij persequendi causa soluisset pridię Nonas Ianuarij, hyeme iam vertente; pelagus tutò traiè-
cit, Fortuna tempestatem superante. Regre- XX.
diens indè, tumescentibus vndis, hæsitantem nautam vsquè adhùc ignotus quis esset, patefecit, tamquàm esset ex eo vim tempestatis placaturus. Bono animo (inquit) es, quia Cæsarem vehis, & Cæsaris Fortunam; quasi Fortunæ essent partes, tranquilitatem imponere mari. Seruius ergò Tullius, qui omnium
Regum maximè, & potentiam auxit populi, XXI.
& Rempublicam ordinauit, se Fortunæ cõmisit, eique Regnum suum acceptum tulit: ita vt etiam cum eo consuescere Fortuna putaretur, per fenestellam in domũ eius descendens.
Priuatæ, & Viscosæ Fortunæ in Capitolio XXII.
templum est; & licèt cognomen ridiculum sit, tamèn translatione contemplandam Fortunæ exhibet naturam, eminùs ad se trahentis, & tangentia retinentis. Ad fontem, qui Muscosus dicitur, Virginis adhuc Fortunæ fanum est, in Abscymis versantis. In longo an-
giportu Fortunæ bonæ spei est ara; Est & sa- XXIII.
cellum masculæ Fortunæ, apud aram Veneris Epitalariæ: aliæque sexcentæ appellationes, & honores, quorum pleraque Seruius instituit, gnarus summam in rebus humanis vim esse penès Fortunam: maximè cum ipse esset Fortunæ fauore, de captiuo, & hostili genere natus, Rex factus. Tu Gilimer tanto Numini qualem extruis aram?

Gilimer. Causam deorum agam, Belisari. XXIV.
Fortunam cur faciam Deam? Cum rebus humanis minimè agnoscerem Prouidentiam præesse, & totus in prece, Fortunæ mille funderẽ præconia, regna lusi, & libertatem amisi. Cæcam pingebam, cum maioribus meis ita assuetis; vel quòd meliores ea essent, à qua
se regi credebant; vel se quoque cum eàdem *August. 3. de lib. Arbit.*
cæcitate, & sentire ista fateantur, & dicere.
Te facimus Fortunam Deam, Cæloque locamus.
Cum Fortunæ mensam ponerem, super eam XXV.
libarem, numeratus in gladio, in cæde corrui: & Ægyptiorum more, cum labente anno, conuiuia inirem, vel ad meliorem frugem sequen-

ſequentis, vel pro præteriti ſegete, meſſis exaruit non Fortunæ Imperio, ſed Gilimeris ſacrilegio. Quid igitur Fortuna? Creaturarum
XXVI. ignauia, Creatoris fugientium Prouidentiam. Hominum eſt imbecillitas, vt quod non capiunt, mirentur, ad Diuinum dicant, & ſupra naturam putent. Cauſarũ ignoratiò induxit, vt Ignoto Deo, Superum, & Inferorum offerrent Imperium, & Fortunam
XXVII. dicerent; quaſi caſu ipſius Mundi machina conſurgeret: Quo velamine mortales ſuam inſcitiam obtegerent. Ignotum dixi Deum, quid ſit, enim ſi quæratur; Fortuna? ignorant. Cur ergo ignorantes colimus, quod neſcimus? Inane prorsùs eſt nomen, vndè doctè Iuuenalis.

Saturn. 10. *Sed te*

Nos facimus, Fortuna, Deam, Cæloq; locamus.

Nos facimus, ſi tamèn hominum eſt facere Deos. Nos facimus, vndè illa nobis, non illi nos debemus: cuius Deitas noſtra eſt temeritas. Multum Fortuna debet Imperio Alexan- Plutar. de Fort. Alex.
XXVIII. dri: in eo enim conſpecta eſt illuſtris, inuicta, magnanima, modeſta, humana. Statìm autèm mortuo Alexandro, exercitum eius vagantem, & in ſeipſum impingentem Leoſthenes ſimilẽ dixit Cyclopi eſſe, qui amiſſo oculo vſquequaquè manus intendebat, nullum ad certum ſcopum directas. Probè dictum ab Epicharmo, Mentem videre, mentem audire, reliqua cæca, & ſurda rationis indigere. Mens prodeſt, hæc vincit, ſuperat, regnat, reliqua cæca, & ſurda. Semiramis eodem in Regno, quo Sardanapalus, claſſes tamèn illa inſtruẽs, legiones armans, Babylonas condidit, rubrũ
XXIX. circumuecta mare Æthiopes ſubegit, & Arabes. Ille verò virili natus ſexu inter pellices deſidens, linum carpebat. Vndè mortuo lapideum erigentes barbari ſimulacrum, barbarico more ſibi ſaltantis, digitis ſupra caput complosis, crepitum edentis, piè inſcripsère: Ede, bibe, lude, poſt mortem nulla voluptas. Cum videret Crates auream imaginem Phry-
XXX. nes meretricis, apud Delphos ſtantem; exclamauit Fortunæ forsàn eſſe ſimulacrum? non: ſed trophæum de Græcorum erectum intemperantia. Me igitur pœnitet toties inuocaſſe Fortunam: & quoties impoſterum appellabo,
XXXI. ad diuinam reuoco Prouidentiam. Etenim Aug. 1. Retract. quæ vulgo nominatur Fortuna, occulto quodam ordine regitur, nihilque aliud in rebus caſum vocamus, niſi cuius ratio, & cauſa ſecreta eſt. Quæ verò antiquitas glomerat, & conſarcinat videntur irridère Fortunam.

Fortunam inſanam eſse, & cæcam perhibent Philoſophi. XXXII.

Saxoque illam inſtare globoſo prædicãt volubilẽ.

Ideò quo ſaxum impulerit fors, cadere eo Fortunam autumant.

Cæcam ob eam rem eſſe iterant, quodnihil cernat, quò ſeſe applicet.

Inſanam autem aiunt, quia atrox incerta, inſtabiliſque ſit.

Brutam quia, dignum atque indignum negat internoſcere. Apud Herenniũ Pacuuius lib. 2.

Beliſarius. Noli Gilimer diuinitate iocari; nam

Vitam regit Fortuna, non Sapientia. XXXIII. Cicero. 5. Tuſcul. lib. 5.

Vndè Lucretius.

Quod procul à nobis flectat Fortuna gubernans, quæ & non inuocata dormientibus ſuccurrat; requirentes fugiat.

Vſquè adeò res humanas vis abdita quædam. ib.

Obterit, & pulchros faſces, ſæuaſque ſecures.

Proculcare, & ludibrio ſibi habere videtur.

Te forsàn latet Romanorum Imperio non Marcum Antonium, ſed Octauium Cæſarem potitum, quia iſti non illi arridèret Fortuna? XXXIV Ludicræ concertationes in quibus Antonius Octauio ſemper inferior, fuère præſagium. Ab eo aufugere fatiloquus Ægyptius Cleopatræ gratia ſuaſerat. *Huius enim genium* (inquit) *formidat genius tuus, qui erectus, & celſus vbi ſolus eſt, illo appropinquante demiſſior redditur, & ignauior. Et ſane ſuffragari rem ipſam apparebat Aegyptio, namque ferunt, cum per luſum quacunque in re mitterent quotidie ſortem, vel alea luderent, victum diſceſſiſſe Antonium. Crebrò cõmiſſis gallis gallinaceis, crebrò bellatricibus coturnicibus ſuperauerunt emiſſi à Cæſare. Vnde conflictatus in animo Antonius magiſque ad Aegyptiam ſe applicans, re familiari ſua Cæſari mandata, exceſſit Italia.* Quid XXXV. Plutar. in M. Anton. I. Cæſaris ſomnio nocte illa habito, quæ tranſitum anteceſſit Rubiconis: viſus ſibi ſtuprare matrem? Patriæ eſt præfiguratus triumphus, & Fortunæ fideiuſſione inſtigatus aggredi patriam. Et quò in omnibus præcellere Fortuna videretur, vel medica, vel pictrix, modò bellica, modò pacifica ſemet venditat. Protogenes

genes est Nealces, canem ille, equum iste non
XXXVI. tam arte, quàm casu pinxère. Non iudicabant
Plinius. lib. 35. c. 10. se exprimere in eo spumam anhelantis posse, cum in reliqua omni parte (quod difficillimũ erat) sibi ipsi satisfecissent. Displicebat ars ipsa, nec minui poterat, & videbatur nimia, ac longius à veritate discedere, spumaque illa pingi non ex ore nasci, anxio animi cruciatu, cum in pictura verum esse, non verisimile vellent: absterserant sæpiùs mutauerantque penicillum, minimè sibi approbantes. Stabat retrò Fortuna, & irascentes deridebat artifices: quùm tandèm indignati inuiso loco tabulæ impegère spongiam, quæ ablatos colores reposuit, qualiter cura optabat; fecitque fortuna in pictura naturam: vt equum, & canem quos occluserat ars, fortuna ostenderet. Sed pennicillis depositis, fidibus cer-
XXXVII. tantem audias. Eunomius æmulabantur citharis, & Aristo. Et cum Aristoni fidium vnam liuor fregisset, pertranseunti annuit Fortuna cicàdæ, quæ citò ingressa chorum, & dulci modulamine vocem ingeminans, lyra lusit Aristo, & Eunomium illusit cicàda. Sileant fatales statuæ (vt & statuaria agnosceretur
XXXVIII. Fortuna) vt Palladium apud Troianos, Ancile apud Romanos Imperij fatalia pignora. Auctoritas Principum Fortuna est.

Centum doctum hominum consilia hæc deuincit Dea.

Fortuna, atque hoc verum est: proindè vt quisque Fortuna vtitur.

Ita præcellit, atque exindè sapere eum omnes dicimus.

Benè vbi quod consilium discimus accidisse hominem cautum,

Plaut. in Pseud. *Tum esse declaramus; stultum autem illum, cui vertit malè.*

Gilimer. In Agrigenti naui aqua vel
XXXIX. vino te agitatum dicam Belisari? Ibi bac-
Athenæus. lib. 2. c. 1. chantes iuuenes, vino calefacti eò vsquè processerunt dementiæ, vt se in triremi nauigare, & magnoperè perturbatum arbitrarentur mare. Indè vt maris tempestatem muneribus placarent, domus suppellectilia proiecerunt. Congregatum nouitate vulgus, & proiecta diripiens, cum interrogaret, quid agerent? responderunt iuuenes se ob tempestatem defatigatos superuacaneis oneribus nauem exonerasse. Nostra ita humanitas, dominandi debachata libidine, cum Fortuna se compositam ad præliandum putat: nec vllam tamèn rationem reddit à quo & quam ob causam; sed tantùm cum Fortuna digladiari, momentis omnibus gloriatur. Vndè tibi XL.
manufacere Deos? quod si ingenitã dicas Fortunã; vndè Summi Opificis, & Fortunæ diffidia ad concordiam rediges? Si cæcam insimulant, quod nefario bacchata amore, honoribus, & muneribus immerentem prosequatur, cur Deam vocitant? Mente & corpore orbantur Dij? haud mirum cæcos, & claudos oriri mortales, quorum Architecton nequit euigilare. Aurem obturare miserorum precibus, victimis minimè sollicitari, & rerum faris potentem? Exuta vestibus, quia prodiga dilapidat, vel auara congregans non erubescit pudẽda detegere: & veluti scortum cuique expositum, in lupanarij valuis pertranseuntes vrgère, & ad amplexum sollicitare. Vt enim illud neminem amat, dum amasios in dies mutat, ita & Fortuna. Vel saltatricem dicas, quæ in eosdem recurrat circulos, & quæ confecit, celeriter retexat. Et tibi erit cuncta suo nomine torquens? Rota sub pedibus, vel potiùs in capite, nonnè ægræ mentis inditium, qua tamèn Iouem verti execraris? Sospitet te Deus, nè cæca cæcum ducens, in foueam vterque cadat. Oh insana mens hominum sub rectore gaudère tyranno. *Rota volubili* (Fortuna inquit) *Orbem versamus, infima summis, summa infimis mutare gaudemus*. Vtroque pe- *Curtius. lib. 3.*
de clauda Scythis erat Fortuna, quasi & inuita quiesceret vbi semel stetisset. Sed plena plumis, & stridentibus volitans pennis, fefellit claudicatione mortales. Sedet in Rota, & quasi in quadro stanti blandimur. Fortunam (Scythæ ad Alexandrum) tuam pressis mani- *Curtius. lib. 7.*
bus tene, lubrica est, nec inuita teneri potest, Impone felicitati tuæ frenos, faciliùs eã reges. Sine pedibus manus, & pennas habens: sed manus cum porrigit, pennas comprehendere haud sinit. *Caue* igitur (Epicurus)
ne habeas Fortunam *Deam, vt vulgus facit* XLI.
hominum (nequè enim quicquam à Deo inordinatè peragitur) neuè etiam credas instabilem quidẽ, sed causam tamen aliquam, vulgo enim existimant, non porrigere quidem ipsam, quasi manu hominibus, boni aut mali aliquid, quod ad beatam vitam faciat; sed bonorum tamèn malorumue *Apud Gassendũ de Fat. & Fortuna.*

insignium

insignium occasiones suppeditare. Id caue, &c.
XLII. Nihil sua vi potest, sed decreti siue Prouidentiæ ministra.

Theogenes. *Nunc etenim huic librã inclinat, nunc Iupiter illi*
Vt modo sit diues, nil modo possideat.

Ab illa rerum prima Causa Sublunarium rotatur vicissitudo, quæ Creso, & Crasso gazas tulit, Fabritio paupertatem, Mutio ignem, Rutilio exilium, Præturam Vatinio, repulsam Catoni.

Homer. Iliad. vlt. *Dolia namque Ioui duo sunt in limine plena,*
Muneribus quæ is donat, in hoc mala sunt, bona in illo
Hinc miscens dispensat acuto fulmine gaudens
Nunc mala distribuens, ac tristia nũc bona rursũ.

lib. 10. de Legib. Nec inscitè apud Platonem nonnulli *Naturã, atque Fortunam quasi synonima habuerunt, cum omnia non arte, sed natura, & Fortuna dicerent facta: cum Fortunæ quasi auspicijs, & conuenisse initio, & contemperata fuisse: cum Cælum, & Mundum, & quæ in eo sunt omnia, animalia quoque, & plantas, & quadripartita anni tempora, non nata per mentem, aut Deum aliquem, sed vt dictũ fuit, natura & Fortuna. Toto Mũdo, & locis omnibus, omnibusque horis, omnium* Plinius. lib. 2. c. 7. *vocibus Fortuna sola inuocatur, vna nominatur, vna accusatur, vna agitur rea, vna cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, & cum conuitijs colitur; volubilis à plerisque verò, & cæca etiam existimata; vaga, inconstans, incerta, varia, indignorum fautrix; huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium, sola vtramque paginam facit; adeoque obnoxiæ sumus sortis, vt Sors ipsa pro Deo sit, qua*
XLIV. *Deus probatur incertus.* Si vitam regit Fortuna non Sapientia. Quid ergo? *neque Iustitia,* Plutar. de Fortuna. *neque æqualitas, neque temperantia, neque modestia, res humanas dirigunt? sed à Fortuna, & propter Fortunam factum est, vt in sua perseue-*
XLV. *raret Aristides paupertate, cum parare diuitias sibi posset? & Scipio Carthagine capta, nihil prædæ neque videret, neque acciperet? & Philocrates accepta à Philippo pecunia, meretrices, ac pisces emeret? Lasthenes, & Euthycrates ventre, ac rebus turpissimis meriti felicitatem, Olynthũ perderent? Alexander Philippi F. captiuis mulieribus, cum ipse abstineret, tum vim facientes puniret? Alexander autem Priami F. aduersa Fortuna, eo adactus est, vt stuprum hospitis vxori offerret, eaque abducta duas continentes bello, ac malis impleret? Hæc enim si fortunæ ascribuntur, quid impedit quo minus feles, hircos, simias dicamus fortuitò esse gulosos, libidonosos, scurriles? Sin & aliqua temperantia, iustitia, fortitudo, cui consentanea est prudentia, si prudentia consilij dexteritatem nullam esse? Cum & temperantia dicatur quædam esse prudentia, & iustitiæ præsentem requirat prudentiam. Immo prudentiam, qua adhibita circa voluptates officium tuemur, continentiæ, & temperantiæ nomine afficimus: eandemque in periculis, & laboribus tolerantiam, ac fortitudinem, in contractibus, ac rebus publicis æquitatem, iustitiamque vocamus. Vndè fit, vt si Fortunæ imputamus, quæ consilij dexteritate præstantur, eidem etiam iustitiæ, & temperantiæ opera sint imputanda: & furari me hercle, & marsupia desecare, & lasciuire, Fortunæ acceptum feretur. Denique nostris ratiocinationibus valere iussis, Fortunæ totos non trademus, quasi vẽto quodam instar pulueris, aut quisquiliarum exagitatos, atque dissipatos. Iam consilij dexteritate sublata, par est neque considerationem vllam rerum relinqui, neque inuestigationẽ vtilitatis. Quid discere possunt homines, si fortuna omnia diriguntur? cuiusnam Vrbis curia? cuius Regis concilium non euertitur, si Fortunæ omnia parent, cui nos cæcitatem exprobramus, quia in eam nos cæci incidimus.*

Belisar. si Fortunæ negas, Fato tribuas, quod volentem ducit, nolentem trahit. XLVI.
Non nisi Fata vocent, nemo demittat ad Orcum. Hector apud Homerum.
At Fatum vitat nemo, mihi crede virorum.

Gilimer. In peiora ruis o Belisari? *anilis plenum superstitionis ipsum Fati est nomen.* Fatum natura est, & Fatale idem quod naturale. Cicero. 1. de Fato. *Absit à Fidelium mentibus, vt Fatum esse aliquid credant,* si Fati nomine, cæcam intelligas necessitatem. Si verò secùs accipias, haud forsan offendar. XLVII. Gregor. hom. 1. in Matth. *Qui omnium connexionem seriemque causarum, qua fit omne quod fit, Fati nomine appellant; non multum cum eis de verbi cõtrouersia certandum, atque laborandum est, quãdo quidem ipsum causarum ordinem, & quandã connexionem summi Dei tribuunt voluntati: ac proinde Fati voce, qui voluerit vti, sententiam teneat, linguam corrigat.* Tu quid velis, expone. August. 5 de Ciuit. Dei. c. 8.

Belisar. Existimo (Seneca) *necessitatem rerũ omnium, actionumque, quam nullũ vis rumpat.* Natural. quæst. lib. 2. c. 36.
Hanc si sacrificijs, & capite niueæ agnæ exorari

iudicas:

iudicas: diuina non nosti. Sapientis quoquè vi-
XLVIII. *ri sententiam negatis posse mutari. Quantò ma-*
Cap. 35. *gis Dei? Fata ius suum peragunt, nec vlla commouentur prece, non misericordia flectuntur, non gratia. Seruant cursum irreuocabilem, ex destinato fluunt. Quemadmodùm rapidorum aquæ torrentium in se non recurrit, nec moratur quidèm, quia priorem superueniens præcipitat; sic ordinem rerum Fati æterna series rotat, cuius hæc prima lex est, stare decreto.*

Gilimer. Rerum huiusmodi conbinationē
XLIX. Ioui ne subiicis? quē alio nomine æternam dices Sapientiam? Illi enim omne conuenit nomen. Vndè Seneca. *Vis illum Fatum vocare? non errabis. Hic est, ex quo suspensa sunt omnia, causa causarum. Vis illum Prouidentiam*
Cap. 45. *dicere; rectè dices. Est enim, cuius consilio huic Mundo prouidetur, vt inconcussus eat, & actus suos explicet. Vis illum naturam vocare? non peccabis. Est enim ex quo nata sunt omnia, cuius spiritu viuimus. Vis illum vocare Mundum? non falleris. Ipse enim est totum, quod vides, totus suis partibus inditus, & se sustinens vi sua.* Idem Natura (inquit) hæc mihi præstat. *Non intelligis te, cum hoc dicis mutare nomen Deo? Quid enim aliud est natura, quam*
Lib. 4. de Benef. c. 7. *Deus, & Diuina ratio toti Mundo, & partibus eius inserta? Quotiès voles, tibi licèt aliter hunc auctorem rerum nostrarum compellare, & Iouem illum Optimum, ac Max. ritè dices, & Tonantē, & Statorem: qui non (vt historici tradiderunt) ex eo quod post votum susceptum, acies Romanorum fugientium stetit, sed quod stant benefitio eius omnia, Stator, Stabilitorque est. Hunc eundē si Fatum dixeris, non mentieris, nam cum Fatū nihil aliud sit, quàm series implexa causarum, ille est prima omnium causa, ex qua cæteræ pendēt.*
L. Isidorus lib. 8. Origin. Indè non immerito Fatum à fando dixère; idest quidquid Dij fantur: quicquid Iupiter fatur. Non enim abnuere possumus, esse scriptū in literis sanctis: *Semel locutus est Deus*, idest immobiliter est locutus.

Belisar. Tria Fata posuit Antiquitas, cui
LI. cedo, in colo, & fuso, digitisque fila ex lana torquentibus, propter tria tempora: præteritum, quod in fuso iam netum atque inuolutū est: præsens, quod inter digitos nentis traijcitur: futurum in lana, quæ implicata colo: & quod adhuc per digitos nentis ad fusum tamquàm præsens ad præteritum traijciendū est. Parcas dicimus, quòd minimè parcant: & tres sunt: Vna vitam hominis orditur: altera contexit: tertia rumpit. Incipimus enim cum nascimur: summus cum viuimus: definimus cum interimus. Lachesis præterita regit. Clotho præsentia, Atropos futura, quibus Dij omnes, & ipse Iupiter pareat. *Si Parcarum tanta vis est* (Lactantius) *vt plus possint,* lib. 1. c. 11 *quàm cælestes Vniuersi, quamque ipse rector, ac Dominus: cur non illæ potius regnare dicantur, quarum legibus, ac statutis parere omnes Deos necessitas cogit? Nunc cui dubium est, quin is, qui alicui rei obsequitur, maximus non sit? Nam si sit, non accipiat Fata, sed faciat.* Vnde Philemon.

Nos Regibus, Reges Deis subseruiunt,
Necessitati Deus.
O quæ Deorum, hominumque sola es imperans
Parca.

Querentem Deum non potuisse Sarpedonem LII.
filium contra Fatum à morte eripere, apud Homerum audias. Vel cum Marone.

Tot nati cecidère Deum, quin occidit vna 10. Aeneid.
Sarpedon mea progenies.

Et apud Ciceronem.

Quod fore paratum est, id summum exsuperat 2. de diuinat.
Iouem.

Indè Martialis.

Numina cum videas diris obnoxia Fatis. lib. 9. Epigram. 78.
Inuidia possis exonerare Deos.

Gilimer. Quomodò Parcis subiectum Iupiter astruis, si apud Homerum, in Deorum LIII.
concilio Iouem legimus concionantem, & comminantem se quadam aurea catena omnia sursum subducturum, catenam demissurus cælitùs, à qua omnes Dij pendentes, quamuis certatim illum omnes conarentur detrahere, nullo tamèn eum loco mouerent: Iouem verò, si lubitum foret, nullo negotio vniuersos vnà cum terra, & vasto gurgite Ponti velle subducere?

Belisar. Poetica sunt: Imò Iouem à Clo- LIV.
tho in sublime tractum, & ex colo pendulum videas, quemadmodùm piscatores ex calamo subductos contuentur pisciculos.

Gilimer. Noli ponere os in Cælum Belisari? fulmina recordare Tonantis.

Belisar. Mihi certum, nihil mali passuro,
quod anteà Parca non destinauerit sufferen- LV.
dum. Indè sacrilegos videmus immunes, &

innocuos agitatos aduersis. Dicam itaq; quę
De Prouid.c.5. sentio, & sentiam, quæ libet. *Scio omnia* (Se-
neca) *certa & in æternum dicta lege decurrere.*
Fata nos ducunt, & quantum cuique restet, pri-
ma nascentium hora disposuit. Causa pendet ex
Causa, priuata, ac publica longus ordo rerum tra-
hit. Ideò fortiter omne ferendum est: quia non,
vt putamus, incidunt cuncta, sed veniunt. Olim
constitutum est, quid gaudeas, quid fleas: & quã-
uis magna videatur varietate, vita singulorum
distingui, summa in vnum venit: accepimus pe-
ritura perituri. Quid ita indignamur? quid que-
rimur? ad hoc parati sumus. Vtatur, vt vult,
suis natura corporibus: nos læti ad omnia, & for-
tes cogitemus, nihil perire de nostro. Quid est bo-
ni viri? præbere se Fato. Grande solatium est
cum Vniuerso rapi. Quicquid est, quod nos sic
viuere iussit, sic mori: eadem necessitate, & Deos
alligat. Irreuocabilis humana pariter, ac diuina
cursus vehit. Ille ipse omnium conditor, ac re-
ctor scripsit quidem fata, sed sequitur. Semper
paret, semel iussit. Vndè Cresi Legatis Oracu-
la exprobrantibus, apud Herod. respondit
Apollo: *Sortem Fato destinatam, nè ipsi quidèm*
Deo defugere possibile est. Indè Poeta:
Desine Fata Deum flecti, sperare precando.
LVI. Nil aliud enim sunt preces, quàm ægræ men-
De Prouid.c.35. tis solatia (Senec.) Fata ius suum peragentia,
nulla commouentur prece, non misericordia
flectuntur. Hùc forsan respexit Ezechiel,
Cap.8. quando cecinit: *Dominus dereliquit terram.*
Quòd si atrocissimis Pop. Rom. cladibus
LVII. redarguit Tacitus, non esse curæ Deis securi-
tatem nostram, sed vltionem, vtramquè ego
negabo. Rusticus ille, qui vt valetudine do-
LVIII. naretur, Ioui centum boues promiserat im-
molandos, cum ab vxore argueretur centum
sacrasse, cum duos haberet, risit: vxor noli
fiere (inquit) sanitate donata, voti immemor
Iupiter erit. Ita sentio, mei tamen propositi
vela contraham, si tu Gilimer, vt Palinurus
securiora patefeceris litora.

Gilimer. Pastoris haud vocem agnoscis, o
LIX. Belisari; alieno ego educatus ouili, quùm ad
mactandum me noscerē impinguatum, caula
deserta materna, eò me recepi, vbi per æterni-
tatis campos errare possem, illius paratos san-
guine, qui animam suã ponit pro ouibus suis.
Oues meæ vocem meam audiunt, tuus inso-
nat Pastor, tu cum non audias, ad tubam fer-
ream Fortunæ accurristi, quæ cæca, cæcitatis
ornando insignibus, adoptauit. Sed ludicra
linquamus, & sacro incedendo tramite, quid
cupis, exponam?

Belisar. Arbitrij libertas cum necessitate LX.
decreti, siue Fati, in biuio est. Omnia enim
quæ Fortunæ, etiã Prouidentiæ obijciuntur,
quæ si Orbi, velut ædibus familiæ caput assi-
stit, haud potest liberè agere, si voluntariè
operamur. Vel enim illa nobis, vel illi nos
seruimus, & decretis eius obtemperando, tra-
himur, non incedimus in prospera, vel aduer-
sa, ab æterno cuique disposita, non meritorum
intuitu, sed impetu primæ causæ. Nisi dica-
mus Iouis decreta rotari hominum inconstã-
tia, quibus datum, Ioui ipsi resistere.

Gilimer. Redemptoris in sinu occludun- LXI.
tur arcana, eoquè volauit Ioannis Aquila, vt
Cælorum inspiceret axem, in sanguineo fir-
matum innocentiæ mari. Lubet cum eo su-
per tertium ascendere Cælum, & Dei arcana
videre, quæ mihi non licèt vt homini, loqui?
Ecce ostium apertum in Cælo, et vox prima tam-
quàm tubæ loquentis: Ascende huc, & ostendam Apoc.4.
tibi. Ecce Trias in throno, cuius aspectus
Iaspidi similis, & Sardini, quia non inuetera- LXII.
scunt munera, sed repubescunt. Iris est in cir-
cuitu sedis, & quasi bellicus arcus, iustis viridi
ad Empyrei allicit palmas, & purpureo repro- LXIII.
bis flammas minatur inferni. Semicirculi est
figura, Trinitatis enim peripheriam non clau-
dit sine pietate iustitia, indè porrigit manus,
vt vnà cum mortalibus irretire queat Omni-
potentiam, illa pietate, opere isti. Circundat
thronum, & quasi catena furoris complicat
funiculos. Vel signum memoratiuum Æter-
næ Sapientiæ, Cælorum Mundique fœdera,
digito monstrat reprimens, vt puniendo im-
potens Omnipotentia cadat. *In circuitu sedis*
sedilia vigintiquatuor, non in quadro sed in
gyro, & quo omnibus gloria æqualis foret:
& quo vbi aperitur Iris, à diluuio orbe inter-
cludat Orbem. Bis duodecim augentur se-
dilia, licèt Apostolis oblata duodecim, Dei LXIV.
enim est duplicare promissa, vt fœnore saltèm
nostram expleat cupiditatem. Super thronos LXV.
vigintiquatuor sedent seniores (& meriti se-
dilia sunt) quibus Vitæ Liber offertur, & corã
ipsis aperitur ab Agno, vt cum Pater plasma-
turus hominem, Triadem consuluit, modò

eius regimen dum præordinaretur, ipsi intereſſent, quorum interesat, Mundi citantur Principes, dies mortalibus dicitur, nè ſyllabas illas inſitiones, & mortis quererentur characteres, quos Fata vocarent. Ideò in circuitu
LXVI. ſedis, quatuor ſtant *animalia plena oculis antè, & retrò*, qui obteſtentur de viſu ad menſuram ſontium, vel innocentium pœnas, & pręmia diſtribui. Proijciunt Seniores coronas antè
LXVII. thronum, ſi enim in fabulis centeno lumine cinctum Argum latuiſſe Mercurium, non longè verùm mortalium lumina non aliter eſſe veſpertilionis ad lumen Solis. *In cōſpectu Sedis tamquā mare vitreum ſimile chryſtallo:* natura enim ſua vtres, & cadauera (figura ſontium) reſpuit, & euomit mare; margaritas, & lapillos, quaſi blandiendo in ſinu retinet, & in profundum trahit. Leo, Homo, Aquila, Bos
LXVIII. throni angulos tenent, nam Fortitudo, Prudentia, Sapientia, Patientia cardines vitæ ſunt. Senes illius maris in vndis hallucinati, vbi tot ſpecula quot gyri, diademata proijcientes, in mare cum Stagirita exclamant, quod non capio, me capiat. Coronas proijciunt, quia cum Leo ipſe nequeat aperire librum, Sampſonem imitati, requirent in crinibus vires. Sed ecce Leo de tribu Iuda radix Dauid, qui ſoluet librum, & ſignacula eius. Ecce in medio throni, & quatuor animalium, & ſeniorum agnum ſtantem, tamquàm occiſum.
LXIX.
LXX.

Beliſar. Si Leo, quomodò agnus? rugit cum ſit occiſus?

Gilimer. Non vincit vt Leo, ſed vt agnus, non enim vi, licèt vim patiatur, Cęlorum rūpitur regnum, ſed pietate, & humilitate. Non Leo de tribu Iuda, non ſcilicèt Iudæ ſceptra, ſed cruenti redemptionis claui, calami ſunt, quibus Vitæ liber exaratur. Atramento hyſſopi, & felis apocha illa pingitur, Spinarum calamo, auribus quidèm appoſito, & ſuper frontis folium dulci exarato lemmate. *Oues meæ vocem meam audiunt*: haud enim Leonū rugitu, ſed ouium ballatu, aperta edocemur arcana, non altitudine, ſed demiſſione ad Cælos aſcendi, & paſtoris in caula cuſtodiri agnos, non leones. *Oues meæ vocem meam audiunt.*

Beliſar. Adhuc pugnat, Gilimer, Æternæ Sapientiæ decretum, & Libertas, nec tanta harmonia arbitrium conſonant, & decretum. LXXI.
Si in vitæ libro me cœnaturum deſcripſit, cœnabo; lecturum, legam: oſculo filium hominis à Iuda prodendum, tradidit: indè Chiſtus *neceſſe eſt, vt veniant ſcandala;* quod ſi neceſſe, cur vę homini illi, per quem ſcandalum venit? Neceſſe erat, vt adimplerentur ſcripturę Prophetarum, Filium hominis tradi; cur ergo inſimulamus, meliùs illi erat, ſi natus non fuiſſet homo ille, poterat forsàn ſacra inuertere vaticinia? meliùs igitur erat præuiſa proditione, proditorem non creari, niſi dicas creatum proditorem, vt proderet.

Gilimer. Beliſari paucis te volo, vt videas libertatem non repugnare decreto. Decreuit enim me ambulaturum, ergo ex decreto ambulo, falſa eſt illatio. Decreuit, ſed quia LXXII
præuidit: at quid præuidit? ſuppoſitorum actiones, quæ licèt reſpectu noſtri, tempori præſenti, præterito, vel futuro ſint coæuæ, reſpectu tamèn Dei, tempore non menſurantur: nec ex hodiernò cedunt craſtinò; ſed vnico inſtanti, Orbis exordia, & periodus vnà iunguntur. Indè vt concordemus in ſermone, & noſtra colloquia de æternitate ſint, libet æterno etiam diſputemus idiomate?

Beliſar. Et ita conuenit.

Gilimer. In Eternitate igitur non priùs LXXIII.
nec poſteriùs. Nulla antiquitatis eſt venia, nec iuuentutis ſolatium. Tempus anteceſſit, tempore non variatur, & cum dicitur in Principio erat Verbum, dicas etiam in Principio erat æternum. Æternitas ipſa Dei ſubſtantia eſt, quæ nihil habet mutabile, ibi nihil præteritum, quaſi iam non ſit, nihil futurum, quaſi nondum venerit, ſed ſolùm reſonat *eſt* Silent *fuit* & *erit:* quia & quod fuit, iam non eſt, & quod erit, nondùm eſt; ſed quicquid ſibi eſt non niſi *eſt*. Quandò non habet Æternitas, ſed omnia præcedens tempora, & ſuperans omnia futura, quia cum futura venerint, præterita erunt. Deus autem idem ipſe eſt, & anni eius non deficiunt, Anni noſtri eunt, & veniunt: euntes à venientibus excluduntur: & omnes erunt, cum omnes non erunt. Anni Dei dies vnus; dies eius non quotidiè, ſed hodiè. Hodiernus eius æternitas, in qua Coæternum genuit, cui dixit, *Ego hodie genui te.* Si Pſal. 2.

igitur futuri, & præteriti in æternitate voces barbaræ sunt, & si aliquandò solùm à Deo prolatæ; vt inuisibilia,& visibilia faceret mortalium se accomodaret idiomati, nunc volentes quid æternitatis perquirere,attende nè declines à tramite.

Belisar. Quidquid sit de æternitate, nulli dubium pręcessisse decretum,& actiones meas in Fato stare me petiturum Gallias; igitur necessariò petam; & nè sideribus certent sidera, Deus ipse stabit decreto.

Gilimer. Libertas,& decretum certabunt, quotiès temporum funiculos super muros te-
LXXIV. tendes æternitatis. Si in æternitate quidquid est, non *fuit* vel *erit*, sed *est*; cur decretum *præcessisse* dicas? & in Fatis te Gallias *petiturum*? nec *præcessit*, nec *petes*, sed vnà currunt. Non determinauit, sed determinat: non curres, sed curris: neque decretum antecessit arbitrium, cum Deo haud competat pręteritum vel futurum, sed eodem æternitatis instanti ille videt,
LXXV. ego curro. Neque Deo(rigorosè loquendo) præuisio competit,sed visio; si futurum enim in Deo haud sit, igitur nec præuisio. Pictor cum ab exemplari deducit exemplum, aliena respicit, & quod in se non habet, præ oculis exemplar tenet. At Deus, vt videat proditorem Iudam, forsàn ab astris Harioli more præuidet? non præuidet, sed in se videt.

Belisar. Si videt, opera videt; ergo Dei cognitio ab opere pendet; & ab operum arbitrio decretum.

Gilimer. Quid prohibet opera videre, sed hæc vbi sunt? in seipso,vti in omnium exem-
LXXVI. plari. Ipse speculum, ipse & imago: & cum in æternæ Sapientiæ speculo mors mea non futura sit, sed præsens, vides nec ad arbitrium subsequi decretum, neque ad decretum arbitrium, sed in æternitatis æuo iuncta vnà currere,& pari gradu ambulare. Nos verò tempore mensuramur, & de præterito in præsens, & futurum offendimus, eorum exemplo, qui globum circumagunt. Fige sphæram, illam perage, & circumage: quia circularem non vno intuitu, totam inspicies,sed circumagendo partem suspicies, partem inspicies, partem retrospicies. Quid tamèn sphæra illa non tota simul, & sibi præsens, licèt & futura? Licèt igitur Libertas, & decretum in sublunaribus videantur pugnare, quia æterno idiomate loquitur decretum; & libertas mortali explicatur idiomate, inter Superos,vbi nulla linguarum confusio, sed vnum labium omnibus, concordia viuunt. Non latebat Iacobū minorē licèt, maiori natiuitatis vsurpaturum iura, Iouis decreto, *maior seruiet* LXXVII
minori, laborauit tamen,omnem lapidem mo- *Gen.* 25.
uendo, & quasi pretio æternum parando Decretum Mūdi quasi gladio Dei forent signanda diplomata. Salutis decretum tenebat Magdalena, in domo Pharisæi Christo præcone vulgatum. *Mulier fides tua te saluam fecit*, & tamen profuga inter Massiliæ saltus, & rupes triginta annorum spatio, lapidibus, & flagellis suam stetit vrgere sortem, oblita ad Christi pedes, veluti columnas crinibus alligasse.

Belisar. Mulier hæc non pertranseat, si de salute secura,cur flagellis cęditur,nonnè æternitatis valuas foret ingressa, & si humili non consumpsisset lumina fletu?

Gilimer. Idiomata iterùm confundis. Ergo
Maternè loquendo, & præuisionis abutendo LXXVIII.
voce, pende à prima causa mortalium opera stare omnia vsquè ad vltimum præuisa, quæ in cognitione vlteriùs processisset, si vlterior foret tua operatio. Poterat Magdalena sedare fletus, & lacrymis non vrgere sepulcrum, sed cum Increata Sapientia Massiliæ nemora, & Montes mulieris planctu pręuidèret lustrādos, vt mortalium vtar vocibus, vel videt lustrari, æternitatis fando vocabulo,pinxit,& pingit in suo infinito exemplari. Quod si mulier planctum prætermissura fuisset, & hoc præuisum,vel æternitati præsens, omnem tollit discordiam inter decretum, & Libertatem; Non enim limitatæ cognitionis Deus est, qui eò sua cognitione, & non vltrà perueniat. Vndè si quam necessitatem inducit decretum consequentis,non antecedentis necessitas est, ex parte creaturarum se tenens non Dei,cuius statera inferorum librantur merita. Hoc sensu Deus ipse dici potest stare decreto;cū enim LXXIX.
ab æterno omnia præuiderit, Iudam proditorem, Petrum periurum, latronem pœnitentem, Iosuem orantem, impænitenti Iudæ, & petenti laqueum decreuit; lacrymanti Petro veniam, latroni roganti Cælum,oranti Iosue, & in tenebris lucentem Solem, quem ita sistētem disposuit, & retro cedentem,vt videretur

penè

penè creaturæ parere Creatorem, & æterna aberrari Fata, quæ tamèn suum tenent cursum, cum illis in exordio datum iubente Iosue (quod erat in præuisione) sistere: Ezechia
LXXX. orante (quod erat in præuisione) retrocedere; ita quod quæ extrà, vel suprà naturam nobis apparent, astrorum dispositionibus naturalia sint, & vltimum ad vsquè quadrantem, & ad syllabam stellifico eo in libro nostra sint exarata opera, quæ scientiarum lumine (licèt non omnibus datum adire Corinthum) nobis innotescunt. Crede itaquè vota, expiationes, sacrificia ad leuanda pericula proficere salua vi, ac potestate Fatorum. Deus enim gratis sanitatem, diuitias, dignitates disposuit, cum preces, & vota præuiderit. Vndè pro catholicis dilemma tuum Gentilis Seneca ita soluit. At futurum (dicitis) est, aut non. Si futurum est, etiam si non susceperis vota, fiet. Si non est futurum, etiam si susceperis vota, non fiet. Falsa (respondet) est ita interrogatio; quia illam mediam inter ista exceptionē præteris. Futurum (inquam) hoc est, sed si vota susceperint. Nam & hoc in Fato comprehensum est, aut vota suscipias, aut non: aliàs Deus fuisset ignorans, quia vota tua non præuidisset. Sed quomodò ignorans, cum diuinitati omne sit præsens. Eadem necessitas (constanter dico) Deum alligat. Irreuocabilis humana pariter, ac diuina cursus vehit. Ille ipse omnium conditor, ac rector *scripsit* LXXXI. *quidem Fata, sed sequitur. Semper paret, semel iussit*. Vndè Scripsit Fata? quia ille fecit, & ideo fecit, quia voluit: & quia semel voluit, semper sequitur. Quùm semel iussit, semper paret qui idem semper est, nec mutatur.

Lib. 2. Natural. quæst. c. 37.

LXXXII. *Belisarius.* Quare tamen Deus tam iniquus in distributione Fati fuit, vt bonis viris paupertatem, vulnera, & acerba funera ascriberet?

Gilimer. Ignis aurum probat, miseria fortes viros, Vide quàm altè ascendere debeat virtus, scies illi non per secura eundendum esse.

Ardua prima via est, & qua vix mane recentes
Enituntur equi: medio est altissima Cælo:
Vnde mare, & terras ipsi mihi sæpè videre
Fit timor, & pauida trepidat formidine pectus,
Vltima prona via est, & eget moderamine certo.
Tunc etiam, quæ me subiectis excipit vndis,
Ne ferar in præceps, Thetis solet ipsa vereri,

Hæc cum audisset generosus ille adolescens: Placet, inquit, via, ascendo. Est tanti per ista casuro. Non desinit acrem animum metu territare.

Vtque viam teneas, nulloque errore traharis
Per tamen aduersi gradieris cornua tauri
Aemoniosque arcus, violentique ora leonis.

Post hæc ait: iunge datos currus. *His quibus deterreri me putat Incitor: libet illic stare, vbi ipse Sol trepidat, humilis, & inertis est tecta sectari: per alta virtus it.*

Belisar. Quarè tamen bonis viris patitur aliquid mali Deus fieri?

Gilimer. Ille non patitur. *Omnia mala ab illis remouit, scelera, & flagitia, & cogitationes improbas, & auida consilia, & libidinem cæcam, & alieno imminentem auaritiam: ipsos tuetur, ac vindicat. Numquid hoc quoque à Deo aliquis exigit, vt bonorum virorum etiam sarcinas seruet? remittunt ipsi hanc Deo curam: externa contemnunt. Democritus diuitias proiecit, onus illas bonæ mentis existimans: quid ergo miraris, si id Deus bono accidere patitur, quod vir bonus aliquandò vult sibi accidere? filios amittunt viri boni quidni, cùm aliquandò & ipsi occidant? In exilium mittuntur. Quidni, cum aliquandò ipsi Patriam non repetituri relinquant? Occiduntur quidni, cùm aliquandò ipsi sibi afferant? Quare quædam dura patiuntur? vt etiam alios pati doceant, nati sunt in exemplar. Puta itaque Deum dicere: Quid habetis, quod de me queri possitis vos, quibus recta placuerunt? Alijs bona falsa circumdedi, & animos inanes, velut longo fallacique somnio lusi, auro illos, argento, & ebore ornaui: intus boni nihil est. Isti, quos pro felicibus aspicitis, si non quia occurrunt, sed quà latent, videritis, miseri sunt, sordidi, turpes, ad similitudinem parietum suorum extrinsecus culti. Non est ista solida, & sincera felicitas: crusta est, & quidem tenuis. Itaque dum illis licet stare, & ad arbitrium suum ostendi, nitent, & imponunt: cùm aliquid incidit, quod disturbet, ac detegat, tunc apparet quantum altæ, ac veræ fœditatis alienus splendor absconderit. Vobis dedi bona certa, mansura: quanto magis versaueritis, & vndiquè inspexeritis, meliora maioraque. Permisi vobis metuenda contemnere, cupienda fastidire, non fulgetis extrinsecus: bona vestra introrsus obuersa sunt, sic mundus exteriora contempsit, spectaculo sui lætus. Intus omnes posui bonum,*

bonum, non agere felicitate, felicitas vestra est. At multa incidunt tristia, horrenda, dura toleratu. Quia non poteram vos istis subducere, animos vestros aduersus omnia armaui. Ferte fortiter: hoc est, quo Deum antecedatis, ille extra patientiam malorum est, vos supra patientiam. Contemnite paupertatem, nemo tam pauper viuit, quàm natus est. Contemnite dolorem: aut soluetur, aut soluet. Cōtemnite fortunam: nullum illi telum, quo feriret animum, dedi, cōtemnite mortem: quæ vos aut finit, aut transfert. Ante omnia caui, nè quis vos teneret inuitos, patet exitus, si pugnare non vultis, licèt fugere. Ideoque ex omnibus rebus, quas esse vobis necessarias volui, nihil feci faciliùs, quàm mori. Prono animam loco posui: trahitur. Attendite modò, & videbitis, quàm breuis ad libertatē, & quam expedita ducat via. Non tam longas in exitu vobis, quàm intrantibus moras posui: alioqui magnum in vos regnum fortuna tenuisset, si homo tam tardè moreretur, quàm nascitur. Omne tempus, omnis vos locus doceat, quàm facilè sic renuntiare naturæ, & munus suum illi impingere. Inter ipsa altaria, & solemnes sacrificantium ritus, dum optatur vita, mortem discite. Corpora opima taurorum exiguo concidunt vulnere, & magnum virium animalia humanæ manus ictus impellit, tenui ferro commissura ceruicis abrumpitur, & cum articulus ille, qui caput, collumque committit, incisus est, tanta illa moles corruit. Non in alto latet spiritus, nec vtiquè ferro eruendus est: non sunt, vulnere impresso, scrutanda præcordia: in proximo mors est. Non certum ad hos ictus destinaui locum: quacunquè peruium, est. Ipsum illud, quod vocatur mori, quo anima discedit à corpore, breuius est, quàm vt sentiri tanta velocitas possit. Siue fauces nodus elisit; siue spiramentum aqua præclusit: siue in caput lapsos subiacentis soli duritia comminuit; siue haustus ignis cursum animæ remeantis interscidit: quicquid est, properat. Et quid erubescitis? quod tam cito fit, timetis diù. Fortunæ, arma, opes, vrbes, equi quùm vti nescimus, non potentia sunt,
LXXX. III. non ornatus, sed periculum, imbecillitatisque, & impotentiæ suæ argumentum. Vndè Antisthenes rectè dixit, hostibus omnia bona nos optare debere, excepta Fortitudine. Ea enim sic faciunt, non possidentium, sed vincentium. Propterea ceruo ignauissimo animali mirandæ magnitudinis, atque asperitatis cornua dedit, docens nihil vires, & arma prodesse ijs, qui subsistere non audent. Ita stultis, & improbis multotiès imperia obueniunt, in quibus turpitèr se gerentes, virtutem ornant, atque commendant, quæ sola homines, viros faciat præclaros. Mens illa, quæ vidit, mens audit, reliqua cæca, & surda rationis indigent. Illa vincit, illa regnat, illa superat, reliqua cæca possessores dedecorant, & deijciunt, vbi virtus abest. Fortunæ secundæ voluptatibus, libidini, vindictæ, calcaria, quas si effugere Dei est, cur felicitate instabit? Si magnum est aduersa tollerare, maximum ducas in prosperis continere. Pisonem adoptando Galba inter imperij arcana, quæ filio pater aperuit, Primum hoc fuit, modum ponere felicitati. *Fortunam adhuc* (aiebat) *tantum aduersam tulisti. Secundæ res acrioribus stimulis animum explorant, quia miseriæ tolerantur, felicitate corrumpimur.* Non bis cum carbasa ventos explorant secundos, atque auris aera, & naufragium captant. Magnus Alexander nonnisi cum obstreperet Fortuna secunda, materno adulterio sibi diuinitatem parans, corrucam patrem, adulteram exsibilauit matrem. Fumosus dicitur Lyæus, qui tantùm carni restituit, quantum abripit menti. Adulatio, libido, auaritia, ipsam comitantur, vt Imperia, quæ Fortuna extolluntur, libidinis larua, ab eadem deprimantur. Romanorum primos reuoca Reges, & eorum Religione, & iustitia illud conspicies fulcitum Imperium, quod vi, & iniuria fuerat occupatum. Verumtamèn eorum Fortunæ altaria, & barbaris adolentibus, in tyrrannidem vertère regna, vt libidinis tuba ad libertatem populus prouocaret. Tandiù superbiam Regis populus Romanus passus est, donec aberat libido, quæ Romam vento irrepsit Fortunæ secundo. Eodem die cum Philippus Macedo trina donaretur felicitate: I. quòd Parmenio præfectus eius Illyricos vicisset. II. quòd in Olympico certamine victor declaratus. III. quòd vxor Olympias filium peperisset, sublatis in Cælum manibus, dixisse fertur: O Dij, mediocre aliquod infortunium tot, tātisque felicitatibus apponatis, rogo, Hostium non, sed Fortunæ secundæ

Marginalia: *Plutar. de Fort. Alexan. orat. 2.* — *Epicharmus apud Plutar.* — *Florus.* — LXXX. IV.

cundæ carbasa timens. Inter hostes, quem ferum, & crudelem offendisti o Belisari? negabis forsan felicitatem. Inter castra astra ipsa tuos ad pedes prouoluta cecinere astris dominari sapientem. Inter choros verò marcescit sine aduersario virtus.

LIBER DECIMVS.

CAPVT PRIMVM.

CONRADVS.

Occidentis Imper. X.

1 *Thronus Regum cur in medio aquarum situs?* 6.
2 *Victoria in sinistra, si iustitia in dextera.*
3 *Iouis* Positoris *simulacrum.*
4 *Conradus fratri hostem prætulit in Imperio.* 21.
5 *Consanguineorum affectio, & auri cupido deponenda, priusquàm munera distribuas.*
6 *Mare imitentur Reges, munera distribuentes.*
7 *Allusio metrica M. Antonij Moles, & Lælij Ploueni ad hieroglyphicum Conradi.*
8 *Antiqua Micylli carmina pro Conrado.*
9 *Otho Dux Saxoniæ electus Imperator, recusat.*
10 *Conradus quomodò, & cur Imperator electus? & quandò?* 11.
12 *Hungaros vincit Conradus.*
13 *Ministri quantùm Imperio prosint?*
14 *Conradus de tribus inimicis triumphat. Arnulpho Bauaro; Burchardo Sueuo; Giselberto Lotharingio.*
15 *Pœna in paucos, exemplum ad omnes.*
16 *Conradus, & Henricus Auceps, æmuli.*
17 *Hatho Episcop. Maguntinus insidias struit Henrico.*
18 *Conradi frater Eberhardus fugatur, exercitu cæso ab Henrico.*
19 *Conradus fugatur ab Henrico.*
20 *Imperij insignia Conradus moriens Henrico per fratrem mittit.*
22 *Franci propria manu deposuère Imperium in manu Saxonum.*
23 *Reges coloni Dei sunt.*
24 *Moneta aurea Conradi.*

I. IMperialis Thronus, veluti Ara Tonantis in medio
II. sistit aquarum: vt si cùm Ioue Cæsar diuisum que-
IIJ. rit Imperium, Iustitiæ stateram dextra pendat, tunc enim sinistra victoriam leuabit, & palmas, *Positoris Iouis* est simulacrum, cui in hieroglyphico Conradus Imperator Geminos vouens, deponendæ affectionis ergà sanguinem, priusquàm distribuantur munera, & dignitates,
IV. est symbolum; vt de Conrado legitur, qui sola Reipublicæ causa, fratri germano hostem prætulit. Sola Reipublicæ annuitur causa, vt affinium dilectioni, auri iungatur cu- V.
pido, in voto cani lupina pelle tecti, & vnguibus stringentis Orbem figurata, & ipsa deponenda, cum distributiuam exerces Iustitiam. In medio Mari thronus erigitur, vt VI.
in inconstantia constans, & Maris emuletur Imperium gemmas, & pretiosos lapillos in sinu complectentis, cadauera verò, & vtres euomentis, desides, segnes respuat, & graues, sedulos, fortes, blandiatur, & foueat.

Allusio

Allusio ad Hieroglyphicum.

EPIGRAMMA.

Iupiter in pelagi culmen, quem sustinet Ara,
Edocet Imperium, qua Ditione, regat.
Illius è Læuà præbet Victoria palmas;
VII. *Libram, dum iusto pondere, Destra leuat.*
Fulmina fert Aquila in rostro, nec fulmina vibrat;
Ni quis Iustitiæ lædere iura velit.
Tectus Homo, qui pelle Lupi complectitur Orbem,
A Duce non rapidæ, sunt data vota; manus.
Regibus vt speculum, mare sit; dum colligit aurum,
Nempè Probos; reicit putre cadauer, aquis.
Conradus Geminos Positori vouit ad Aram,
Cumque Ioui, haud auidus, Iupiter alter erat.
Par Qui Conrado, Rex Iustus Regna gubernat,
Hic Iouis Imperio Dignus, in Orbe, datur.

M. Anton. Moles Neap. S. Theol. D.

Allusio Altera.

Hinc Geminos Positori offers Conrade, Tonanti;
Hinc Orbem amplectens deprimiturque Lupus.
Læua Iouis fulget Victricis imagine Diuæ;
Fulget, & æquali dextera lance, manus.
Enatat Ara mari; quod fœda cadauera longè
Emouit, & gemmas colligit indè, sinu.
„Sint documenta maris, Regi documenta; Ministros
Respuat indignos, detineatque probos.

VIII. Comes Lęlius Plouenus Nobilis Venet.

Pro Conrado Antiqua Carmina Micylli.

Vltimus hic veteri Francorum ab origine Cæsar,
Imperium socio fretus Othone gerit.
Idem vi multa grassantes contudit Hunnos,
Nonius Alpinos qua secat Enus agros.

De eodem.

Imperat in Gallis operà Conradus Othonis,
Cuius ob hoc Natum subrogat Imperio.

E L O-



ELOGIVM.

Anno Christi. 912. Mense Martij.

Labantem Orbem,
Qua trabe fulcirent, quęrebant Principes.
Lapideam columnam exigente Mundi ruina,
Dux *Saxo* designatur.

Lambertus Schaffnaburgẽsis; Sigebertus.

Sed respuit, vt respiraret Octogenarius *Ottho*. IX.

Ottho Dux Saxonia.

Vniuersi terrarum folle, ludente sene;
Spreta extimuit Fortuna naufragium.
Postulatus senex insimulauit senium,
Hoc vnum posse, fortitèr mori.
Septem innuentibus quem vellet? annuit Ottho:
Conradus est nomen eius.
Væneam, vt ipse veniat.

Senectutis prætextu oblatum respuit Imperiũ Ottho Dux Saxonia, suadens vt Conradum eligant.

Tot casibus concussa M. Caroli inclinat gloria. X.
Ni Atlantis oneri Gallicus succollat Hercules.
Sub Gallo Aquila Imperialis cadat,
Nè barbaris Imperium cedat.
Martij Mense inauguratur,
Vt Martis per valuas seculum ingrederetur ferreum; XI.
Romano Imperio, Romuli reuocaturus exordia.

Primus mensis à Romulo sacratus, Martius est. Ouidius. 1. Fastorum.

Mænibus non manibus propugnatas Pannonias,
Hungaris diripientibus.
Restitit sæpè Conradus: & sinè victoria numquàm XII.
Patriæ catenam restituens barbaris,
Æni aquis, Belli flammas extinxit.
Sed vndis inscripto triumpho,

Ann. 913

Vno in Saxone, petra cadente felicitatis;
Victorum ferrum, obruit victoris aurum.
Clari cum Vespasianis Nerones,
Aquila geminauit caput,
Cum fictiles ex saxeis, Imperij facti sunt pedes. XIII.

Ænus fluuius, qui in Danubiũ defertur: vulgariter Ine. Abbas Vrspergen. Annales Hepidanni. Chronicon Philippi. Auenti.

Bis cæsis Hungaris
Nè virtuti tristis Fortuna deesset,
Hostes cum foris abessent, domi dedit.
Et si nec Hercules contra duos,
Conradus tres.
Bauariæ Arnulphum, Sueuiæ Burchardum, Lotharingiæ Giselbertum;

Otthonis consilio Imperiũ Cõradus regens, felicem sortitur fortunam.

Ann. 914

Nescientes stare loco figens clauo, XIV.
Exemplum omnibus, paucorum dat pœnam. XV.
Annibalis vt Fabius,
Conradi cunctator solus Henricus fuit,
Paternæ potentiæ non amoris in Conradum hæres
Odit filius, quem dilexit pater.
Maguntiæ Præsul accurrens non pacem mittere, sed gladium
Vt Deorum exemplo hominem irretiret
Henrico casses aureo struit torque, VXI.
Qui fortior Gordiano nexu nec ferro posset solui,
Et vitta vitam solueret.
Sed aureo in vellere Iouis fulmina noscens Auceps

Exilio Bauarus Bertholdus, & Eringerus Giselberti fratres securi cadũtur. Abbas Vrspergen. Auentinus. Hẽricus Auceps Otthonis Saxonia Ducis filius. Hatho.

Deridebat aucupium;
Plura vident occuli, non meliora duo.
Aquilæ geminanti, vt deciperet, caput,
Et ad epulas vocatus Mortis, retulit
Et noctuis auri innotescunt sordes.
Nec mihi durius collum, quàm Alberto.
Haud latent scelera, quàm si vni constent.
Elisa fraude, elicitur ferrum
Aciei Dux Eberhardus datur, Maiestatis æmulus
XVIII. Conradi frater, Imperij procus, Zelotypus Henrici

Prouerbiũ exijt, quomodò in inferno tot Francorum manerẽt mille manes?

Sed tanta clade,
Vt Francis inferi premerentur.
Fama stragis prostrauit Conradum,
Desperatio collègit, bis sola tuba fugauit.
Fugiente exercitu stetit infamia:
XIX. Et sarcinarum pyramis,
Aquilas, & Gallos Saxoniæ nidificantes irrìdet.
Antæus surgens,
Certamen aucupio renouat.
Irretitus Auceps
XX. Conradum auarum hostem, prodigum experiens patrem,
Bello victor, humanitate vincitur.

Insigniã recipit dum esset in aucupio ab Eberhardo Conradi fratre Sigeb. Naucler. Auentin.

In saltu feras insequens,
Conradi retibus Aquilam capit Imperij,
Mortis in tenebris Conradus merita pendens,
Imperij, hostem; bonorum, fratrem, hæredem pandit.
Moritur, vel nè pœniteat,
Morientium penè sit inimicos diligere, *Ann. 919*
Vel nè quid post immortale factum, mortale faceret.
Vndè hæreret posteritas, an Deus fecisset?
Villicus iniquitatis sibi de Mammona amicos agens,
Imperium ab Otthone receptum, Henrico restituit,
In filio pensando patrem.
Vsuram fraterno sanguine soluens,
XXI. Non domi, sed in Republica successorem quærens,
Regnum digniori legauit.
Publica anteferendo priuatis,
Fratri sceptrum eripit, vt aulam erigat,
Et hosti præferendum Cæsarem, caduceatorem subigit.
Conradi frater Eberharde? cùm non sis hæres?
Nisi cederem, haud essem frater.
Non sanguinis, sed meritorum regna sunt partus,
Caroli stirps Saxonum ære grauata,
Imperij moneta, debita soluit.

Otthonis Saxoniæ Ducis opera Imperiũ acceperat Conradus.

Non est qui Orbem auferat, nisi ipsa deponat,
Propria manu respuit, vt suscèpit:
XXII. Nec alia erat, quæ à Francis in Saxones transferret,

Caroli Magni opera baptizati Saxones.

Quos si Christi, & Cæsaris poterat redimere purpura.
XXIII. Coloni non Domini Reges estis, & dominamini Principes,
Sit vobis familia regnum,
Et Reipublicæ salus, suprema lex esto.

Moneta Aurea Conradi Regis.





CAPVT SECVNDVM.

Ministri Idea.

1 *Maiestas Principis ex aulicorũ ministerio.* 4.
2 *Non tranataret Balena, ni musculi iuuaretur ducatu.*
2 *Effigies hieroglyph. Elogium politia Michaelis Le Tellier.*
3 *Moyses ministros eligit, quià solus regere non poterat.*
5 *Ministri eodẽ spiritu ducantur, ac Princeps.*
6 *Ludouicus XIV. Galliarum Rex ab aula cur Protestantes deportauerit?*
7 *Aetas quotuplex.*
8 *Pueritia, & Senectus inhabiles ad regimen.*
9 *Calathi mespillis pleni super scalam Venetorũ, Gigantum appellatam, quid significent.*
10 *Salomon cũ iuuenis cur Sapientiam petierit?*
11 *Principes cur vocentur* Videntes.
12 *Augustus vsquè dum ætate validus Remp. benè gerit.*
13 *Senes à mulieribus reguntur.*
14 *Galba quia senex despicitur.*
15 *Senectus cur irrisui sit?* 19. *Intolerabilis.*
16 *Roma viueret, si non cecidisset Carthago.*
17 *Aemuli timore seruatur virtus.*
18 *Senectute vitia defendimus.*
20 *Senes quandò excusentur à Senatu, & milites à militia? iure Rom. & Veneto.*
21 *Q. Fabius ob senectutẽ recusauit consulatũ.*
22 *Iuuenes in Bello, senes in pace regant.*
23 *M. Alexandri responsum ad Aristotelem suadentem expectare ætatem perfectam.*
24 *Diuersimodè Deus apparet vt sponsus, & vt Rex.*
25 *Sapientior homine dæmon quia senior.*
26 *Senatus à Senio.* 27. *Senectutis auctoritas.*
28 *Senectus præualet in consulendo, agendo verò iuuentus.* 29.
29 *Iuuenum defectus.* 35.
30 *Trinagenario minor, Romanorum non ingrediebatur Senatum.*
31 *Venetorum in aula iuuenes quomodò sedeãt?*
32 *Throni Salomonis qualis ordo.*
33 *Sapientibus Ordinũ, Veneti cur rarò plaudãt?*
34 *Franciscus Benzonius sapiens Ordinum voto potitur apud Venetos.*
35 *Iuuenibus difficillimè Senes obediunt.*
36 *Seni iuuenem subrogari, Reip. obstat vtilitas.*
37 *Senes iuuenum sunt pedagogi.*
38 *Senectus qualis sit?*
39 *Iuuenes prudentes, fortes.*
40 *Papyrius prætextatus silentium qua cautela seruauerit?*
41 *Fœminarum impudicitia.*
42 *Nicolai Prunierij Gallorum Legati prudentia, Hieroglyphicum, & effig.*
43 *Ministro vigilantia necessaria.*
44 *Animalia in Apocalypsi cur plena oculis?*
45 *Io: Baptistæ Colberti vigilantia, hieroglyphicum, effigies, Anguis gentilitius.* 56.
46 *Philippus Macedo somnum excusat?*
47 *Ministri cur Episcopi dicantur.*
48 *Baptistæ Nani Venetorum Legati apud Gallos vigilantia, hieroglyphicum effig.*
49 *Trino medio Regum peruaduntur arcana. Mulierũ, argenti, & vini.* 54. *Auri potẽtia.*
50 *Adulteria non libidine, sed ratione cõmissa.*
51 *Regibus vinum negatur.*
52 *Bacchus cur nudus pingatur?*
53 *Equitis Io: Sagredi Venetorum Legati Germanorum peruadentis arcana, effig. hierogl.*
54 *Magia politica clausis ianuis ingrediendi.*
55 *Dominici Zane Venetorum Legati, apud Hispanos Leonina vigilantia, hierog.*

56 Mi-

56 *Miniſtri ſi prætereantur Remp. euertunt.*
57 *Chriſtinæ Suecorum Reginæ argutia in Regem Gallorum.*
58 *Io: Colberti fidelitas, Hieroglyphica.*
59 *M. Antonij Iuſtiniani nobilitas, & ſolers prudentia in attopeos, hieroglyphicum effig.*
60 *Chriſtus bis ſatiando turbas cur primò ſeptem: ſecundò, quinque vſus ſit panibus?*
61 *Miniſtro neceſſaria patientia.* 62. *Vt Saulis.*
63 *Cardinalis Eltius Pontificium non aſcendit thronũ, quia Gallos habet infenſos.*
64 *Caroli d'* Aillij *Ducis de* Chaunès *Gallorum Legati artificium, in electione Clementis X. eiuſdem Hieroglyphicum.*
65 *Miniſtro affabilitas neceſſaria, et facũdia.* 84
66 *Abſalonis artificium, vt regnum vſurparet.*
67 *Apud Perſas ruſtico habitu nemo aulam ingrediebatur.*
68 *Iudicia cur exercerentur in portis?*
69 *Matronæ aſſimilatur Legatus.*
70 *Mulierum fraudes.*
71 *Carol. V. cur timeret Bellaiũ Gallicũ Legatũ?*
72 *Petri Seguier eloquentia quantum contulerit Gallorum Regi, effig. ſymbola.*
73 *Legato Linguarum diuerſitas neceſſaria.*
74 *Ezechias Legatos linguis peritos mittit.*
75 *Apoſtoli cur diſpertitis inſtruerentur linguis.*
76 *Io: Maurocæni apud Gallos Veneti Legati affabilitas, linguarum peritia, familiaritas cum Rege Gallorum, hierog.*
77 *Nicolai Throni liberalitas in ſubditos.*
78 *Angeli Corrarij Legati Veneti prudentia artificium hieroglyphicum, effig.*
79 *Fides miniſtri.*
80 *Germanici fides erga Imperatorem.*
81 *Proditio nullo Sacramento firmatur.*
82 *Michaelis De Codignac fides ergà Regem.*
83 *Nicolai Nouauillæi, effig. hieroglyphicum fides erga Regem Gallorum.*
85 *Simulatio Tiberij Imperium recuſantis, cum flagraret.*
86 *Aſinij Galli generoſũ dilema contra Tiberiũ.*
77 *Cromuel Anglorũ tyrannus, quã placidè deciperetur à Io: Sagredo Venet. Legato. Hierog.*
88 *Veneti dùm ſatagunt Anglorum Regem iniuſtè proditum Regno reſtituere, blandiri fingunt tyranno.*
89 *Hugonis de Lionne effig. hierophyph. Elogiũ.*
90 *Hugo de Lionne auctor pacis inter Gallos, & Hiſpanos.*

MAieſtatem fulciri, o Reges? ſi vna eſt oppoſitorum ratio, & cognitio, aulicorum fide non vno probata periculo, vt negligentia euerti, Conradi notant ſecundi aduerſique caſus. Numeros videtur abſoluiſſe regnantis (in Henricum ſi demas arma) licèt tot periculis obrutus non ceciderit, quia fugerit. Toga ſagoque prudens iuſtitia parauit arma, & armis ornauit iuſtitiã. In Bello fortis, domi ſedulus, in aula iuſtus; militibus opima ſpolia, familiaribus gazas, & honores, populis libertatem, & otium ad temporum largitus eſt normam. Pacifica illi arma, & Familiaris victoria, vſque dum Saxo inniteretur Imperium, & inter aulicos Ottho ſuperſtes. Saxone labante, conuulſa ruit machina orbis, & perduellis victoria inter hoſtes viſa eſt tentoria ponere. Armatur Cæſar, ſed à Saxonibus victus, Principis loricam experitur eſſe iuſtitiam. Doli, fraudes in choro reſonant, cum in aula Sacerdotes canunt. Præſulis manu benemeritos viros viro petijt, cum in priuatorum vindictam Reipublicæ gladiũ euaginaret; quam inani conſilio non regentes, ſed diſtrahentes aulici, Conradi periculo ſucceſſoribus probarunt, dominationis arcana ſegnitie peſſundari, vel ſuſtineri miniſtrorũ ſolertia, quæ non minùs Principem iuuat, ac bractea adamas reliquoſq; lapillos; vndè ſubſidia iure dicti dominationis. Fundamenta dignitatis tuæ (aiebat Cicero ad Q. Fratrem) tua erit primum integritas, & continentia, deindè omnium, qui tecum ſunt pudor. Superciliorum pondere prægrauata balæna infeſtantia non prænataret vada, niſi piſciculi (quem muſculum dicit Plinius) iuuaretur ducatu. Nec ſecus eſſet Princeps, Tantarum rerum perturbatus faſtigio, & niſi aulicorum leuaretur manu, nec vnus omnibus, nec ſolus ſufficeret ſingulis. Vnum pro cunctis, Mazarini in ſonet miniſterium: cui tamèn minimè obtigiſſet domi firmare Pacem, & ciuilium bellorum ſcaturigines interagere: Batauorũ [a] renouare fœdera: Perduellibus [b] legẽ imponere; Hoſtium [c] triumphos agere: Principibus, (Parmenſi, & alijs) Regibus (Sueco, & Dano) Pontifici (Vrbano VIII) moderari pacem, & bella, præter Gallici Apollinis cõſilia. Vndè ſurgeret latebat amnis; raro fluminum patenti capite; Sed aquarum latenti ſocietate, exube-

Tacit. Annal. I.

Ep. I. II. lib. 9. c. 62.

a trepidantiũ ob Hẽrici M. mortem Gallos pacis auidos, vt de trãſactione cũ Auſtriacis cogitarent, niſi politia obſtitiſſet Mazarini.

b In Rocroienſi victoria.

c Per Franconiã, Sueuiam, Bauariam, Italiam.

exuberare suspectus, excubarunt Galli, donec Pompilij more cum Dea Egeria cubantis ex cuius congressu Diuinam haurire scientiam fama tulerat, experti haud Mazarinum stipulari fœdera, mouère arma, priusquàm intra gurgustij penetralia probaret Michael Le Tellier tanti iam adiutor ministerij, vulgarunt oraculum, quo generosus ille Mazarinus inter tot belli anfractus, domi forisque petitus, & inclinatus, ouans surrexerit, bisso indutus, & purpura, vt regio ipso sanguine suam redimiret familiam. Propterea vnico hieroglyphico duobus Gallia canebat plaudens: *Mazarini anima Michael Le Tellier*. Apollinis ergò Gallici (antiquum Græcis, Apollini sacrare gallum, quia galli dicerent futurorũ præsentiam) simulacro, Michaelem Le Tellier Regiorum Ordinum Commendatorẽ, Status Quadrumuirum, Patrem Domini de Luuois, paterni ministerij vicem gerentis, vt patriæ oblato filio gloriari posit plura ipsi prestitisse, quàm recepisse, iure exprimimus. Cuius ad Aram ex virentibus ęternitatis campis Mazarinus insonat; *Magnatum gloria, aulicorum quæritur solertia.* Aureæ catenæ, quibus Cardinalis deuincit Idolum, munera sunt gratitudinis, quibus Darij Persarum Regis exemplo pretiosis compedibus medicum suum alligan-

Plutar. in Numa.

Pausanias.



alligantis, haud officij immemor aulicorum sui seculi Principem est prosequutus.

Exod.18. III. Sedentem Moysem populos iudicaturum a manè vsquè ad vesperas redarguit Iethro cognatus eius? *Cur solus sedes? & omnis populus præstolatur de mane vsquè ad vesperas? Multo labore consumeris, & tu, & populus iste, qui tecum est: vltrà vires tuas est negotium, solus illud non poteris sustinere. Sed audi verba mea, atque consilia, & erit Deus tecum: Esto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent, vt referas, quæ dicuntur ad eum: ostendasque ceremonias, & ritum colendi. Prouide autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore: quidquid autem maius fuerit, referant ad*
IV. *te, & ipsi minora tantummodò iudicent*, nè auctoritas nimia familiaritate vilescat. In Aristocratia verò tãto magis opus vicarijs, quòd plures, vel omnes ciues ibi maiestatem obtinentes, non possint simul munia subire Reipublicæ, si legatio obeunda, si bellum ducendum.

Quùm seliguntur, attende primùm, vt pa-
V. trijs imbuti moribus, Principis cohæreant mandato, nè religionis, vel legum discordia regimen turbent, sed vnisona voce in vnum conueniant, ità quòd vnitas multitudine, & diuersitate perficiatur, non distrahatur. Quùm Deus Moysi in adiutorium septuaginta dele-
Numer. 11. gisset senes, abstulit primò *de spiritu, qui erat in Moyse, & dedit illis*, vt nequirent dissentire volentes, sed vni supra septuaginta esset cor vnum, & anima vna. Gloriosissimi Ludoui-
VI. ci IV. Gallorum Regis arridet diploma, cum ab aula, publico munere, & officio Protestãtes deportauit, reliquosq; sectarios, Religioni primùm, vt consuleret; regimini exindè, quod discordia pessundatur, quùm Religionis prætextu noua moliri qualescunque de plebe experta est Anglia, Germania; Regis vsquè ad supplicium illa? in Cæsarem armari ista.

Secunda conditio, vndè honor, & ministri
VII. fides, ætas est. Hæc quintuplex, pueritia, impubertas, minoritas, maioritas, senectus. Pueritia vsquè ad septennium, impubertas vsquè ad decimum quartum, & parum distat à pueritia; minoritas vsquè ad vigesimum quintũ; maioritas siuè cõsistentia vsquè ad sexaginta; vltrà, senectus. Senectus, & pueritia impedimento sunt, & regiminis dicuntur flagella. VIII.
Quid enim ciuitati puer, vel cum repuerascit senex? quibus ignotum velle, & nolle? In vno iam arescit natura; in alio modò pullulat, & fore speramus. Regnorum euersio inter causas, pueritiam habet lethalem. Populandam Hierusalem, vt super lapidem non relinqueretur lapis, auferet (clamat Propheta) *validum, & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ, fortem, & virum bellatorem: iudicem, & Prophetam; ariolum, & senem, & dabo pueros Principes eorum*. Vndè confusio, libido, violentia, iniustitia *væ tibi terra, cuius Rex puer est*. Qualis cognitio, prudentia, vel experientia, quæ ossibus debent adhærère Imperij, in puero, qui cũ seipsum ignoret, curatori subijcitur? Imperij haud manutractet habenas, qui sibi ipsi nequit imperare. Venetijs, vbi creditur consedisse Apollo, adeò legum bonitate vndiquè fulcita Respublica fulget, vt non semel legibus suis alijs prouiderit rogata nationibus; in gradibus Gigantum duos est videre calathos hinc indè positos non floribus, lilijs, spicis, racemis, sed mespillis plenos, nec sine voto, mystica enim omnia posuère maiores? Hisce fructibus, qui nisi tempore, & palea maturescant, crudescunt, monitos voluère nobiles illìc transeuntes, cum aulam ingrediuntur, dignitates publicaq; munera largituri, maturos viros seligere tempore, & periculis sæpè probatos; Mespillis enim similis fructum dabunt, sed tempore suo. Salomon paterno potitus Regno, ætatis Imperio minimè congruæ, non diuitias, non honores, non vitam, sed sapientiam quæsiuit, qua populum iudicaret: *Ego autem sum puer paruulus, & ignorans egressum, & introitum meum. Et seruus tuus est in medio populi, quem elegisti, Populi infiniti, qui supputari, & numerari non potest præ multitudine. Dabis ergò seruo tuo cor docile, vt Populum tuum iudicare possit, & discernere inter bonum, & malum*. Principes *videntes* Dominus vocat, quia cæcus cum cæcum ducit, ambo in foueam cadunt, Reges nisi sapientiæ lampade aulica visitent antra, in bestias vertuntur ministri, quibus veluti à proprijs carnibus Actæon Rex discerpitur: *Omnes bestiæ agri venite ad deuorandum; vniuersæ bestiæ saltus*,

Isaias. 3. Eccles. 10. IX. X. 3. Reg. 3. XI. Isai. 56.

ſaltus, ſpeculatores eius cæci omnes. Quali in-
Iſa.c.56. ſupèr conſtantia vulgi reprimet inſolentiam,
& præpotentiam magnatum? Ætatis defectu,
mulierum illecebris, aulicorum fraudibus ir-
retiti iuuenes, quandoq; & cani Rempublicam
prement, quandoq; diſtrahent. Domi res tran-
An.1. quillæ externi belli nulla formido, *dũ Auguſtus
ætate validus, ſeq; & domũ, & pacẽ ſuſtentauit;*
XII. *Poſtquàm prouecta iam ſenectus, ægro, & corpore
fatigabatur, aderatque finis, & ſpes noua.* Dumq;
An.1. ſucceſſorem præluderet, quereretur populus
fore *ſeruiendum fœminæ; duobus inſuper ado-
leſcentibus, qui Rempublicam interim premant,
quandoquè* diſtrahant. Senectutem ſuam, &
XIII. intellectus habet. *Nunc eò* (aiebat Galba
Tacit.hiſtor.1. adoptando Piſonem) *neceſſitatis iam pridem
ventum eſt, vt nec mea ſenectus conferre plus
Pop. Rom. poſſit, quàm bonum ſucceſſorem; nec
tua plus iuuenta, quàm bonum Principem, audi-*
XIV. ta itaque *adoptione, deſinam videri ſenex, quod
nunc mihi vnum obijcitur*. Sed vndè eſt, à ſeni-
bus vt plurimùm Rempublicam diſtrahi, nõ
regi? Neronem ſi iuuenem ſpectes, imitaberis
potiùs, non æquabis: ſenex exitio orbem non
dedit, quia non potuit? Intellectus ſeneſcit
cum ſenſibus, qui naturali calore, & humido
radicali deficientibus, frigeſcunt, ſanguis cor-
rumpitur, & ipſa intellectio cæcutire videtur,
cũ ortum habeat à ſenſibus; cum nihil ſit in in-
tellectu, quin priùs fuerit in ſenſu; Caneſcen-
tem Camillum, & rerum ſumma potientem
excuſare volens Liuius, non hebeſcere ſenſi-
XV. bus ſcribit: *ſed vegetum ingenium in viuido*
lib.6. *pectore virebatque integris ſenſibus*. Vel dicas
canos præteritorum virtute ſecuros, impunè
graſſari, & ſceleri confidentiam dare proco nõ
formidato. Tiberij callidum, & tegendis ſce-
leribus obſcurum olim ingenium, Germani-
co extincto, eò confidentiæ venerat, vt tam-
quàm dimotis parietibus, palàm faceret ſcele-
ra iuuentutis. Non minùs vniuerſo populo,
quàm ſingularibus viris, & principibus vtilis
eſt æmulatio, vndè non tam inſtigante natura,
quàm timore ſolicitante, peccare erubeſci-
mus. Roma viueret, ſi nõ cecidiſſet Carthago,
XVI. nec euertendam P. Scipio Naſica aiebat, vt
Plutar. in Caton. laſciuientibus Romanis frenum eſſet. Ingruẽ-
tibus Philiſtinis regnum Iſrael, innocens Da-
uid, & adulterio polluitur, cum hoſtium agit
triumphũ. *Sapiens Dauid & Salomon, ſed blan-
dientibus nimis ſecundis rebus, alter ex parte, al-* Bernard. lib.2. de
ter ex toto deſipuit. Viuente Nathano Salomo- Conſid.
nis præceptore, alienigenam diſcipulus non
auſit vxorem ducere, magiſtro ſublato, non
ſatis diſcipulo lupanarium orbis. Solon, vbi XVII.
deprehenſum fuit Piſiſtratum gratiã popularẽ
captando tyrannidẽ moliri, nemine reſiſtere,
nemine libertatem defendere audente, ipſe ſua Plutar.
arma extulit, & antè domũ propoſuit, auxiliũ- an Seni ſit ger.
que ciues popoſcit, cumque ad eum mitteret Reſp.
Piſiſtratus, qui interrogarent, cuiuſnam fidu- XVIII.
cia rei iſta faceret, reſpondit, *ſenectute ſe eſſe
fretũ*. Nero vſq; dùm iuuenis fas duxit Senecę,
Burrhi, Corbulonis conſilia ſequi; graueſcẽte
ætate, maieſtati credidit cõſulere, ſi miniſtros
non conſuleret: ſed ferro, & veneno ſublatos, Tacit.
ſe in omnes libidines effudit. Intolerabilis An.14.
tandèm ſenectus, cum nil ab alijs fieri poſſit,
quod non illi vellicent, & ſcommate excipiãt

Stat dubius, tremulusq; ſenex, ſemperq; malorum, XIX.
Credulus, & ſtultus, quæ facit ipſe, timet.
Laudat præteritos, præſentes deſpicit annos,
Hoc tantum rectum, quod facit ipſe putat.

Senibus quiete nil poteſt cõtingere optatius:
ijs præſertim, qui climacterem magnum, & fa-
talem ingreſſi, vel egreſſi. Ideò Plato antè an- De Legibus.6.
nos 50. nec poſt 70. Senatorem non admiſit, XX.
Lex verò Romana à 50. anno militẽ nõ cogit, c. vlt. de breuit.
à 60. Senatorem nõ citat; quod & Venetijs in Vitæ. Seneca.
hodiernum vſq; ſeruatur diem: Nos ſenes (Eu-
ripides ait) nihil aliud, quàm turba ſumus, &
figura tantùm, ſomniorumq; ſimulacra ſerpi-
mus. Mens non eſt ampliùs: putamus tamen
nos rectè ſapere. Quàm doctior Q. Fabius vl- XXI. Plutar
timum conſulatum recuſauit, quòd nec tem- in Fabio.
poris, nec animi, idem, qui antè vigor eſſet.

Venit maioritas, ſiuè virilitas, & conſiſtẽtia
dicitur à 25. vſq; ad 60. annũ, ſago non minùs,
quã togæ vtilis. In bello, vbi ſpectatur ardor, XXII.
maioritatis, ſiuè conſiſtentiæ præferũtur exor-
dia: in pace verò vbi prudentia, & experientia
exiguntur conſilij, finis & tantò vtilior, quãtò
proximior ſenectuti. A Conſiliarij Forenſis,
Vrbanique Iouis adminiſtris, non pedum ma-
nuumue opera exigimus, ſed conſilij (ſcribit An ſeni
Plutarchus) prouidentiæ, rationis: non tumul- ſit geren. Reſpub.
tum, & ſtrepitum in turba excitantis, ſed pru-
denter, ac tuto conſulentis; vndè eluceſcat ca-
nities, & ruga rideri ſolita, teſtis peritiæ, au-
xilium ad perſuadendum afferens, gloriamq;

ingenij concilians. Nam ad parendum iuuenilis, ad imperandum ſenilis ætas accommodata eſt, acmaximè ſalua eſt ciuitas, vbi conſilia ſenum, & iuuenum arma obtinent.
XXIII. M. Alex. ad bellum cum pergeret, ſuaſus ab Ariſtotele perfectam ætatem expectare, & tunc bella gerere: Vereor (inquit) nè dum perfectam ætatem expecto, audacem, & feruentem perdam iuuentutem. Bellorum redibit ſermo. Quæ domi agenda nunc pertractemus. Deambulat vt ſpōſus Deus, & *comæ eius ſicut elatæ palmarū, nigræ et quaſi coruus*: cū Rex
5 Cantic. n. 11. ſedet, & iudex, *caput eius, & capilli erant cādi-*
XXIV. *Dan. 7.* *di, tamquàm nix*, quo enim ſeniores ſumus,
Apoc. 1. cò plus experientiæ habemus, & vſus; dæmonibus (prouerbium eſt) per tam longum tem-
XXV. pus, quò eorum vita protenditur, rerum lon-
26. q. 4. c. ſciendū. gè maior accedit experientia, quàm poſſit hominibus propter breuitatem vitæ proueni-
Gelli. lib. 3. cap. 8. re. Vſus me genuit (aiebat apud Afranium
Eurip. apud Stob. ſer. 114. Sophia.) Cum Senum proprium conſiliū ſit; Iuueni (teſte Solone) licèt antè barbam, ſenilis ſit prudentia, præferendus ſenex, cum Senatus aliorum magiſtratuum iuuentutem regat,
Plutar. in Solon. ipſe à nemine regi debeat. Optimatum ideò
XXVI. magiſtratū Spartani ſuis adiunxère Regibus. Vt & Romanorum Senatus in hunc vſq; diem à ſenio nomen gerit. Sicuti enim lex coronā, ac diadema; ità canos natura venerabile dignitatis, & principatus ſignum fecit. Sene-
Plato 3. de Rep. 5. de leg. ctus maximam hominibus conciliat auctoritatem, quam natura, vel tempus affert. Iuue-
Ariſtot. 4 pol. c. 14. nes effrenes Cæſar Auguſtus increpans, cum
XXVII. tumultuarentur, redarguit: audite (inquit) iu-
Plutar. an ſeni ſit ger. Reſp. nenes ſenem, quem ſenes iuuenem audierunt. Non longè Pericles, qui tantum in ſenectute apud Athenienſes valuit, vt bella mouens, & pacem reuocans, portarum ciuitatis claues ſuo muniret ſigillo, vt nemini licèret eo inuito ingredi, vel egredi mœnia. Qua tandèm iuuentute non fuit præſtantior Ageſilai ſenectus? quis ætate vigens, tanto terrori hoſtibus fuit, quantò Ageſilaus propè finem vitæ? cuius morte, magis gauiſi ſunt hoſtes, quā Ageſilai, & ſi grauis annis deceſſerit? quis ſo-
Xenoph. de Ageſil. cijs animos addidit, niſi Ageſilaus, quanquàm ei iam mors immineret? quem iuuenem amici maiore ſunt proſecuti deſiderio, quàm Ageſilaum ſenem mortuū? Frigeſcūt cani, ſed mani-
XXVIII bus debiles pollent ingenio, quod licèt rerum inſtabile fluxu, tempore non niſi vireſcit.

Vt alia à nobis auferat longius dies
At ſapere, & intelligere firmius facit. *Menan. apud Stob. de Senectut.*
Homo ſimilimus vino natura,
Et quodammodò! Vinum enim nouum,
Omnino neceſſe eſt, item virum deferbere
Primum, deinde ab iniurijs, & malis repurgatū.
Confirmari, vt rurſus componi,
Et omnibus deinceps ſuauem fieri.

Aggrediendo, vt præualet iuuentus: ſic ſenectus præuidendo. Hæc numquàm ſine mentis cuſtodia ſeipſam relinquit, ſed quid- *Architas de viro bono.*
quid agit, conſiderat, vt futura præſentium, præſentia præteritorum collatione trutinans, ipſa ſeipſam dirigere poſſit, præteritis memoriam accommodās, futuris prouidentiā. Hiſce XXIX.
autem iuueniles opponuntur paſſiones, putà animi inconſtantia, mētis hebetudo, & agēdi præceps conſilium, & irreuocabilis norma: *Semper enim iuniorum virorū mentes ſunt leues.* *Ilia. 3.*
vndè nouandis, quàm gerendis rebus aptiores. Exindè viſi ſunt hebetiores, quàm acu- *Thucid. 3*
tiores, vt plurimùm meliùs Rempublicam adminiſtrare. Infelix expeditio Athenienſium à Niciæ ſenectute præuiſa, Alcibiadis temeraria iuuentute inflata Rempublicam decolo- *Plutar. in Alcib.*
rauit. Themiſtoclem Athenienſem abdicauit pater, nolens eum ampliùs filium habere propter iuuenilia delicta: eundem verò iam propemodùm ſenem Atheniēſes Perſici belli ſibi deligunt Ducem, quem conſulentem, *Stob de Senib ſer. 116.*
& Apollinis oracula clariùs interpretantem, vrbe ſolitaria relicta, ſequebantur: & promptè naues conſcendebāt, præeunte Themiſtocle, ideoque ſeruabantur. Conſilia calida, & audacia producit iuuentus, quæ prima ſpecie læta ſunt, tractu dura, & euentu triſtia. Iuuenes molles ſunt, ætate fluxi, & dolis haud difficultèr capiuntur. Propterea cautum, vt à *Saluſt. in Catil.*
Romanis quondàm, nè quis annorum triginta minor, Venetorum ingrediatur Senatum: XXX.
ſed paulatim conſultationibus admouendi, vt ſenum regantur prudentia: cuius vſum deinceps excedentibus è ſtatione ſua ſenioribus, habere poſſint. Venetorum ingredere aulam, ibi Conſiliariorum, Primum Sapientum ordinem; Capitum de 40. Sapientum ſecundum ordinem, infra quos, veluti ad pedes, & infra gradus, Sapientum tertius ſedet ordo, quibus XXXI.
indecorum loqui, ni humilitèr ſurgant, quaſi co-

coràm præceptori audita exarando : & Salo-
monis inſtar, cuius in throno duodecim ru-
giebant Leones, ſed iuſto diſpoſiti ordine, vt
grandiores in ſexto, iuniores in quinto, Leun-
XXXII. culi in quarto, catuli in tertio, adhuc rugire
neſcientes, in ſecundo & imo, vt tempeſtiuè
aſcenderent. Venetæ aulæ ſimilis eſt gradatio:
cum Veneto illo Leone non rugiunt iuuenes,
XXXIII. quòd ſi rugiant (cum & Ordinum Sapienti-
bus ius ſit inuenire, & Senatui inuenta propo-
nere, raró Senatus plaudit (vt in Franciſco
XXXIV Benzonio lucubrationum mearum auditore
quondàm) nè ſuperbiant ; ſed tantummodò
quaſi albo ſignentur lapillo, vt tempore , &
occaſione ad ſecundum Sapientum promo-
ueantur ordinem. Exindè nouo experimen-
to ad Capita de 40. initiantur; quartò inter Sa-
pientum primates : quintò ad Supremos con-
ſiliarios, vt in Principem tandèm. Difficile
Plutar. an ſeni ger. ſit Reſp. (aiebat Cato) eſt, eum qui cum alijs vixiſſet,
aliorum ſubire iudicia. Sic Neſtor licèt à Dio-
mede confiteretur rectiorem dictam ſenten-
XXXV. tiam. Es iuuenis tamen (ait) & poſſes mihi
Hom. Iliad. filius eſſe, propterea negat eius conſilium ſe-
Senec. in Troad. In Octau. qui. Iuuenile vitium eſt regere non poſſe Im-
perium. Iuuenilis ardor impetu primo furit :
langueſcit idem facilè, nec durat diù. Iuue-
nibus non animus rebus gerendis concalluit,
Plutar. an ſeni ger. ſit Reſp. nec ætas dedit benè ſuadendi. Adoleſcens fuit
Arridæus, ſenex Antigonus, & tamèn hic vni-
uerſam penè Aſiam ſubegit: ille velut in ſce-
na ſtipatus, mutam Regis perſonam gerebat,
ſemper eorum, qui plus valerent expoſitus lu-
Cicero de Senectut. dibrijs. Si externa legeris, maximas Reſpubli-
cas ab adoleſcentibus labefactatas, à ſenibus,
reſtitutas reperiemus. Sed cur remouendi
ſenes, & ſubrogandi iuuenes? vel vtilitas ſua-
det, vel neceſſitas cogit: neutrum vrget, ni iu-
uenem per laſciuiam ad tribunal proſilire veli-
Plut. ib. mus, qui poſtquã furias ambitionis profude-
rit, vbi ætas peritiã, ac prudẽtiã attulit, Remp.
omittat, atque deſtituat, quaſi muliercul㠁ua
ad ſuã libidinem explendam fuerit abuſus, e-
XXXVI. quidẽ Æſopi illa vulpecula à vicinis infeſtata,
abigere eos volentẽ echinũ non ſinebat, quod
diceret, his, qui iam eſſent ſaturi, remotis, alios
eſurientes ſucceſſuros. In pelago non credi-
tur ducenda nauis ei, qui in mappis ſyrtes,
promontoria, portus obſeruauerit, niſi ſæpè
in puppi ſpectauerit certamina aduersùs tẽpe-
ſtatem fluctus, ventos, ác noctem. E Peripa-
to forsàn egredientes, quia Platonicas tenent
in pagella leges, Reipublicæ occupabunt cla-
uum? Si nulla alia ſenibus ſit cauſa, docen-
dorum iuuenum ſaltèm, gerant Rem- XXXVII.
pub. Iuuenum ſint pędagogi, victum, in-
ſtruant, corrigant, laudent, vt peccantibus
ſint terrori, & probi eos reuereãtur, etſi num-
quàm chlamyde induant, ſed confirmãdo, ex-
citando, vt Cimonem Ariſtides, Mneſiphilus
Themiſtoclẽ initio à ciuibus malè exceptos, Plutar.
quaſi ſponſione firmarunt. Cani ſibi ſapiant,
ac non neceſſarijs abſtinentes negotijs, vene-
rationem concilient. Pauca loquantur, & iu-
nioribus dicenda linquẽtes, tamquàm arbitri
ciuilis certaminis, abſq; vituperatione doceãt,
& corrigãt: ſobriè laudẽt, comitèr iurgia com-
ponãt : quin & victoriam vltrò aliquandò ce-
dant, ſe vinci gaudeant, vt animos iuuenibus
addant, morũ probitate, legum obſeruantia,
grauitate ſermonis, Religionis puritate, &
vitæ integritate potiùs, quàm dierum ſene- Sap. 4.
ctute. *Senectus venerabilis eſt, non diuturna*, XXXVIII.
neque annorum numero computata ; cani autem
ſunt ſenſus hominum : & ætas ſenectutis vita
immaculata. Coadiutores qùm Domini iuſſu
eſſet Moyſes ſelecturus, haud iuſſus ſeptuagin-
ta eligere ſenes, ſed ſeptuaginta, quos cogno- Num c 11
ſceret ſenes. *Congrega mihi ſeptuaginta viros,*
quos tu noſti quòd ſenes populi sũt. In quibus ſene- Gregor.
ctus cordis requiritur, cũ tales iubentur eligi,
quod ſenes eſſe ſciuntur. Si enim ſenectus cor-
poris quęreretur, lateret neminẽ: dũ verò dici-
tur, *quos tu noſti, quod ſenes populi ſint* ; profectò
liquet, quia ſenectus mẽtis nõ corporis eligẽ-
da nunciatur. Poſſibile enim, quòd iam ad vitæ
exitum penè ætas illũ traduxerit, & moribus
pueraſcat. *Puer centũ annorũ morietur.* Quid ſe- Iſai. 65.
neſcentis ętatis iuuenes non edidère facinora? XXXIX
decimo ſeptimo ætatis anno Nero, a & Celſus
b publicè de iure reſpõdiſſe feruntur. Salomon a l. 1. §. 1. ff. de poſtul. l. ſi §. ſeruum de V.O.
duodecẽnis Regno potitus de infãte altercã-
tes diudicauit mulieres. Ioſias, & Ioachin
octo. Alexand. c Seuerum, milites cõſalutatum b Ignat. Martyr. ep. ad Magneſ. 4. Reg. c. 22.
in aulam Palatinam deduxerunt, adoleſcentu-
lum admodùm, & adhuc auiæ præceptis ob-
temperantem. Papyrius prætextatus cum, c Herodi. lib. 6.
de more vnà cum patre in Senatum ingreſ-
ſus eſſet, qua die ſilentium impoſuerant pa- XL.
tres, à matre ſciſcitatus quidnã in ſenatu egiſ-

 ſent,

Macrob. Sat 1.c.6 ſent, reſpondit tacendum eſſe. At mulier audiendi cupidior, ſilentium euerberat pueri, qui vt feſtiuo mendacio matrem eluderet, reſpondit: Actum in Senatu an vtilius, vnus duas haberet vxores, an duobus vna nuberet? Hoc audito compaueſcit, domo trepidans egreditur: ad cæteras matronas affert. Poſtridieque ad Senatum copioſæ matrum familias cateruæ confluunt: lacrymantes, atque
XLI. obſecrantes orant, vna potiùs duobus nubat, quàm vni duæ. Senatores ingredientes curiam, quæ illa mulierum intemperies vellet? mirabantur, & non vt paruæ rei prodigium, illam verecundi ſexus impudicam inſaniam pauеſcebant. Puer Papyrius publicum metum demit, in medium curiæ progreſſus, quid matri ipſe ſimulaſſet, ſicuti fuerat, enarrat. Senatus fidem, atque ingenium pueri exoſculatur; conſulens nè poſthac pueri cum patribus in curiam introirent, præter illum vnum Papyrium: eique puero poſteà cognomentum prætextatus decreto inditum, honoris gratia: ob tacendi, loquendique in prætextata ætate prudentiam. Nec abeſt noſtri ſeculi prudens iuuentus, quæ à Chriſtianiſſimo Ludouico XIV. Gallorum Rege excitata, expertam adæquet ſenectutem. Quid non ipſe domi, foriſque glorioſè egit, hoſtes deprimendo, iura librando, gazas theſaurizãdo, vt armatus literis, ornatus armis amore Orbem ſolicitãdo, traxerit in obſequium? Regis ad exemplum compoſiti magnates in ſtadio currunt, vt non annorum, ſed actionum diſcrimine, Reipublicę cõſulãt. Sedebat Liliatos inter proceres, Nicolaus Prunerius S. Andreę, XLII.
& Viriaci Marchio, Gallorũ Regi ab intimis



Conſi-

Consilijs, & in suprema Delphinatus Curia Præses, Laurentij in eadem Curia Præsidis, & Margharetæ filiæ Pomponij Belleuræi summi Galliarum Cancellarij filius; Artusij Prunerij primùm Aquensis, ac demùm Delphinensis Senatus Principis nepos, maximam cum integritatis, & sapientiæ laude hanc supremam exercens dignitatem. Ibi cum se in publicis, priuatisq; gereret negotijs, vt nec quidquam ignorare videretur, nisi metas prudentiæ, & doctrinæ; Ad omnia summa natum, nec tam sanguinis, quam auitæ virtutis hæredem fama plauderet, repentè accersitur à Rege, an fama fureret, vt sui probaret præsentia. Venit Præses, vidit Rex, vicit fama. Quot verba Rege coram protulit, tot fuere dominationis arcana; tantùm vi sapientiæ extorsit à Rege, vt eius in manu, velut in prudentiæ sinu, custodiendum diadema deponens, ad Serenissimam Venetorum Rempublicam Turcarum tunc agitatam barbarie Legatum è familia tertium, a regio miserit elogio. *Vade, et iuuenis seniorum occupa accubitus; non est enim virtus maior, quæ longior.*

a *Pŏponius Belleur. Caroli IX Francorũ Regis Legatus qui Regẽ Hẽricũ III. è Polonia reducẽ cũ Serenis. Rẽpublicam inuiseret comitatus est anno 1574. Postea Franciæ Cancellarius.*

Artusius Prunerius ad Ser. Rẽp. Ven. designatus Orator ab Hẽrico IV an. 1591. hac tamẽ legatione nõ functus quod ad regendos Aquẽses eorumq; motus ciuiles sedandos missus sit. deinde Senatus Aquensis ac Delphinensis Princeps.

Pŏponius II. Belleureus ad Ser. Rẽp. Ven. Legatus extraord. an. 1635. postea Galliarũ Senatus Princeps.

Nicolaus Pruner. ad Seren. Rempubl. Legatus an. 1668.

Ministrorũ secũda cõditio est vigilãtia, Domi, vel foris sint. Omnium domos illius vigilia defendit, omnium otium illius labor, omnium delicias illius industria, omnium vacationem illius occupatio. Nec Argus satis, vt tot periculis, & insidijs, quæ pacem circumstant, queat superesse. Thronũ pingit Ioannes, cuius in conspectu mare vitreum simile chrystallo; & in medio sedis, & in circuitu quatuor animalia, Leo, Bos, Aquila, Homo sed plena oculis antè, & retrò; intùs, & in circuitu. Ministri sunt isti fortes vt Leones, acuti vt aquilæ, prudentes vt homines, patientes vt boues; sed antè, & retrò pleni oculis exiguntur, quorum fortitudo, acumen, prudentia, patientia sinè vigilantia parum conferret? Peracutè mini-

Senec. a Polyb. c. 26.

XLIII.

Apoc. 4.



stro-

ſtrorum exprimitur vigilantia ab Orontio Fineo Brianuillæo in Colubri Gétilitio Ioannis Baptiſtæ Colberti Gallorum Regi à ſan-
XLV. ctioribus Conſilijs , ædifficijs regijs , & ærario Præfecti , Quæſtoris Regiorum Ordinum regni adminiſtri , ſymbolis heroicis expreſſo, ad normam fidelis, ſapientis, vigilantis, & prudentis miniſtri. In duodecimo ſymbolo ſerpentis conſtellationem vides, Polum versùs, ad boreales Cæli Cardines, plurimis conſpicuam ſyderibus, longeq; omnium maximam, ſub lemmate Virgiliano *Tot*
Ænei. 7. *vigiles oculi*. Adeo vigilat, vt bello, paceque clara maieſtas cuius oculi Leonis ad inſtar cubantes excubāt, de ſomno poſſet cum Philippo Macedone, increpantem redarguere, *dor-*
Plutar. in Apoph. XLVI. *miui, quia Antipater pro me vigilat*, ille: *dormiui, quia Colbertus pro me vigilat*, iſte. Felix Gallia, quæ aureo redimita ſeculo penès ſapientes perhibet regnum. Quorum prudentia, nè quid ſuis deſit, prouidet; fortitudo pericula arcet; beneficentia auget, & ſubiectos ornat. Imperare cum officium credant, non regnum, eorum vigilantia in ſalutem Reipublicæ tota confertur. De hac vigilantia, quæ foris quùm Legatorum funguntur munere, vel domi cum Præturæ, vel Magiſtratuum contingit, pauca dicamus. Foris externa in aula Epiſcopos, la- XLVII.
tinè ſpeculatores, dicas, inter cætera, ad explorandum miſſos Principum arcana, quod grauiſſimi operis, & rarò felicis. Regium cubiculum labyrinthus eſt, cuius ingreſſus non paucos, ferè omnes egreſſus latet. Ariadnæ filo opus eſt, vt introeas; vel aurea pluuia, quæ



deſu-

XLVIII. desupèr cadens ferreas irridet valuas: vel Cerberos argenteo satures pane, vt in abyssum descendas, quò libentior ruerem, quàm dominationis in antra penetrarem, vbi non nisi clausis ianuis licèt interesse, vt Venetum illum Mæcenatem, Equitem, ac D. Marci Procuratorem, Reipub. historiographum, *Baptistam* cognomine quidèm, & modestia *Nanium*, sed virtute tàm grandi, vt illa in patria vbi magni sunt viri, prouerbium exierit, *Non surrexit maior Nanio Baptista;* fama tulit inter suarum legationum ad Reges, Cæsarem, & Pontifices munera, ciuili quadam magia, inuisibilia Regum introspexisse arcana. Multa oppidò narrantur, quorum duo nemo carpit. Salutis Anno 1644. apud Ludouicum Gallorum Regem, Venetorum degentem Legatum, certiorem fecisse Rempublicam (vt ex Epistola 160. sub 18. Martij, Turcarum arma non in Melitenses, vt murmur erat, sed Cretenses ferri; licèt Fatorum forsàn seriè nostris sollicitata labibus, non crederetur; & si 13. Iunij (vt ex Epistola 172.) nouo tabellario Senatum vrgèret ad arma. Sic Anno 1646. Gallorum copias (quæ frequentia, numero, virtute, robore validæ classicum, sed incerto telo, canentes terrebant omnes) Vnus in Orbe Nanius in Italiam contra Orbetellum dirigi, introspicere quiuit; & clausis toti Orbi ianuis, eò introire vbi decimo Kal. Februarij inter Cardinalem Mazarinum solummodò, Ducē Anguianum, hodiè Condæum, & Ducem Bresæum, quo clàm expedirentur, consultæ. Trino itinere

XLIX. irrepsisse fertur in hieroglyphico, Mulierum contubernio (absit quod impudico bacchatus amore, sollicitaret matronas; minimè enim cum mulieribus coinquinatus, vsquè ad aram, sexum quæsiuit amicum, vt ex eius

Tacit. an. dicacitate secretiora peruaderet.) Honestio-

L. ri tamèn quàm Romani Cæsares politia, non libidine, sed ratione potiùs adulteria patrantes vt vxorum manu, magnatum tangerēt machinamenta. Hoc sibi vult speciosa illa fœmina, quæ noua Ariadna Legato, fili globulum offert, vt Labyrinthum securus introeat. Sic Dalida Sampsonem Philistinis prodidit.

Aulicum exindè intuere, è cuius pera solers Legatus schedulas callidè tollit; & dum ille vino luxuriando indulget; arcana iste, abstinendo, deflorat. Indè Salomon vinum negauit Regibus. *Noli Regibus dare vinum, quia nullum secretum est, vbi regnat* LI Prouerb. 25.
ebrietas. Vinum occulta pandit: iuxtà illud, in vino veritas. Vineam cum plantasset Noe, nec vinea suo pepercisset auctori, naturæ opprobrio quæ cooperuit, pudenda ille discooperuit: quò respexit antiquitas, cum

LII. Bacchum nudum pingeret. Intèr lupanaria tamèn & conuiuia Zona, & podere præcinctum intuere Legatum cum cycno ad pedes (eius gentilitio stemmate) cuius est super flumina canere; nè callidè decipere tentans, Venere, vel vino calidus decipiaris. Aurea pluuia, aduersùs quam non frondes, non quercus, non marmora, inundat desuper. Et si desupèr, ad valuas frustrà vigilāte custode, Iouis in semitis Danaem tenet. Solem dicas aurum, qui foramina si non per fores ingreditur, inuito Domino. Cerberi ipsi pane alliciuntur; & quos non ferrea, aurea catena domat.
Munera crede mihi placant, hominesque, Deosq;
Coniuratos in Neronem nemo prodidit, Milichum Sceuini libertum præter. *Nam cum* An. 15. Tacit.
secus seruilis animus præmia perfidiæ reputauit, cessit fas, & salus patroni, & acceptæ libertatis memoria. Hæc illa Magia, quæ ex ferreis LIII.
Eumenidum thalamis, terrestres, inferos, & superos euocat in obsequium. Nigris speluncæ latebris veluti inclusus Apollo, pacis occulta fœdera inter Cæsareos, & Turcas ad Arabonē victos, Viennæ Austriȩ cū ita occultarēt aulici, vt & clandestinos laterent exploratores, haud Aquilæ tamèn satis geminare caput, nè Allatus Leo Dominationis antra peruaderet. Eques Io: Sagredus apud Cæsarem tunc Venetorum Legatus, Germanorum explorauit arcanum. Vndè, & quomodò? fugit. LIV.
Clausis vel penetrauit ianuis, vel corpora replicauit; Imperialis Aquila cum canere iurè posset, *latebit omnes, quia vni constat.* (Leo rugijt) *constabat vni, & neminem latet*. Vt corpus vmbra, sic Regem sequitur explorator. Speculum intuere, & soli licèt gemina se offert imago. Humani corporis est; & optimè introspicienti, Venetorum Legati refulget. Valuas reserauerit quomodò? quærere sal obstat Sapientiæ; cum sali in profundo arcana custodiant. Vigilate itaque Principes, & ferarum Imperium, quod excuban-





cubanti Leoni natura tradidit, ſit hominum eruditio. Rete laxauerat Apoſtolicus piſcator,

LV. & quia non in verbo Domini, per totam noctem laborauit, & nihil cœpit. Pro totius Chriſtiani orbis ſalute Gallorum, Hiſpanorumque ſimultates componere ſatagebant concordes N.....

Romanorum Legatus, & Venetorum Eques Dominicus Cianus, corrupto vocabulo Zane; ſed paci inuido Fato, vel mortalium ſuperbia Fatorum reuoluta ſerie, pacis arbitrium ſibi ſoli Romanus blandiens, vel parum gratus Sebaſtiani Ciani gladio Pontificem Alexandrum III. in vno Imperatore Federico Ænobarbo totius Orbis egiſſe triumphum, clandeſtinas Gallis offert inducias. Dedignatus cecinit Gallus, reſonauit Cycnus (Baptiſtæ Nani Venetorum tunc degentis Legati gentilitius) Leo (Stemma Ciani) rugijt, ſed tanto rugitu,

Iulius Faroldus & Doglionus. Hiſt. Venet. lib. 5.

vt



vt echo aulæ Romanæ duplicante murmur, exibilaretur ignoraſſe Romanus Leones vigilare ſopitos.

Domeſticam modò perquiramus vigilantiā magiſtratum gerentium, ſcilicèt, vt tabellarijs, apocharijs, publicanis, nundinarijs, inuigilent, qui ſi prætereantur, Rempublicam
LVII. funditùs euertunt. Gallias peragrando Chriſtina Suecorum Regina, cum illius Regij quæſtoris Fucquetij ſuperba miraretur ædificia, ſtagna per inciſos traducta montes, viridaria nihilo penſilibus hortis, & Neronianis termis minora; Regia verò diruta, æquata ſolo, coram Ludouico IV. prorùpit. *Frater mi, quàm libentiùs gemino anno Galliæ telonia, quàm ſceptrum regerem*. Non aberrauit Rex, ſed iuſta peculatoris pœna, (Regia adhuc viuentis indulgentia) poſteris duo exhibuit exempla: Fucquetij illud pœnale vt fugerent; glorioſum vt æmularentur aliud, Colberti nempè illibatum miniſterium: Ita eius gētilitius Anguis ſacro explicatus ſymbolo ſerpen- LVIII.
tis in deſerto exaltati, ad populi mortiferis anguium morſibus laborantis medelam, iurè plaudit, *aliena extinguo venena*. Sua ſcilicèt fide, peculatorum euertendo fraudes, non ſibi, ſed publicæ conſulens vtilitati; quò ſerpentis pelle exuti ſymbolus tēdit ſub lemmate. *Vel propria exoſus*. Tantæ fidei Rex exardeſcens in ſymbolo ſerpentis Tripodi, Apollinis velut aræ impoſiti, (vt ex argenteo Lepidi Numiſmate) canit. *Ipſe ſibi deuouit Apollo*. Cretam obſidentibus Turcis, lethali laborabat morbo Veneta claſſis: Maris querebatur Imperator fœtido pane contabeſcere remiges. Dolens Senatus ſummo pretio, tantiſque vigilijs in longinqua traductos milites, annona peſtifera perdi; Annonæ Præfectis mandat ſolerter inquiri. Horum vnus erat M. Antonius nobiliſſima illa Iuſtinianorum prognatus familia,

Vide hos ſymbolos ſuperius cum effigie iunctos. LIX.

milia, quæ cũ tota in bello contra Emmanuelẽ Imperatorẽ, Græcorũ cecidiſſet aſtu, dedit patriæ, Fabijs ſuis ſuperbire; Ex Anna Michaelia reuixit Principis filia, cuius in dote tres fuere vici S. Ioannis in Bragora, S. Moyſis, & S. Pantaleonis, populorũ numero, loci opportunitate, ædiumque ſtructura, nobiliſſimæ inſulæ. Et Nicolao Iuſtiniano Monacho, qui tantæ familiæ ſuperſtes in D. Nicolai militabat aſceterio, D. Nicolao pronubo, thalamum diſpenſante Pontifice, viuentibus mortuos ſuſcitauit; & inter Diuorum myriades, & Heroum agmina, quinque maſculis procreatis, & tribus fœminis, quarum vna Marchioni Æſtẽſi, altera Domino nupſit Scaligero, tertia Virgo deceſſit; poſt Iuſtinianam gentem Reipublicæ reſtitutã, ſanctitatis fama, repetito clauſtro, vterq; deceſſit. Grandis Senator, ſed Ter Maximus ſi miniſtrorum retundat auaritiam. Præter Deũ nemo potuit. Accitis itaque attopeis, piſcinam ſolus ingreditur, & chimico experimento nauticum panem ad materiam primam reducendo, ſimilam à furfure, & farina ſegregando, ſelègit

Nicol. doglion. an. 1173.



autopyrum: & ex tribus partibus duas furfuris eſſe detègens: antiquis protinùs ſemotis piſtoribus, & nouis conductis; annua triginta coronatorum millium diminuta mercede, ærarij, & militum proſpexit indemnitati; cum Chriſti exemplo non publicanorum manu, ſed ipſemet panem eſt elargitus. Non habentes Apoſtoli vndè ſaturarent turbas, Chriſtus miraculum geminauit. Primò ſeptem panibus, quatuor millia hominum ſaturauit. Secundò quinque panibus, quinque millia hominum exple-

LX. Matth. cap. 15.

Io. 6.

expleuit. Sed vndè ſeptē panib. quatuor millia hominū ſatiat? Poſteà nō ſeptē panibus, ſed ſolummodò quinq; non quatuor hominū millia, vt in primo miraculo, ſed quinq; millia hominum ſaturat? Primo non ipſe diſtribuit, *ſed*
Matth. 14. n. 36. *fregit, & dedit diſcipulis ſuis, et diſcipuli dederūt populo.* Secundo nō diſcipuli, ſed ipſemet *Ieſus*
Ioan. 6. n. 11. *accepit panes: & diſtribuit diſcumbentibus.* Moneta Principum in aulicorum manu aqua eſt, quæ diſperditur, & niſi incluſa dilabitur. Iuſtinianus ſaturauit claſſem cum in piſtrinam non dedignatus deſcendere, fidit, ſed cui vidit.

LXI. Quarta conditio eſt, vt patiens ſciat & la-
lib. 3. de Ira Seneca. ceſſitus tempori indulgere; *Contumeliarū patiētia ingens eſt regni inſtrumentū*, vt conſilio potiùs, quā armis Reipublicæ conſulat: quæ etiā victricia tractare nō refert, ſi aliundè poſſit redimi decor. *Relinquendū eſt rumoribus tēpus, quo ſeneſcant.* Eo in curru, quē trahebāt Leo, Bos, Tacit. 2. Annal.
Aquila, Homo; ſolus Bos mutatur in Cherubin, quia ſola bouis vincit patiētia. Vincit, qui patitur, ſi vis vincere, diſce pati. *Lento adiutorio* Seneca de
opus eſt contra mala ſecūda, & continua, non vt Ira. c. 10.
deſinant, ſed ne vincāt. Exprobrantibus Iudęis Saulem. *Num ſaluare nos poterit? & deſpexerūt* Reg. 1. c. 10.
eum, & non attulerunt ei munera. Minimè exardeſcens *diſſimulabat ſe audire.* Diſſimulabat? iure deſpiciunt: Aut faciendus, aut habendus eſt LXII.
metus. Prudenter diſſimulauit, vt ſecurior hoſtes duceret in triumphū. Clemente IX. adhuc Saluſt.



viuente Pontifice, omnem mouebat lapidem
Cardinalis Ghigius, vt Cardinalem Eltium
Successorem Clementi daret sibi percha-
LXIII. rum, & necessitudine iunctum, sperans post
Alexandrum VII. & Clementem IX. trino
gaudere Pontificatu, Gallis etiam inuitis;
quos timere conueniens erat, ob simultates
inter Ghigianos, & Ducem Chrequium
Gallorum Legatum. Displicebat Gallis ele-
ctio, non intuitu personæ, sed technæ, qua
Christianissimo Rege penitùs inscio, Petri
sedem conscenderet Eltius. Dissimulauit
tamèn Rex, & de more, Anni exordium
auspicanti Eltio, humanitèr præludens Ca-
rolus D. Ailly Dux de Chaunes ad Roma-
num Pontificem designatus Orator retulit,
*Vtinam ad Ecclesiæ meliorem frugem in Pe-
tri Cathedra (dum Romæ ero) te sedentem
inueniam*, vindictam interim occulendo,
vt consilia infringeret inimicorum. Arri-
sit Fortuna, petita Roma, mortuo Pon-
tifice, clauso conclaui, Gallico dolo do-
lus pensatur Hispanicus. Eltius qui voto-
rum numero, iàm Quirinale tenebat (per
hoc ferè totum Hispanica tela vides concla-
ue circumdatum) Galli deturbatus cantu,
LXIV. retrocadens moritur. Telam adhuc Hispani
protrahunt, & nouis machinamentis ele-
ctionem molitur Ghigius. Solers resistit
Gallus, & tantum dissipat, quantum illi
componunt, absque murmure concidendo,
do, succidendo technas hostiles, adeò vt
Cardinales Altierium in Clementem X. Ro-
manum Pontificem adorauerint, priusquàm
Hispanorum Legato innotesceret eligen-
dus.

Quinta conditio ministri, Affabilitas est
LXV. comitas non minus foris, quàm Domi; venié-
tes comitèr excipiendo, querimonias audien-
do, pauperibus aurem accommodando. Mo-
saica ista lex est. *Audite illos* (aulicis alloqui-
Deut. 1. n. 16. tur Moyses) *& quod iustum est iudicate, siue
ciuis sit ille, siue peregrinus. Nulla erit distin-
ctio personarum, ità paruum audietis, vt ma-
gnum, nec accipietis cuiusquam personam, quia
c. 32. n. 1. Dei iudicium est*. Rectorem (habet Ecclesiast.)
*te posuerunt, noli extolli, esto in illis, quasi vnus
ex ipsis*. Virtutis non paratur opinio oris tru-
culentia, vel asperitate verborum, sed blan-
do sermone, & operum harmonia. Si co-
mitèr cum subditis agas, præstantis animi
est argumentum, quem haud seruum, sed li-
berum natura fecerit. Huius artis gnarus
Absalon cum ad regnum grassaretur, populo-
rum studia, sola begnitate est conatus deuin-
cere. *Et mane consurgens Absalon stabat iuxtà
introitum portæ, & omnem virum, qui habebat* 2. Reg. c. 15.
negotium, vt veniret ad Regis iudicium, voca- LXVI.
*bat Absalon ad se, & dicebat: Ex vna tribu Is-
rael ego sum seruus tuus. Respondebatque ei
Absalon. Videntur mihi sermones tui boni, sed
non est, qui te audiat constitutus à Rege, dice-
batque Absalon: Quisme constituit iudicem su-
per terram, vt ad me veniant omnes, qui ha-
bent negotium, & iustè iudicem? sed cum acce-
deret ad eum homo, vt salutaret illum, extende-
bat manum suam, & apprehendens osculabatur
eum. Faciebatque hoc omni Israel venienti ad
iudicium, vt audiretur à Rege, & solicitabat cor-
da virorum Israel*. Vel vt in Hebræo, & Chal-
dæo: *furabatur corda*. Hi sunt *funiculi illi* Osee. 4. cap. 11.
Adam, hæc vincula charitatis, quibus vincti
animi alacres, & exultantes ad aras obsequen-
tur, & vltrà. Absit mos ille Persicus, *sacco
indutis aulam claudere*. Non minùs pauperi- LXVII.
bus, ac diuitibus reclusæ fores murmur
comprimant, & te patrem orphanorum, &
iudicem monstrent viduarum. Hoc enim vo-
to apud Hebræos iudicia, ciuitatum exerce- Hieron. cap. 5. in Amos.
bantur in portis. *Nè agricola litis causa ve-* LXVIII.
*niens, ciuitatis frequentia, & nouo terreretur con-
spectu; nec vrbis habitator longè ab vrbe prope-
raret*.

Hæc domi: quid si foris? Matronam dicas
Legatum. Sit in illa non mortalis, humanusq; LXIX.
decor, sed cęlestis imago. Præsignis facies, LXX.
siderei oculi, flaui crines, eburnea ceruix, la-
bia purpurea, niuei dentes, concedantque
flammis sidera cuncta suis: nisi sagacitas, frau-
des, blanditiæ, argutiæ, adulatio, affabris ve-
recundia, cęteræq; fœminarum accedāt artes,
vt mulierculam arguēt amasij, qui vt minimè
artibus irretiti, in obsequio volubiles, haud
salutatum aderunt, quàm Venere cæsi vt libi-
dini indulgeant. Sit alia, quæ eleganter exor-
nata facilem, atque hilarem erga cunctos se
gerat, suauitèr, blandèque arrideat, modò ri-
gida, modò clemens, & comis, ad ipsam ve-
lùt aues volitabunt amasij, & quasi Hesperi-
dū equæ, ore omnes versi in Zephyrum stan-
tes

tes rupibus altis, exceptanteſque leues auras,
ſæpè ſine vllis coniugijs grauidi vento conci-
pient. Huiuſcemodi orator exigitur, digni-
tate, prudentia, affabilitate, ſermone, victu,
habituque ſpectabilis: quò Principis eluceat
maieſtas, & amicitias conciliet. Eloquentiam
LXXI. Bellaij Gallorum Legati magis timebat Ca-
rolus V. quàm acies. Nec Romanis tantùm
Romuli fecit potentia, quantùm Ciceronis
ſeruauit eloquentia. Galliarum tumeſcente
Mari, ob Regis minoritatem, Seguierio *fu-
gierunt ſidere nimbi* in ſymbolo nauis ſub
Gentilio ſidere Petri Seguierij Supremi Gal- LXXII.
liarum Cancellarij, cecinit Gallia, cum fu-
rentem, & perduellem populum ſola ille
exarmauit linguà; *Nec ſorte, ſed arte* in
alio nauis ſymbolo inter ſonantes ſcopu-
los iter radentis, quam haud Fatorum de-
creto, ſed Seguierio Prudentiæ, & facundiæ
clauo ſquamoſum perrerauit pontum. Vno
quidèm verbo *Quirites* ſcilicèt vocando,
exercitus ſeditionem Iulius compeſcuit: Vul-



tu, & aſpectu Auguſtus Actiacas legiones ex-
terruit; ſed ſatelitio cincti, & vallo circunda-
ti iura proferebant armis, & ſtylo ferreo ſcul-
pebant eloquium. At Mari cum imperat Pe-
trus, & inter ciuiles turbines flagitioſo popu-
lo Aris ipſis claſſicum canente, eloquenti ar-
matus

matus iuſtitia, quæ velut Titan ecliptica vinctus numquàm deuiat, non marmoreum animat Memnonem, ſed perduelles furentes exanimat. Iura præualent armis, ſi vt inter gentilitium, *Seguierium Agnum* (ſubditorum ſymbolum) & *Libram* iuſtitiæ, *Stella*
[illegible] anis [illegible] ſymbolo. regentis (Seguierium Stemma) ſit æqualis vtriq; Sub pedibus tũc nimbos, & rauca tonitrua, quæ ſuaui eloquentiæ diſijciuntur cantu.

Illud etiam plurimum iuuerit, ſi allienige-
LXXIII. na calleat idiomata, vt abſq; interprete queat animum Principum demulcire, ſermonem inuertere, & lepido aſpergere lẽmate. Legatos
4. *Reg. c.* 18. *n.* 26. LXXIV. Ezechias ad Rabſacem Aſsyriaci Ducẽ exercitus mittens, hoc ſpectauit, vt Syriacum idioma, quod Rabſaci familiare erat, tenèrẽt, nè plebi Dominationis vulgarentur arcana. *Dixerunt Eliacim filius Helciæ, & Sobna, & Ioahe Rabſaci: Præcamur vt loquaris nobis ſeruis tuis Syriacè: ſiquidem intelligimus hanc linguam: & non loquaris nobis Iudaicè, audiente populo, qui eſt ſuper murum.* Apoſtoli Spiritu Sancto repleti, non myſticas gloriantur Triadis diſſeruiſſe myſteria, vel Incarnationis arcana, ſed primùm, quòd *varijs linguis* loquerentur magnalia Dei. Indè quæ conuenerat multitudo, mente confuſa eſt, & quare? *quoniam audiebat vnuſquiſque lingua ſua illos loquentes.* *Actuum c.* 2. *nu.* 4. LXXV. Terrarum in finibus haud Euangeliũ tonaret ſi inter Perſas, Medos, & Elamitas, Galilæo perſonaſſent idiomate. Venetorum ad Ludouicum XIV. Gallorum Regem Ordinarium delectura Legatum Venetorum Reſpublica, qui ſtemmatis nobilitate, morum candore, & politices experimento in barbaros
Gallica excitaret arma; ex duodecim illis LXXVI.
quadratis Familiarum lapidibus, quos Increata iubente Sapientia, velut firmamentum in



medio

medio aquarum proiecit Iosues in Iordanis
fluento, Ioannem Maurocenum legit, post
Europæ totius peragratam plagam, vbique
Regibus, & Principibus charum, tunc ad Al-
lobrogum Ducem Oratorem degentem, vt
Senilia iam fœdera renouaret. Augusto le-
gationis exordio cum spem Patria concepis-
set de tanto superbire Catone, qui supercilio
detracto, Magnatũ leniret acerbitatẽ; & Mau-
rocena, lucente Iride in Veneto Cœlo pacis
astrum micare serenum; Allobrogensem
nouo Legationis munere interrùpit legatio-
nem. Cuius facinora sine obtrectatione, licèt
nõ sinè liuore egris oculis introspicerẽt ęmu-
li, hoc vnum insimularunt domesticas, & pa-
ternas dilapidasse gazas, vt Reipublicæ maie-
statem ageret Serenissimam. Maurocena igi-
tùr Thaumantis protinùs cum Gallico illuxit
Cælo, quasi pacti lege vim imponeret Regi,
classicum cecinit, vt diem barbaris Gallus ca-
neret. Suauissima indole, dulcissimo ingenio,
facundo idiomate, spetie augustissima, Iride
sua veluti amoris catena, vno in Rege Gallias
ita deuinxit, vt præter honorarium militem
octo millibus instructam classem sub Franci-
sci Vindocinensis, Belfortij Ducis Imperio
Regia opitularetur manus, Maurocena vrgẽte
eloquentia, Regio pensata elogio, grates cum
ageret: *Dilecto numquàm satis*. Vndè grata
Venetorum Respublica annos cogitaret æter-
nos; Gallicæ autumans serenitati præter Iri-
dẽ non conuenire. Exinde Benigna Pietas

Sexta sit Cõditio. Regia interiura, quę sunt
moderare pacẽ, & bellũ, cuius symbolũ aperti, LXXVII.
& clausi sunt codices. Vectigalia imponere ra-
cemis, & pecude sub forcipe obũbrata pasto-
ris. Bona cuiq; tribuere, vt gladius annuit iu-
stitiæ, benignitatẽ præferas, illi enim conne-



ctuntur

ctuntur diademata Principum, & iuris quodam miraculo, ciuilis refulget diuinitas, cum quatriduanos reuocamus à tumulo. Si Dij terræ estis, & Dij excelsi omnes, non tantummodo mortuorum sed & viuorum, fontium indulgentia vestrum resonet Imperium (aiebat Princeps ille Nicolaus Thronus, qui post Catharinam Corneliam Cyprij Regis destinatam thalamo; Persico fœdere victum Thracem; argenteum nummum suo *Throni* percussit cognomine, vt argenteo in throno aureus radiaret Princeps, & populorum non minùs indulgentiæ, quàm congiarij dulcedine ferociam pelleret.

Septima conditio, ministri est Prudentia, qua cæterorum corripiatur temeritas. *Nuntius impij* (habet Salomon) *cadit in malum; Legatus autem fidelis sanitas*. Septuaginta ver-

LXXVIII. 13. Prouerb. n. 17

tunt. *Rex temerarius cadet in mala; Legatus autem sapiens liberabit eum*. Omnem lapidem mouebant Pótificis, Polonorum, Batauorumque Legati, vt Germanorum, Gallorum, & Hispanorum componerent simultates. Sed iocosè remissi, *tantum opus non homine, sed solo Angelo posse perduci*, de Veneto illo Corrario, qui altero pede terram, altero mare calcans, (terrestris, & maritimi Imperij feliciter gesti symbolum) Marci æmulus Venetis Euangelistis Angelos addidit, argutiam interpretantes, auditi sunt musitare, canamus omnes. *Minuisti nos paulò minus ab Angelis*. Colonia itaque pro pacis decreta conuentu, dum securitatis exarantur literæ, nouo titulorum, pax implicata discrimine, dissentientibus Gallis, Ferdinandum Austriacum appellare *Imperatorem*, credebatur euersa in similitudinem cur-

Angelus Corrarius Procurator D. Marci tunc Venetorum Legatus apud Gallos.



rus,

rus, quem trahētibus Leone, Homine, Aquila, ſolus firmauit Angelus. Corrarij etenim Cardinalis Mazarinus vinctus phronèſi, retuliſſe
apud Mer curiū t.2. lib.2. p.1008. legitur: *Vim patitur Gallia, Domine Corrari, ſi peragat, quæ negant alij. Fiat tamen, & tuæ fidei pretiū Imperatorius ſit titulus.* Sopito diſcrimine, *Magni cōſilij Angelū* Cæſare plaudēte, Corrarium, eius prudentia Aquilę à Corrario coronatæ exprimitur ſymbolo: Aquila, Gallo, & Leone Angeli manu deuinctis; qui Polonorū, aliorumq; Oratorum manus vti hominū effugientes in naturalem ſe receperant libertatē.

Octaua conditio, quæ omniū ſumma, fides
LXX. IX. eſt. *Virum fidelem quis inueniet?* Concione, Legionū tumultus in Pannonia compeſcere ſa- *Prou. 20. n.6.*
LXXX. tagēti Germanico Imperiū obtulerūt milites, vt nobiliorē facerent proditionem. At ille ceu alieno cōtaminaretur ſcelere, pręceps tribunali deſiluit. Abeunti oppoſuerunt arma. *At ille moriturum potiùs, quàm fidem exueret clamitans,* *Tacit. Ann. 1. c.35. §.5.* ferrum à latere diripuit, elatumq; deferebat in pectus, ni proximi prensā dextram vi attinuiſſent: Sciens fidei iuſiurandū nulla potentia, vel cauſa ſolui poſſe. Vndè Dymno cū iuraſſet Nicomachus, nihil quod etiā periurio detegendū foret, indicaturum: Regi inſidias ſtrui intelligens, *ſe fidē in parricidio dediſſe conſtāter abnuit,* *Q. Cur. lib.6. c.7.*
nec vlla Religione, vt ſcelus tegat, poſſe conſtringi. Tanto gaudens obſtringi vinculo *Michael* LXXXI.
de Codignac cū Gallia exul, ob oblatū ab Hiſ- LXXXII.
panis ſtipēdium, vitā obtulit, ſi tamèn Galliæ Regi, cui natura ſubiecerat, nec obiurgare cogeretur, nec obiurgantem pati ſi ſibi parem. *Ruſcelli. p.530.* Placuit cōditio, Principibus licèt chara proditio: Galli fide delectatus Hiſpanus, vt aduenarū exēplo fideles ſubditos excitaret. Putreſcit



ſine fide gloria aiebat Laurētius ille Nicolaus
NouaVillæus, Villa Regius, cuius fides, lon-
LXXX-III. ga LXXX. annorum ſerie, & aſtrorum agita-
ta fluxibus, quatuor ſub Regibus à Secretis,
Conſilijſque Sanctioribus, quinquaginta tres
annos, aulæ experta fluctus, & inuidiæ tenta-
ta naufragijs, tuto tandèm decurrit mari, ac
inter fortunæ viciſſitudines, ſempèr conſtans,
ceu alliſa ſcopulo, ſemper eadem, Lilia vene-
ratur virentia, vt à Regum Iuſtitia iuſto
Fidei donari promereretur elogio, vt Regis
conſolatorijs literis ad Alincurtium filium
locupletata refert poſteritas, quæ gloriæ, &
ſanguinis ſuitate in Nepote Nicolao Noua-
Villæo Villa-Regij Duce, & Polemarcho
Franciæ vberiori vireſcunt ſegete. Nec mi-
nori indigebat pontice, cui Iupiter dederat
ceu Auroram, Solem illũ Chriſtianitatis præi-
re, qui terræ inimicorum ſcilicèt irridèret e-
clipſim. Grande candelabrum, ſi luceat antè
Solem: Natura euertitur, & licèt ipſa ad Re-
gis conuertatur exemplum, ſubditum Regi
obtulit in exemplar. Lumen &ſi maius obum-
bret minus, Regio naſcenti Soli haud ſolùm
præit, & viam Nouauillæus pandit (vt in Gal-
lico hieroglyphico) [a] ſed & Sole coràm in
Subalpino tractu, ſiuè Pedemontio Caſtren-
ſem Præfectum agens, & ad Carinanum pon-
tum fortitèr pugnans, literarum armis, armo-
rumque micat decore. Et priuſquàm obſide-
retur Dola Quingium, explorare aggreſſus,
retrocedere noluit, priuſquàm vrbem, quam
exploratum perrexerat, expugnaret, vt ho-
ſtium Præfectum (Confluentinus Marchio
erat) euocaret ad pugnam, qui Villa-Regij
timore correptus, oppugnatam vrbem ex-
cidio expugnari præſidij, pugnæ prætu-
lit.

A Iudo-uic. ſcilicet, Iuſto. Vide Regis conſolatorias literas

Regis Gubernator.

a quo Sal. An. 1649 decoratur in Faſtis Ludouici XIII. vnà cum alijs ſymbolis hic prætermiſſis: quia auroræ ſymbolum Solẽ præeũtis, reliqua vincit.

Oppidum eſt in Bizuntij, ac Salinarũ interſtitio ſitũ.

Sole coram Mothenſe micat oppidum, quod in Lotharingia diù, acriterque, ſed infelicitèr tentatum, nonniſi victricibus magnanimi Villa-Regij armis, & præſentiæ tandem ceſſit, vt in ſui deditionem conſentiret.

9. Idea noſtri exigit miniſtri, vt non
tantummodò facundus, ſed fecundus, cama-
LXXX-IV. leontis inſtar varios induat colores; vel illius
ſagittarij, quem irriſit Diogenes, Orientem
reſpiciat, cum ferit Occaſum. Bonum vertet
in meliùs, eiuſque gradus, veluti effigies, cui
nullum obſiſtit lumen, aſcendat, vel deſcen-
dat, videatur in plano. Sublato Auguſto, cum LXXX-V.
ſpecie recuſantis Imperium flagrantiſſimè Ti-
berius quæreret, dixit fortè, ſe vt nõ toti Rei-
publicæ parem, *ita quæcunque pars ſibi manda-* *Tacit. Ann. 1. c. 12.*
retur, eius tutelam ſuſcepturum. Tum Aſinius
Gallus, *interrogo* (inquit) *Cæſar, quam partem* LXXX-VI.
Reipublicæ mandari tibi velis? Perculſus im-
prouiſa interrogatione, paululùm reticuit:
dein collecto animo, reſpondit: *Nequaquàm*
decorum pudori ſuo legere aliquid, aut excitare ex
eo, cui in vniuerſum excuſare mallet. Rursùs
Gallus etenim vultu offenſionem coniectaue-
rat, *non idcircò interrogatum* (ait) *vt diuideret,*
quæ ſeparari nequirent, ſed vt ſua confeſſione
argueretur vnum eſſe Reip. corpus, atque vnius
animo regendum. Non longè ab Aſinio Gal-
lo, natalibus glorioſiſſimus, & in adminiſtran-
da Republica nulli ſecundus Eques Io: Sagre- *De quo ſuprà in n. 53.*
dus. In rerum Europeſarum perarduo arti-
culo ad Gallos, Britannos, Cæſares miſſus
Orator, cum Pariſijs inſimularetur ab Anglis,
quorum ſummam *Protectoris* titulo vſurpabat
tyrannus Cromuel, quia Venetorum nomine LXXX-VII.
nouam Britannorum Democratiam abſquè
publico charactère inuiſiſſet Paulutius; & in-
ter Orbis Principatus, ſola Reſpublica Lega-
tum nouiſſimè deſignaſſet. Nec bis Legati
diferendo, vel expeditionem negando nouo
aduerſaretur regimini, imò in Olygarchicos
moliretur; querentes redarguit, & artem de-
ludendo arte, tyrannidem, quam inſimulaue-
rat, in caput anguli vertere ſimulauit: *Paulutij*
(ait) *miſſio, exordium neceſſitudinis fuit, & fæ-*
deris diſpoſitio. Legatorum delata miſſio, rerum
potientibus Parlamentarijs, protinuſque remiſſa,
& expedita quum tu ſolus nouum appendis
Orbem, honoris eſt teſtimonium, vt in renaſcen-
tis Monarchiæ conſpectu Leo plaudat Adriacus,
cuius rugitus toto licet orbe diuiſi irriſerant, Oly-
garchicos. Credidit Cromuel, & Venetis re-
putatum eſt ad iuſtitiam. Arriſit tyrannus
cui non cognouit. Suaſit Sagredus id quod
non eſt. Eàque in Vrbe, quæ extra Orbem, LXXX-VIII.
dedit præter axem lucère Solem, quod idem
ac tyrannis plaudère Senatum. Specillis ergo
coloratis putà amethyſtis, beryllis, hyacin-
this, ſaphyris, turbidum Cælum offerri vi-
deas ſerenum, & Venetorum Ariſtocratiam
Cælo expreſſam ſtellato, Cromueli hoſtilem
licèt, vt ex nubibus habes, placidam atque
ſere-

ſerenum, conſpicillorum arte, quos varios Sagredus offert; vt temporum viciſſitudini iura adæquando, phænomena dicat aſtra, & linguæ gladio tyrannorum in ſilice iuſtitiam exaret, veluti egrotanti inter deargentata pulmenta amara propinaret collyria.

Decimum; ſi Regem eo plus miniſtrorum eſt, honeſtam pacem vtili bello præferre. Quanti facerent Romani adhuc in templi Pacis (nullum in vrbe ſumptuoſius, & magnitudine lapillorum præſtantius) cæmentis, à Veſpaſiano inſtaurati, ſuperſtitem memoria. Quò Hieroſolymitani templi gazis delatis, Laboris, & Honoris erecta ſunt monimenta.

Prudentius. In Pſychomachia.

Pax plenum virtutis opus, pax ſumma laborum
Pax belli exacti pretium eſt, pretiumque pericli:
Sidera pace vigent, conſiſtunt terrea pace,
Nil placitũ ſine pace Deo, non munus ad arã, &c.

Quid prodeſt aulico ad Cleantis lucernam elucubrare arcana, ſi ſubditorum ſanguine detegenda? Vltra aras, Regum vrgère ſucceſſus, abuſus obſtat Fortunæ. Obſeſſa ſolo Carthaginem equauit Roma. Nec Scipionis arma paſſa eſſet Africa, ſi domitos, non extinctos Annibal voluiſſet Romanos. Pœnorum in lutum cithara verſa, quia ſpreto Hannone Chartaginenſis Reipub. grauiſſimo viro, qui ſolus omni propè repugnante Senatu, fœdus cum populo Romano ſeruandum cenſuit, *vnius iuuenis ſeu furorem ſeu cupiditatem ſequuto, tantorum malorum, quæ in ſua capita redundarunt.* Haud cecidiſſet Carthago, ſi Rempublicam familiæ prætuliſſet Barchina factio, quæ Domi foriſque præualens, Annibalem incitauerat, *vt armis, & Imperio opes quàm maximas compararet.* Nec aulici vulgari inſimulantur queſtu, Reges ab ipſis implicari, vt ſub haſta venale miniſterium exponant, & in turbido mari pinguiori fruantur captura. Percunctèris Hiſpanos, cur Pacis fœdera inter Galliarum, Hiſpaniarumque Reges, in Annum 1659. dilata, cum eadem pacta Marchio de Freſnès, & de Bernì, Chriſtianiſſimi Regis Torquatus Eques, Hugo de Lionne, Anno 1656. Antonio Pimentelli manu Hiſpanis proponeret? Hiſtoriam lubeat altiùs repetere, nè Gallo militares referas tumultus, dum pacem canit, & fideli Legati ſolertia iuris clangore ad neceſſitudinem prouocat. Glorioſa itaque armis togaque apud Delphinates gẽte prognatus Hugo de Lionne

Plutar. in Annibale.

LXXXIX.

Chriſtianiſſimi Regis Torquatus Eques, &c. vix duodeuiginti egreſſus annos, miniſterij cõſors aſcitus ab auunculo Abele de Seruien, Status tunc Quadrumuiro, tanto Leo intonuit rugitu, vt intrà adoleſcẽtiæ dies ſecula doctrinæ præluderet. Linguarum peritia, armorum fortitudo, rerum politia, morum ſuauitas aulicum in eo annuebant currum, cuius Aquila, Leo, Homo (quilibet in ſuo genere Princeps) diſcordia concordi, non niſi medio Boue, patientiæ ſcilicèt clypeo, aſſociantur cum Cherubin. Sors enim vel potiùs virtus Cardinalis Richelij, cui Fato quodam Fortuna ſubiecta, ex armorum literarumque Republica celſiſſimus Princeps (vt ingeniorum ſtateram plauderet Orbis) cum arridèret; & in aulico, ſed turbido mari, pinguem dignitatum offerret capturam: nepos ſibi, quàm ſecedenti auunculo deeſſe malens, fidem ſui probauit periculo: quæ priuata licet, tantò placuit, vt poſteà repetita aula, publica penſaretur iuſtitia. Sic Leonis intererat, medio boue lucère vt Cherubin. Auunculi miniſterium chryſites fuit, qui in Leone tantum oſtenderet virium, vt ſortem vinceret. Romam indè ſeceſſit, quæ priſcas ab Hugone ſtupẽs ſuſcitari virtutes, Gallo, Galliæq; grata, vni plauſu; duobus, quorum alteri Mazarini miniſterio (quẽ cũ Hugone amicitia iunxerat, vt veteri Atlanti, & iuueni Alcidi Gallicum incumberet Cœlum) grata repẽdit. Primum ſui miniſterij facinus Itala pax fuit, quæ licèt ſolius Vrbani VIII. & Parmẽſis Ducis altecationibus agitari videretur, latenti quodam incremento totam Europam ſollicitabat ad arma; Quùm in Venetorum illo Conſilio quod Deorum dicitur concilium, ita belli paciſque iura diſſeruit, vt Venetos Catones non minùs ac Scipio aduersùs Carthaginem Romanos cogeret; ſed eo glorioſior, quod ille bellum popoſceret, iſte pacem, & impetraret. Regredientem in Patriam Anna Auſtriaca Regina mater ſibi à ſecretis aſciuit, at cum in eo omnes confluxiſſent dotes, & omnes comitantur honores nè illæ, & iſti vileſcerent, ſi deeſſent. Verùm cum in ipſo quaſi Gallorum Fata degerent, & ſortes traheret, ad alios Europæ euolans Orbes, planetam agendo neutiquàm tamèn errauit. Sed ſtellis conſtantior, Galliæ ſemper illùcens, intrà quadriennium, quod nulli forsàn mortalium

Propter Alterius Fortunã aula ſecedit Abel.

Zz 2 obti-



Speciale diploma te solus à Ludou. XIV. deligitur, vt pacem cum Hispano cõponat. An.1656 XC.

obtigit, Italo-Hispano-Germanicus felici iure Orbem librauit politicum. Summi Pontificis electioni præposito velut triumphatori Roma Capitolium strauit. Francofurti dum Imperatoris electione, Imperij vrgèret tranquilitatem, fuit quod Gallis Germani inuidèrent; quia externus ac tantus esset. Plenum tandèm Maiestatis arcanis, & arbitrio, quem Christianissimus Ludouicus XIV. sibi legem imponens, à qua inuito Hugone resilire nequiret, Madritum vnicum delegerat caduceatorem, dum Hispanus sui ferè respuit occasu, indulget Orbis, Gallico Leone Hispanis exterritis, parem, quem opponerent, defuisse. Inde Anno 1659. Pacis eodẽ repetito fœdere quod iam Anno 1656. Pimentello obtulerat Leo, ad Pyreneos cùm Cardinali solus adscitur, & quo Gigantes (terræ scilicèt Principes) montium aggerantes cacumina haud potuerunt ascendere, ille solo hymenæi gradu, Cælum pacis conscendit. Errantes propterea in hieroglyphico inspice aulicos, & Hugonis, sub spetie Mercurij insequentes astrũ, da gloriam Leoni. Caducæum, quod serpentes quondàm conciliauit, Gallum nunc sustinet, & Leonem; Francorũ, Hispanorumq; symbola. Super Regem Serenissimæ blandientem imagini stella quiescens, medium pacis hymenæum annuit; cuius insignia, Reginæ flagrans amore pudoris velum Rex gestit, & facem.

CAPVT

CAPVT TERTIVM.

Bellici Ducis Imago.

1 *Bellicum Ducem pingere togati non est.* 7.
2 *Gladij locus, Regis manus est, nõ Sacerdotis.*
3 *Gladius Cherubin tamquàm lingua cur?*
4 *Carolus M. cur interdixerit Sacerdotibus arma.*
5 *Differentem Philosophum de armis irrisit Alexand. M.*
6 *Gisgonem paci aduersantem calcibus deturbat Annibal.*
8 *Victoriam qualia accidentia rapiant?* 9.
10 *Gloria congiarium est mortuorum.*
12 *Amor erga Patriam quantum arma iuuet.*
13 *Puellæ Aureliacæ fortitudo.*
14 *Dauidis amor ergà Regem Saulem.*
15 *Philippi Ducis Aurelianensis effig. hieroglyph. elogium, amor erga fratrem Regem.*
16 *Prudentia in bello necessaria.*
17 *Dominicus Michael quomodò Francos incitaret in Turcas.* 18. *Coriũ pro moneta signat.*
18 *Francisci Michaelis erudita iuuentus.*
19 *Ludou. Borbonius Condæus, Hercules Gallicus dictus. Claua Herculea in foro Boario feras fugat.* 19. *effig. symbola.*
20 *Henrici Anguiani Ducis eruditio.*
21 *Leges inter arma silent.*
22 *Armorum literarumquè connexio.*
23 *Antonij Grademontij effig. hieroglyph. symbola; armorum, literarumquè peritia.*
24 *Comitis Guichæi elogium.*
25 *Celeritas in bello necessaria.*
26 *Annibalis cunctatio, Romanorum salus.*
27 *Henrici Turrenij effig. hieroglyph. celeritas, Iupiter dictus cur?*
28 *Scipionis celeritas.*
29 *Georgij Maurocæni celeritas reparantis classem; effig. hieroglyph.*
30 *Dux sit impauidus.*
31 *M. Alexandri audax fortitudo.*
32 *Caroli Dorleans effig. hierogl. bellicus ardor.*
33 *Lacedemonum mos coronandi eos, qui primi hostilia aggrederentur castra.*
34 *Laurentij Marcelli effig. hieroglyphicum; victoriæ eius exemplo reportatæ.*
35 *Francisci Vindocinensis Ducis Belfortij effig. hieroglyph. Cretæ moritur.*
36 *Christiani non armis superantur barbarorũ, sed suis peccatis.*
37 *Cyprium regnum vndè Venetis acciderit.*
38 *Cathar. Cornelius deditionem Cydoniæ subscribere renuit; Cretam propugnat, veluti Troianum Palladiũ: eius mors, effig. hierog.*
39 *Reip. vtilitas, cum ministri Patriam habent in matrem non in nouercam.*
40 *Hieronymi Fuscareni liberalitas, fortitudo ergà Patriam, effig. hierog. concio.* 41. *Collibũ nõ ministris, sed Reip. debitum decernit.*
42 *Bellum in terra hostili gerendum.*
43 *Scipio quomodò Annibalẽ ex Italia traheret?*
43 *Lazari Mocenici effig. elog. hieroglyph. victoriæ, solertia, vt hostili ære militẽ aleret.*
44 *Terrestris, & Maritimi Imperij hieroglyph.*
45 *Ducis præsentia quantum possit.*
46 *Immensitatis descriptio.*
46 *Animalia Apocalypsis* in medio, & *in circuitu, quid sibi vellent?*
47 *Andreæ Valerij effig. hieroglyph. Cephalenos concione compescit; libertas docendi, & operandi innocentia.*
48 *Dux militem non increpet, nisi auro innocẽs.*
49 *Gladius in ore, cum stellæ in manu.*
50 *Inuidia nullus immunis.*
52 *Cretam Turcæ obsident.*
53 *Galli Cretæ auxilio accurrunt.* 57.
54 *Francisci Mauroceni victoria naualis; hieroglyph. effig.* 61. *accusatur.* 65. *gloriosior resurgit.* 33.
56 *Visirij eiusque matris præstigia.*
58 *Creta quasi Fato perit.*
59 *Mirandulani Ducis timor.*
60 *Pax inter Venetos, & Turcas.*
61 *Hieroglyph. Solimani ad totius Orbis Imper.*
62 *Supputatio militum in Cretica obsidione cadentium.*
63 *Antonij Carneuali vaticinium de Francisco Mauroceno Venetorum Imperatore.*
65 *Antonij Corrarij concio in Franciscum Maurocenum.*
67 *Gentiles cur virginem libarent?*
68 *Demosthenes ad gratiam concionatus.*
70 *Nemo inauditus damnari potest.*

I. Bellici Ducis Ideam pingere, militis cum sit, non togati, inter iuris enutritus cancellos, alios haud edocebit classem instrui, quam ipse nescit? Ad chorum, in sortem Domini vocatus Sacerdos, in castris non resonat; nec Redemptoris fert crucem, si gladium extendat. *Conuerte gladium tuum in locum suum:* Regis Regum præceptum est. Sed vbi gladij est locus? in Principum, militumque manu. Clericorum arma, lacrymæ, & orationes. Quomodò ergò non pennicillo, sed aspergillo, non coloribus, sed aqualustrali in claustris castra ducam? Forsàn quia inter tentoria leguntur hybernasse Leuitę, vel in Paradisi, ideſt Ecclesiæ valuis cum versatili gladio Angelus stabat? Sacerdotum in castris degentium facinora pende. Tenebant Arcam, vel Iubilęorum insonabant buccinis. Ab eorum manibus balistæ aberant vel sagittæ; & Cherubin gladius flameus, ideſt amoris, & veluti lingua, quæ gladius est Sacerdotis. Exinde Carolus ille Magnus è castris ad choros remittens Prę-sules, exarmauit; quia spreta Christi lege, gladios distringerent. Sit sua quisque sorte contentus: nam cùm Angelorum plumis in Leones, Aquilas, & Homines superbiunt Boues, reuertuntur in similitudinem fulguris coruscantis. Quid si in Peripato Alexander Macedo de militari disciplina differentem audiret philosophum? non aureis redimeret (vt à Persis medicos legimus) vinculis, sed ferreis irrideret insanum. Quid si Gisgonem in Pœnorum Senatu paci aduersantem, & de renouando aduersùs Romanos bello perorantem, Annibal? indignatus ab imperitis talia iactari, adhuc dicentem ex suggesto deturbaret. Quid nostri seculi Heroas quùm e templi visceribus resonabit bellum, & pro amictu galea, loricàquè induti Præsules, Christum prædicabunt non crucifixum, sed cataphractum? Quid mihi cum clypeis, & telis? Quid cum literis, arma? Literis iunguntur arma, vt iuribus non gladij in ore pensetur iustitia. Sacerdotum arma librare, sed vsquè ad aras. Militem hybernare, castramentari, signa conferre, vbi, quomodò, quandò, nec Cæsar erudiret Romæ sedens, si Byzātij bellum ingrueret. Tàm vanum saucio consulere si Veronæ cubet, vittas medendo Venetijs; quàm Babylonis obsidionem circumducere, Lutetiæ stando. Ager, riuulus, collis, vmbra nonnumquā victoriam rapiunt. Anserum clangore Galli detecti Senones Capitolium petere, cæduntur omnes, qui paulò antè Vrbē tenentes, & Tribunorum vno querēti de iniquis ponderibus, quibus pensum aurū vt recederent, ad pondera adiacentes gladium obiurgabant: *Væ victis*. Leporis saltus Romam Arnulpho diripiendam obtulit; quùm excitum è latebris leporem militibus insequentibus Vrbem ab hostibus peti veriti Romani, panico timore correpti deseruère mœnia; hostes verò equorum ephippijs muros conscendendo, populati sunt Vrbem. Bellici igitur Ducis imaginem, & exemplum dabo non exemplar: Fastorum describendo annales, & factorum posteritati donando, non docēdo. Raro enim ex præteritis in bello futura dispones: stylo solummodò ferreo belli rudimenta describes. Gloriam pro Congiario mortuis viuentes soluunt, qui cum dicantur viuere propter gloriam, habeant illi vndè viuere: & venientibus esca sit quà irretiti, dulcè credant prò Patria mori. Hoc voto, terrigenæ ciuitatis, & armatæ militiæ, mihi (licèt Hierarchæ) datum facta proferre, vt prudentis, fortis, religiosi, & solertis Bellici Ducis species in speculo Herōū, quos coætaneos æmulamur, eluceat; ad armorum literarumquè conciliandam discordiam: si verum, quòd Imperialis Maiestas armetur literis, & decoretur armis.

26. Matt. n. 52.
II.
III.
IV.
V.
Plutar. in Annib.
VI.
VII.
VIII.
IX.
Vita Arnulphi.
X.
XI.

XII. Amor ergà Patriam primò se offert, qui pro militari disciplina solo naturæ lumine, quæ Dijs Patriam iungit, imbellem armauit sexum, & fœminis mares subiecit. Quis Gallis per Anglos soluit iniecta vincula sub Carolo VII. nisi Puella illa Aureliaca magnum, & memorabile protegentis Numinis exemplū, quùm Insitato sexus exitu præbuit summorum nobilioris seculi ducum ipsa dux priusquàm miles. Bellicis immixta discriminibus, nequè aduersis frangi potuit, priusquàm cōuulsæ domus Regiæ, ac euersi ferè Gallici Principatus fortunam restituerit: maiora executura nisi in ipso victoriarū cursu post infesta Gallię deuicta mōstra femineus Hercules, Anglorū fraude occubuisset, & igne; qui Anglorum

XIII.

rum palam facturus ignominiam inextinctus ardebit. Canant gratissimi Galli

Fama sui sexus Armis insignis Amason.
Nulli plus debet Gallia salua Viro.

XIV. Ergà Regem amor, quantum militarem iuuet disciplinam, obiter percurrẽdo, Dauidem haud prætermittam, nondùm adolescentia egressus, non timuit (licèt irrisus) Philisteo occurrere militi, cum monomacchiam tota licèt prouocata formidaret Iudæa. Qua disciplina turrem carneam aggreditur pastor, & rusticano baculo Gigantem, quasi canem insequitur? Patriæ hæc vna pietas, quæ post Dei cultum, huic vni opes, huic honores, huic deniquè vitam fortissimè impendit. Summamque gloriam ducat prò Patria mori. Sileant (fari solitus Philippus Aurelianẽsis Dux Christianissimi Gallorum Regis gloriosissimus frater) arma; obmutescant [illegible]ra, & regio amori nostri cedant triumphi. Loquamur vnum prò cunctis, & sit Regis obsequium. XV. Exindè Palladem prò egregijs facinoribus



fraterno sub Sole, in Belgio patratis; Astrologiam ob astrorum peritiam; Historiam ob toties reuolutos annales, ferreo primam diademate, stellarum secundam corona, Caducei tertiam serto redimire, æmulantes inspicias, quas ipse detrectando, & Heliotropij annuendo florem, (quod semper abeuntem intuetur Solem, omnibusque horis cum eo vertitur, vel nubilo obumbrante) inter coronas hisce solis contextam floribus æmulari, vt fraterno lumine crescat, gloriatur. Post fidem, & amorem Patriæ debitum.

Pru-

Prudentia succedit. Sola cunctatione Annibalem vicisset Flaminius, cum aduersante
XVI. collega Fabio manus conserens licet fortissimè dimicaret, suorum tanta vincitur strage, vt Prætor Pomponius vocato ad concionem populo apertè diceret: Pugna, Quirites, magna victi sumus, exercitus deletus est, consul cecidit Flaminius: vos de vestra salute deliberate. Hierosolymitano laborante Regno ob
XVII. Gotifredi I. Bolionij mortem, & Balduini II. Regis captiuitatem Dominicus Michael Venetorum Dux (parentis memor Ducis Vitalis Michaelis, qui primus ducentas naues in Syriã sub eiusdẽ filij miserat Imperio, vt Dei rebelles Michaelis gladio e sacris regionibus arcerẽtur) ad Oriẽtem denuò festinat Christianã rem occidentẽ reparaturus, & post septingẽtas ligneas vrbes, quæ mari innatantes vnam quatiebant Ioppẽ, clade naufragas, & obsidione solutam, Tyrũ cõuolat, terrestribus Varimũdi Hierosolymitani Antistitis, petitam armis. Quũ tumultuantibus Francis, Sarracenorũ aleã, quorũ haud longè distabãt copiæ, Venetos iã hostilibus onustos spolijs nõ experturos, Michaelis prudentia Venetorũ constantiã, & sociorũ firmauit animos, mandãs ex singulis nauiũ carinis integras abscindi tabulas, earumq; clauos, & gubernacula ad Varimundũ Antistitẽ mittẽs, vt & volentes Veneti nõ recederẽt, sed expugnarẽt: cuius laboris munus, Tyri Ascalonisq; fuit sectũ Imperium: sic domũ remeans Insulis Egæi subactis, Numinibus spoliata Græcia, cum stipendia deficerẽt militaria, coriariũ excogitauit nummũ, pretio dato non metalli librato pondere, sed fide dãtis, qui in Patria corium alieno ære grauatũ, suo rediXVIII. meret auro. Glorioso ex hoc stẽmate descẽdit Heroas ille Frãciscus Michaelius, qui ad Allobroges delectus orator, cum 28. annum ætatis suæ ceu oneri imparẽ opponeret, glorioso repensus elogio, *Venetis ætatem virtus facit legitimã*, retulit. *Plus in obsequio ducẽs quàm in victoria pareo*. Contexerem hic Serenissimi Ludouici Borbonij, Condæi Principis elogium, ni exuberante materia, oratio deficeret. Europa eius non bis reuoluta gladio, eiusdemquè

Hac legatione gloriosè functus, proximùs ad Gallos missus Legatus Ordinarius.



librata

librata ponderibus, visa est resurgere, vel inclinare, quo trutina tendèret Condæa. Hostibus inferente signa non minùs, ac in Foro
XIX. Boario Vrsis, & Leonibus Herculeam fugientibus clauam, refugere visi sunt Bauari, Hispanique Leones, & Aquilæ Germanorum; vt prò Christianissimi, Germanique Regis tutela, arma gerens, ab ipsis hostibus *Gallicus Hercules* salutaretur. Clamant adhuc in monumento posteritatis Aquitanorum incompositi motus, compositi cum Espernonio Proregi Princeps substitueretur Condæus. (Ann. Christi. 1649.) Virescit laurus, quo in Augustissimo Symbolo gemina lilia contecta. Rocrensem victoriam laudant, quam Condæi Principis magnanimitas, & fortitudo Gallis comparauit, ad pupilli Regis Germanique securitatem; tanta clade prohibitis, qui teneralilia euellere, non difficile tentarent. Vbi enim Hispani Ludouicum XIII. audierūt extinctum, illicò Regiam obsidentes Rupem, siuè Rocrensem, qua vndique Gallias popularentur; (Ann. 1643.) à Condeo tunc *Anguiano* tanta clade victi, vt si victoribus innotuisset, actum erat de Belgio. Auguiano nupta victoria non stetit; Bauaris, Cesaræis nouo prælio superatis, Philippopolim, [a] Friburgo, (a Magni nominis arx in agro Spirensi. Ann. S. 1644.) alijsque Rhenanis subactis vrbibus, & ipsi gloriabantur Germani, quod a solo Condeo, quasi alitèr vinci non potuissent. Non adhuc stetit, sed impauidè currens ad Nordlingam, cum Cæsareis tanto depugnauit ardore, (Ann. S. 1645.) vt nec cladis superuixisset nuncius, nisi Hispanis amica nox intempestiua properasset. Iniuriam Anguianus vlciscitur temporis, (Ann. S. 1646.) & quùm in hyberna ducitur miles, *Duncherchaim* emporium toti Belgio vtilissimum, paucis diebus ad deditionem compulit. Ad Lentium, [b] deniq; cum Archiduce Leopoldo (b Vrbecula quedā est. Ann. S. 1648.) Belgij Moderatore repetitis armis, certaminis pretio præter captiuos bellica habuit impedimenta, cum vix Leopoldus fugitiuus euaserit. Propterea laurus militaribus onusta exuuijs erigitur, sub lemmate Claudiano *Secum sensit creuisse triūphos*. Serenissimi enim Proto-Principis laureata trophæa vnà cum ipsius ætatis creuère incremento: Adeò vt de Alexandro quondàm, *Virtutis quàm ætatis celeriorem in eo cursum extitisse*; de Condæo dicas ordine quodam inuerso naturæ, vt inter bellicos tubarum clangores, Henricum filium, Ducem Anguianum, tum sacris, tum profanis potuerit literis erudire, vt si omnes perirent in quibus eæ continentur libri, illo superstite, nulla iactura fieret, quòd omnes ipse restitueret. Erubescant Romani suos mussitasse Marios Musis haud datum in castris canere. In naturæ etim Perijpatò, si non aquilarum, Gallorum est exterrère Leones, nè rugiant, dum ipsi canunt. Militaris claudicat disciplina, absque scientiarum, linguarumq; peritia. Alexandrum, Cæsarem, Carolum cæterosq; Græcorum, Romanorum, Gallorumque antesignanos, non nisi literis armatos, armisque decoratos reccensebis. Cæsarem iure dices, si ex vtroque Cæsar. Dicat nobis Polemarchus, Par, & Franciæ Dux Antonius Gradimontius, quo feminemam gloriosas *demetierit* lauros, quibus (Bingensis vrbis ad Rhenum expugnatione, Italicis victorijs, vendicato Ipronio; Fontarabiæ perrupto, ac hostibus *Figuierio* propugnaculo excusso) coronatus fulget? armis inseruit literas, & Palladem armatam consuluit. Gloriam non tàm manu, quàm lingua parauit. Latinis, Græcis, & exoticis linguis expolitus aulæ castra iunxit, vt mutuo fulciretur auxilio. Quæ in eiusdem manu manipulo inuoluta, Leonis arripientis linguā, & ferā exannimantis, non illepidè explicantur; vt per manipulum disciplina, per fortitudinem arma amica pergant. Huc spectant gloriosa illa symbola iaculi in humo defixi, ex quo laurei pullulant rami, superuolitante Aquila ombumbrati, sub lemmate *Ex hostibus gloria*. Et Maris circumstantibus omni ex parte ventis agitati, huc illucque iactati, sub lemmate, *Agitata tumescit*. In primo symbolo Amphiarai telum, quod ab Aquila, sursùm eleuatum, & mox in terram resiliens, radicibus primùm peractis, in laureas germinauit frondes, iaculi bellici figura est, secunda, & aduersa sorte crescentis per bellicos anfractus, inter Aquilas, potentes scilicèt hostes, æmulos, aulicosque inuidos, vt vna, eàdemque lauro Belli, Pacisque ageret triumphos. Adiungitur turbatum mare, Gradimontij gentilitium stemma, quia velut mare quoddam sua ipsius commotione tumescens, quo pluribus vrgetur hosti-

XX. XXI. XXII. XXIII.



bus, grauioribusque conflictibus premitur,
XXIV. tanto magis inflatur, & terribilior glorioso erumpit facinore; vndè generosa soboles Comitis Guichæi Bearniæ ProRegis excitata, adeò paternam reuocat indolem, vt videantur sidera certare sideribus.

XXV. 4 Bellici Ducis alia conditio, celeritas est. Cannensi cæde omni Romanorum profligato
Plutar. in Fab. Max. robore, *Annibalem à tanta victoria cum amici, vt insisteret fortunæ, vnoquè agmine cum fugientibus hostibus, in vrbem irrumperet, incitarent: die quinto enim victorem in Capitolio epu-*
XXVI. *laturum: haud facilè, quæ auerterit, ineas rationem, quin potiùs fortuna, vel Deus quispiam, qui sibi illi obstaret, eam ei inieciße cunctationem, & dubitationem videatur. Quarè Barcam Pænum ferunt, ei indignatum dixiße. Vincere scis Annibal, victoria vti nescis.* Alieno periculo edoctus Henricus à Turre summus Regiorum exercituum Præfectus Vicecomes Turrenius quùm ad dunas magnâ Hispanos clade delèuit insperato tanto est aggressus ardore, & celeritate, vt Ioãnes Austriacus priùs senserit Turrenium pugnantem, quàm ex Dunkerkensi obsidione cognouerit venientem. Triumphantis celeritatis fructus Dunkerkæ deditio fuit; & cum ipsa, Berga, San-Vinocium, Furnæ, Dixmuda. Et cũ volàret Turrenius, Ioannes Austriacus belli equidèm impiger Dux ad Brugas nouo victus conflictu, vnà cum suppellectili haud cecidit, quia sinè sarcinis enatauit. Pernicitas adhuc Turrena non stetit, sed Belgio perniciosa post Grauelingan à Polemarcho Sennecterio (gallicè della Fertè Sennecteres) expugnatam; Odenardam, Menenium, Ypras, celeberrimas vrbes, solo

An. 1663 17. Kal. Iulij.



solo intuitu expugnauit: Et quasi fulmine
XXVII. torquèret sidera mundi, Gigantes excutit,
qui affectantes regnum altos congesserant ad sidera montes. In Poenos Africano decreto bello, erarij inopia, miles non bina clade absumptus, Pressa Roma ab Annibale, inerme
XXVIII irridebatur Scipionis consilium, Carthaginē oppugnandi. Cum 45. dierum spatio (mirabile dictu) classe fabrefacta, & instructa, ex Italia soluens, Siciliam appulit Scipio. Scipione
XXIX. lōgè maior Georgius ille Maurocenus terræ, marisque Venetus Imperator, qui hostili irrupta classe, vt Cydoniensem solueret obsidionem; Turcarum nauium in Ægeo Mari geminato triumpho:

Incerti auctoris plausus.

Dum publicis votis iterum Georgius pater
Ingreditur pontum tota cum Veneta classe
Tunc placida ventis æquora tuta silent.
Mox vndæ tumescunt, vento turbantur arenæ
Se se tollit in mare, veniunt ad littora fluctus
Hinc naues franguntur, vasto merguntur.
Rex morti succumbit, & hora funeris venit,
Remanet hic pastor, & iuga flectit habenis
Sumentibus vitæ libertoris iter
Imperium regit sceptra sacrata tenet,
Iam colligit gentes, armatur denuo classis
Obstupuit hostis, gloriantur Veneti ciues.

quindecim triremibus, & nouem præsidiarijs nauibus tempestate absorptis, cum de maris actum lacrymaretur Imperio, ipse solo viginti quatuor dierum spatio instaurata classe, alacer volauit potiùs, quàm nauigauit ad Helesponti fauces, vbi Pretoriæ Belleiorum nauis nouo triumpho excitata Patria Pegaso insi-



dens creditus eſt volitaſſe. Propterea obrutam claſſem, & reſtitutam vnius Lunæ curſu, dextera monſtrat ſub lemmate *Inter claſſem nullam, & maximam, ſola fuit*, ſuple *Luna*.

5 Dux ſit impauidus, timor publica menXXX. ſuretur ſalute, inſanum enim periculis aduerſam vrgère ſortem, vt de Alexandro legimus, *Curtius*. Oxydracam expugnante, cum ille conſcenſis mœnibus *rem auſus incredibilem, atque inauditam, multoquè magis ad famam temeritatis,* XXXI. *quàm gloriæ inſignem. Namque in vrbem, hoſtium plenam, præcipiti ſaltu ſemetipſe immiſit, cum vix ſperare poſſet dimicantem certè, & non inultum eſſe moriturum: quippè antequàm aſſurgeret, opprimi poterat, & capi viuus*. Fortitudo fuit, quùm Perſidis interiora petens. (Iter *Idem lib. 5.5.6.* perpetuis obſitum niuibus, locorum ſqualor, ſolitudines inuię fatigatum cum terrerènt militem, humanarum rerum terminos ſe vidère credentem: & antequàm lux quoque, & Cælum ipſis deficerent, reuerti volentem) Ipſe Alexander nõ verberibus, vel minis ſollicitauit, ſed pedes per glaciẽ ingrediens, iter dolabra frangebat. Cuius exemplum cæteri imitati, erubuerunt non ſequi primùm amici, deindè copiarum Duces, ad vltimum milites. Ducis pericula calcaria ſunt (aiebat Sereniſſimus Princeps Carolus Paris Dorleans, Co- XXXII.
mes

mes à S.Paulo, Henrici Ducis Longauillæi filius, Normaniæ Pro Rex, quùm annos natus XXI, vnà cum Comite de la Fuillade Cretam ſubſidio venit) quibus incitatur miles, vel mortem oppetere, vel hoſtili ſanguine pallorem rubeſcere. Manu cum exaràret do-



cumenta, & hoſtilia aggrediendo caſtra ſempèr primus, non minùs quæ militis, quàm quæ Ducis ſunt, glorioſè peragens, maiora ſubeũdo diſcrimina, iuuenilem ætatem veteranorũ metiret gloria, hybernare Regis interdixit amor. Romanorũ propterea Caſtrenſi ornatur corona, qua redimiti, qui primi hoſtilia aggrederentur caſtra, ipſumq; apud Lacedæmonas Imperatorem præcederent; quibus mos, vt Rex hoſtes aggrederetur, præcedente quopiam geſtante coronam, qui in certamine victor eam aliquandò tuliſſet: Vndè in Olympijs ſciſcitanti cuidam, quid emolumẽti afferret victoria, qui pecuniæ coronam prætulerat, reſpondit: *Antè Regem coronatus incedens, cum hoſtibus pugnabo* (Omnium primus ceu fidei murus ſtabat Carolus, & paterna æmulando facinora, ſecum quærebat regij ſanguinis intereſſe) qui aciei periculo, lydio veluti experitur lapide, nemini in caſtris cedere.

XXXIII. *Plutar. in Laconicis.*

In

In aula si attramento leges, sanguine exa-
XXXIV. rantur castris. Nec quolibet sanguine credas: militum obedientia cum sit non Imperium, solo Imperatoris delineantur cruore. *Nasci enim Patriæ credimur, si Patriæ moriamur.* Laurentij Marcelli Venetæ Classis Imperatoris lex fuit: qui ad Aulonem cum hostibus congressurus, forti manu felicia licet arma perageret, sereno tamẽn non arrisit vultu, priusquã tormentario globo petitus, quasi inuidæ indignaretur fortunæ, quæ vulnera denegaret, vndè Imperatoris exemplo milites ad vindictam prouocaret. Nostris fauet annallibus, Venetorũ S.C. quo Marcelli repensa vulnera.

1638. die 17. Iulij. Senat. Epistola.

Quinqueremium Imperatori Marcello.

Sãguine non attramẽto haud delineasti, sed comprobasti facinora, vt non tàm rei familiaris, quã vitæ periculo, Patriæ sustinères decorem, classem nostram hostibus terribilem faceres: & proauum tuorum singularia merita renouares. Brachij tui vulnus gementes compatimur, quod tibi tamẽn æternæ erit gloriæ monumentum; nobis arra, vt quandocumque, & vbicumque Respublica gladij tui robore gaudeat. Interim facinoribus tuis realem non verbalem agnoscentes debitam retributionem, opportunitatem præcamur, tibi lætitiã geminãdi certiori pignore publicæ gratitudinis.

Sic in Cismensi pugna solius Marcelli triũphatum exemplo, testantur Io: Baptistæ Grimani Classis Imperatoris literæ. *Post victoriam, commilitones omnes complexus; singulari posteà dilectione, & lætitiæ planctu Laurentium*

1647. die 14. Maij. ad Senatum.



Marcel-

Marcellum Prouiſorem Claſſis proſecutus, benedictionibus impleui; quia adamuſſim mandata mea exequendo, hoſtilem irrumpens in Claſſem, primus aggreſſor, primus victor, primus triumphator triremem, & annonariam nauem ſubiugauerit; & eius exemplo trierarchæ, & ſtrategi incitati; inter igneos turbines, & ferreas tempeſtates triumpharent. Bellicus ardor, quo primus in Ciſmenſi portu Turcarum aggreſſus Claſſem, viciſti; maiori omnium penditur merito. Sic cũ Hieronymo Fuſcareno Maris Imperatoris ſuffectus (Fata ſua illi Reſpublica credidit; & eius in ſinum ſeneſcenti iam bello, penè concuſſa confugit) aduolauit Abydum, & duo de triginta nauibus, ſexaginta triremibus, quinque remibus maximis, & permultis inſtructam Claſſem concuſſit, & ad vnam diſſipando, non tàm fortitudinis manu, quàm mentis euertit pietate, vnius ducis exemplo, Laurentij mors partam reſonat victoriam; Haud enim contentus Dux conſilio præire, quod in prælio miles, ſi ibi prouidus, hic fortiſſimus, vbique auguſtus, voluerit gloriosè moriendo auguſtiſſimus viuere. Senatus ipſe plaudat. *Victoria, qua Omnipotentiæ manu, ad Dardana deleta Turcarum Claſſis, adeò exuberat, & tantum nauium, & captiuorum in poteſtatem redactum, vt ipſi victores æſtimare haud poſſint. Hiſtoriæ vt intererit æternitatis locupletando annales, Venetos exarare triumphos, & Faſta protrahere; ita noſtrorum Proauũ ſequentes veſtigia, Reipublicæ refert ſingulari penicillo exornare, vt ciues vnius Marcelli excitentur exemplo*, à quo ſuper aquarum vortices, Venetorum firmati triumphi, ſtabunt in fluxu, licèt, ceù catenata maria, & domeſtico carcere mancipati Thraces, venerabunda refluant, & ouanti Marcello plaudant, iura toti impoſuiſſe mari: vndè Venetiarum ſimulacrum in hieroglyphico Dardana claudit, & captiuus Neptunus currum trahit triumphalem illius Marcelli, cui ſi in fabulis non fuère venti vtribus concluſi (vt de Vlyſſe canit Homerus) fuit tota Turcarum immota Claſſis, quæ vt Marcelli impetum effugeret, ſua tentans repetere clauſtra, diuinitùs reflante vento, prohibita, & in vnum coacta compendioſam obtulit victoriam: lacrymabilem dicerem ob Marcelli Fatum, quùm belli raptus ardore, huc, illuc diſcurrens, tormentario globo traiectns, glorià, & ſanguine purpuratus occubuit, ni Imperatorum cohærèrent Fata, vt ſui obitu commilitonibus mortem, ceù minùs terribilem aſſueſcerent.

Senatus Litera ad Marcellũ die 28. Iunij. 1647.

2. Aug. 1656. Senat. Conſul.

Bellici Ducis votum ſit publica ſalus. Franciſcus Vindocinenſis Belſortij Dux, annali fruge Regem Ludouicum glorioſis proſequutus expeditionibus Momiliani in Sabaudia; pugnæ Aueniacæ, cuius forſan aberraret victoria, ſi manus abfuiſſet Belfortij; Repentinæ Hiſpanorum irruptionis, quæ Pariſios ipſos perculit, pugna, vbi Scipionis ad inſtar Gallicæ nobilitatis florem, quibuſdam agitantibus fugam, ſtricto gladio iurare omnes coegit, Patriam non deſerturos: Regiæ ſpei, quum Sangermani in extremis agens Ludouicus XIII. non tam fatigatus morte, quàm Reipublicæ ſimul, & prolis ſolicitudine, vna Franciſci Belfortij fide credens prudenti fide vtriq; conſulere, Belfortio regiã commendauit ſobolem, & ſolum parenti ſubrogauit. Creuit (gaudeat beata Parentis anima) ſi dicam maior; qui nihilo ſecius Belfortium inglorium ſciens, in vniuerſa maria, Galliçque commercia præfectum dirigens, circumfuſi pelagi vaſtitatem, triumphandi latiſſimum obtulit campum. Hunc citò percurrit, & ſub iugum miſſo mari, prædonum perdidit naues; portus patefecit, littoribus mare, littora mari reddidit, ſuiſque veluti caueis clauſos inſecutus piratas, cum ſupra menſem ſtetiſſet in anchoris, in ipſo Iuliæ Cæſareæ portus aditu, piratas domeſtico mancipauit carceri. Binàque iterum ouans victoria miſſilium primò procella duodeuiginti myoparonibus fugatis; ſecundò ſolis liliorum inſignibus, occupatis nauibus, vacuis licèt, quas pelago diffiſi reliquerant barbari, vt victoris iram effugerent: incendio donata prætoria naui, quæ bellicis tormentis, ac lecto milite inſtructa, & prævalidi myoparonis ſubſidio ferox, quia ſub Golettæ cuſtodiæ irridebat Belfortium: Qui cælitùs in Maurorum miſſus exitium, vix Libyca appulit littora, quod primùs tellurem tenens, & commilitonibus auctor gallico cantu Africanos exterrère Leones, belli auſpicio *Bonæ ſpei* caput feliciter tenuit. Non minùs poterat, vel poſſe debuerat Ludouici Sancti, à quo paternam ſtirpem habuit; pijſſimi Godefredi, à quo maternam

XXXV.

Tutor eligitur Ludou XIV. à Ludou. XIII.

Ann. 1663.

nam duxit originem Sereniſſima propago, noſtro æuo auita renouatura prodigia. Latè patebant Africani campi, ſed Cretico in ſolo Romana fides petita, eò flagitabat auxiliatorem. Annuit Rex Chriſtianiſſimus, & quo afflictæ, ac laboranti Reipublicæ ſuccurreret de Borboniorum ſanguine benemeritæ, & vt regij ſanguinis exemplo Gallicam vrgeret nobilitatem, ferro, milite, auro ſelectam, & numeroſam claſſem Belfortio mandat; Alacer iſte Imperium ſuſcipit, Petri triregnum propugnaturus. Venti, Maria ſub vexillo dixiſſes Belfortij; Quùm enim à Tolonenſi portu non adhuc ſoluiſse blandirentur Turcæ, Cretenſem viſus eſt portum tenère. Ibi quietis neſcia martia indoles, nocturno prælio voluit experiri Fortunam. Iam territis hoſtibus, luſtrata acie, quã fidei, & gloriæ vindicem in hoſtes poſcentẽ deduci, Nemeſi victimas libaturã, ſibi polliceri palmas, pietatis erat. Faucbat hoſtis receptum cogitans. Tantis igitur auſpicijs, dum Luna medio ſtaret in axe, hoſtilia aggreditur caſtra, Turcarum trucidantur vigiles, & primis ſtationibus ſubmotis, barbarorũ terga Galli fortiter inſtant. Quum vel Fortunæ viciſſitudine, vel Iuſtitiæ Fato, quæ non harpagonibus noſtras diſcerpit triremes, vel cuniculis mœnia quatit, ſed noſtris labibus propugnacula diruit, & victorias clepit, pyrio puluere accenditur rogus, & furiarum facibus nitratus puluis inflamatus, Gallos tot flammis, & cuniculis inopinatò petitos ſiſtit, & adeptam victoriam quaſi Mundi gloriam redargueret tran- XXXVI.



ſeuntem, abſorbet. Cognouit Fortiſſimus belloque peritiſſimus Belfortius caſum, & forte fortunam, ſed militem noctis tenebris, flamarumque terrore perculſum retinère haud valens; quid egit inuictiſſimus Heros, vt ſui periculo, publicæ conſuleret ſaluti, & Ducis cruore milites redimeret? Rediuiuus Curtius regia victima inferos ſaturauit; hoſtili nè periret ferro, ſed ſuos ad vindictam excitaret, ſemetipſe coniecit in flammas. Irreprehenſibilis vndiquè, & vnico carpendus gloriæ crimine, quod morti occurrerit nimium auidus immortalitatis. Heroum hæc ſunt vitia, ſi vitium, gloriam ſuæ præferre ſaluti reſonat, Catharinus ille Regia Corneliorum gente prognatus, quæ cum Cypriam plagam in re fami-

XXXVII. *Andrea Cretensi Duce.*

familiari potuisset habere, publicè possideri malens, Venetã ditauit Rempublicã. Barbaro pressa bello Cydonia, cũ à patre verito exitiũ filij, negaretur ferre suppetias, retulit cõstans: *Malo gloriam, quàm vitã. Cretã non cõmendauit Respublica in delitijs, sed in periculis. Patri nõ pareo, vt Patriæ pareã;* & densatã protinùs hostiũ irrumpens classem, lectò bellatore, ouans appullit; vbi milite aut ægro, aut extincto, coacti Duces deditionem pacisci, ratã firmaret Cornelio offerunt? At ille exerto ense, horrisona voce detonuit *Corneliorũ cũ sit Cornu geminare Leoni, deditionem haud inseram, sed incidã.* Dalmatiæ posteà Præfectus; & ab ingruenti Turcarũ ferro seruatas Prouincias, Cretã expeditus vbi Othomanus ProRex decreuerat totã Turcarum ludere Maiestatem S. Andreæ propugnaculo præfectus, tanto ardore, fortitudine, & solertia obstitit, vt ab inauditis præliãdi artibus Cornelij gladio, & Imperio seruatam Cretam, non bis Senatus acceperit. Præcipuè quũ immani rupe perfossa, quę indomito freta sinu, *Ara* dicebatur *impossibilitatis* ipse constãtior omniũ, operi (quod tẽtari mãdat) præeundo, muneribus trahẽdo, de montibus triũphauit; nõ aceto excisis, vt quondàm ab Annibale perruptæ Alpes, sed auro, & Cornelij sudoribus: tãta hostiũ cęde, vt illo in Vesuuio ruinæ ipsę perierint. Vno igitur obstãte Cornelio, in quo ceù Troiano Palladio Fata sua Vrbs col-

XXXVIII. *Annuit Regnum Cypri Reipublicę Venetorum à Catharina Cornelia donatum.*

Ex iuratis epist. Marchionis Mombruni.

In quo cũ staret Troiana Sors, missus est Vlisses, vt surriperet; eoq; surrepto Troia Graij potiuntur. Hoc annuit Fat. catena desuper cadens, quà Creta, Cornelius sub Palladij spetie, iunguntur, & Fata.



Bbb loca-

locauerat aduersùs eũ cõsilia tulerũt, & arma. Qũ Barbaris inclinante Fortuna, ferreo ictus orbe, Orbi est sublatus Catholico, vt vno in Cornelio vrbs caderet, in vrbe regnum, & Orbis in regno. Cum moreretur, vt soli Patriæ vixisse lateret neminem: *Vestræ* (inquit) *fidei Commilitones comendo*: quid? domesticas gazas, quas in castris cõsumpserat? vel fratres? absit, *propugnaculum!* Sic accidit (aiebat Hieronymus Fuscarènus) cũ illis mãdatur regimen, quibus Patria mater est, nõ nouerca; & populus non annuali tãtùm cõmittitur munere, sed familia rectoris, & Respublica, mutuo subleuantur officio.

Maris Venetus Imperator.

XXXIX. Non vna functus Præturà Vtinensibus cum præesset, vbi ministrorũ fœnus pecudes non totonderat, sed excoriauerat, vt Patrem agnoscerent, qui subditos diligebat vt filios, vectigalia iniuria exacta, nouo iure restituit.

LX. Dalmatiæ Posteà tertium iam annũ non minùs Turcarum ferro, quàm lue laboranti, Conquisitor delectus, cum inter ciues haud esset, qui labanti Prouinciæ succurreret, clamans ipse Patriæ non delitias, sed pericula Patritijs demandari, & publica anteferenda priuatis, affinium spreto consilio, octogenariæ matris haud lacrymis exarmatus, vxoris non irretitus illecebris, liberorũ nõ deturbatus affectu, accurrẽs ita fatur. *Ex nobilitatis charactère* (Serenisſ: Princeps) *onus agnoscens, quo Dijs, et Patriæ tantũ debeo, quantũ possum; haud ære periculũ redimam; Prouinciã mihi demandatã licèt peste, ferroq; petitã libens suscipio, vt nati mei; ex paterno discãt elogio, quã dulce sit prò Patria mori. Et vt necessitatis fiat illa mors, quæ voluntariè*



oppetitur, Barbaro vrgẽte bello, mille ducatorum annuã offero pensionẽ, nè mihi libertas in posterùm pœnitendi; & facultas desit reuocandi. Pergo, & quo velocior, aureis Sarcinis exoneror. Solus

Leo

Leo in ſinu ſupereſt, alatus ſi eſt, volabo ſuper pẽnas ventorum. Volauit equidèm, quinto enim die Iaderam appulſus, irrumpentes hoſtes ferro remiſit, tumultuantem militem proprio ære placauit; ſupellectilibus etiam oblatis, vt pro Republica, familia ſtaret in pignore. Hiſce gradibus totius Prouinciç, claſſis tãdem ſummus Imperator delectus, quanta potuit publico ęrario fide conſuluit; & ſolo contentus

Qui ad octogẽteſimã aſcẽderat partem. fœnore gloriæ, Collybum, quo ſtrategi iure ducebant ditare marſupium, Reipublicæ decre-

XLI. uit debitum. Exinde in Turcas egreſsus, conflictibus triumphos numerauit, & inter ipſos triumphos filios exuit, vt Patriam hoſtilibus ſpolijs indueret: Sic gemmarum collyria annuunt, quæ in filij propinat poculo, vndè & ex lateris vulnere maria exuberant; quà Veneta circumnauigat ouans Reſpublica.

XLII. 7 Dux non ſua, ſed hoſtili in plaga bellum

Plutar. in Scip. geret, Romanorum exemplo, quùm in Africã misère Scipionem ad inferendum ex pro-

XLIII. pinquo Carthaginenſibus bellum, qua ſola via ſuperari Pœnos, & Annibalem reuocari ex Italia poſſe, cætera vt vana illis fuère conſilia, & nobis (Conſcripti Patres) aiebat terror ille Turcarum Lazarus Mocenicus. [a] Annibalis æmulus Turcarum euerſurus Imperium, in manu Patris iuraſſe creditur: hoc ſolo diſcrimine, quòd bonis auibus: & ni inuido Fato, intempeſtiuè ſublatus, Venetus Leo Tenedos rugiret. Volo Præfecti Antonij Bernardi vexilla ſequens, morbo Hieræ laborante Bernardo, tanto plauſu onus Præfecturæ geſſit, vt trierarchus deligeretur, indè nauarchus, vt exindè per ignem, [b] & aquã quinquerarchus in aquis Nixiæ ab Othomanorum prætoria cum tribus quinqueremibus petitus, ſola ſua quinqueremi Veneto Leoni victoriæ reſerauerit valuas. Brachij vulnus, & digiti amiſſio, non tàm ſtrenui Ducis, quàm militis fuit teſtimonium. Nauium Præfectus iuſſus Dardana claudere; duodecim ſolummodò nauibus, ſex triremibus, & quinque remibus duabus, catenauit maria, licèt Turcarum irriſu. Sed in luctũ cithara verſa, claſſem 70. inſtructam triremibus; 8. quinqueremibus, 12. noſtratis nauibus, 45. biremibus præter auxilia-

a Io: mari Præfecti filius, & Antonij ForiIulij terreſtris Imperatoris nepos, Eques, & D. Marci annorum XXXIII. Procurator.

b Eiusnauis incẽdio perit. Ipſe verò in mari cecidit. Ann. 1651. die 26. Iunij.

Ann. 5. 1655.

ria barbarorum nauigia, totam cremari in cõſpectu Byzantij Turca vidit irreuocabili Fato. Gratiſſima Patria, vt partem beneficij ſolueret, conſiliarij redèmit purpura: ſed mallens ſagum, quàm togam, quùm traheretur principari in aula, vt Volo voluit deſeruire in bello. Maris ſummam agebat Marcellus, à quo roſtratà naui, quam ipſe Mocenicus barbaris eripuerat, donatus, Xerſe glorioſior vnà ſolà naui claudens Heleſponti fauces, videbatur calcare maria, & nauigare terras. Diù expectatam Turcarum claſsem, exeuntem tandèm primus omnium aggreditur, timore perculsã inſequitur, inſiſtentem vincit, dimicantem conterit: ſolis 14. elapſis nauibus, ex 90. quæ diſſipatæ, demerſæ, vel captæ Venetam Rempublicã maris inſonuère Dominam. Sed Mars, qui Lazari centurio pugnauerat, ipſius oculum exègit in ſtipendium. Nauis, quæ victoriæ omen fuerat, incẽdio abſumitur, alium *1657. 3. Maij.*
forſan dedignata hominem ferre. Maritimæ rei tandèm Imperator delectus poſt Ægei inſulas, ferro legeque perdomitas; piraticas barbarorũ naues adhuc vincere neſcias, occurrens ſola triremium claſſe, vento noſtris nauibus aduerſo, ſeptem perdomuit roſtratas, fugatis reliquis, piratarum capite fidei perduelle, captiuo. Tanto nuntio læta Patria, trabea Procuratoria, quam ſuo haud muricis ſanguine tinxerat. Interim plaudente Patria horriſono bombo pulſabat Lazarus inſulam vulgò *Souazich* appellatam, quò hoſtium naues *1657. 18. Maij.*
confugerant. Sed à Lazaro licèt monoculo detectæ, dimidio Sole vnà cum arce ciuitate, & opimis ſpolijs Venetis cedunt in triumphũ. Ad Abydi tandèm regreſſus fauces, anniuerſariam de Turcis victoriam retulit, magnam quidèm ſed ex parte miſeram; nam triremis ſuæ pyrio accenſo puluere, tormenti ictu ex arce vicina petitæ inuictus conflagrauit heroas, infauſtis illis ignibus tantæ victoriæ malè prælucentibus ei, qui ſui mucronis fulgore ceù luminare maius terra, marique coruſcãs, reliquis opertis aſtris ſolo nomine hoſtes fugaret, claſſem regeret, vectigalia exigeret, quibus abſque Reipublicæ detrimento, hoſtili ære militem ditaret, vndè in hieroglyphico Turcica moneta Chriſtianis militibus vides ſtipendia ſolui; Lazarum verò ſacro illo Apo-

XLIV.



calypsis symbolo pedum columnis terra, marique potiri, & barbaros Oriẽtis accolas hipp-
poperare sarcinas de noua iã sede cogitantes.
8 Dux sit præsẽs. Tumultuãtes legiones, ceù
rubore suffusę, nõ nisi deiectis in terram ocu-
Tacit. An. 1. §. 34. lis, obuiauere Germanico. *Diuus Iulius* (aie-
XLV. bat idem Germanicus) *seditionem exercitus*
verbo vno compescuit, Quirites *vocando, qui*
§. 42. *Sacramentum eius detrectabant: Diuus Augustus*
vultu, & aspectu Actiacas legiones exterruit.
Sacra necte profanis, & Apocalypsis intuere
Apoc. 4. regia illa animalia, *quæ in medio sedis, & in*
circuitu plena oculis antè, & retrò excubabant
in throno, sed vnde *in medio*, si *in circuitu*? non-
nè Diuinitatis immensitas est attributum, quę
Gregor. 2. Mor. 8. intrà omnia, extrà omnia, supèr omnia, infra
XLVI. omnia? Sursùm regens, deorsùm continens:
extrà circundans, interiùs penetrans. Quomodò ergò creaturæ indulget Ioannes, in medio sedis, & in circuitu degere? Suo Iano soluit Antiquitas, quùm bifrontem egit, & centoculum Argum, vt eodem tempore Princeps Orientem sui regiminis respiceret, & Occasum. *Ego sum* Dux cum insonat, retrorsùm perduelles cadunt, velutì cum vrgẽte Sole fugiunt nimbi. Venetis Ionij Maris insulis
præerat Andreas ille Valerius, qui post pera- XLVII.
gratam Europam, tribus nauibus (vna quarũ
sub Thoma Mauroceno, altera Thoma Con-
tareno) innumerabilem Turcarum deletam 1646. die 16. Febr.
classem: Sebenicum Barbarorum obsidione solutum; cuiusque Sapientum Ordinis redimitus purpuris haud Romanorum clauis, sed Venetorum laticlauijs numeratos annos: Rãs-

pi Præ-

pi Prætor, & Salinarum Inquiſitor delectus, ſapientiæ ſale, ſalis gazas remiſſas: Cephalenem cum appuliſſet, vbi ſeptem millia exulũ graſſabantur, prò vectigalium immunitate exilio quæſito, armis indomitos ſola duxit domare præſentia Ducis. Tercentis tantummodò ſtipatus militibus, proximus in perduelles mouit, cuius maieſtate perterriti, & ſi foſſa, & murò ſecuri obſequentes. Exindè ciuibus ad concionem vocatis in filium armat Patrem. *Sola* (inquit) *innocentia fretus, Cephalenis teneo tribunal, Venetæ Reipublicæ fideliſſimi ſubditi. Paternum illud Reipublicæ regimẽ ſecura offert comitia, quod domeſticas expoliauit arces, vt veſtra longinqua licèt, muniret litora, Diſtantia amorem protraxit, non extinxit. Solum veſtrum licèt barbaris piratarũ incurſionibus expoſitum hoſtilem irridet vomerem. Rugit Leo circuens lupos, quos deuoret: & ſi quid agendum omiſerit, Orbem prouoco. Exhauriuit gazas, quibus centena paraſſet regna, vt Creticum murum vobis ſuſtineret ruentem. Maria non bis Veneto purpurata ſanguine diſperſas Othomanorũ claſſes reſpuère veſtras in oras. Hiſce præpoſitus, non ſine vitæ diſcrimine appuli, & redeunti hæc erit gloria, non vinearum fructus, nec mulierum temeraſſe thoros. Vitã, & diuitias tuli, vt iuſti cognomen referrem. Si quempiam veſtrum ſum calumniatus aduersùm me contendite coram Deo, coram Senatu. Vt mihi Iacob vox fuit, manus aberunt Eſau. Nec me placabunt munera, ſed innocentia. Vos interim in Principem, Pro-*

Nè vectigalia ſoluerent, exilium voluntariè ſubibant.

XLVIII. *Dux militem nõ increpet niſi auro innocens.*



uinćias,

uincias, Populos, regna libertatem fortunam ludentem, vt à Barbarorum tyrannide seruet incolumes, quid moliendo rependite? quid vobis inausum, atque intentatũ? hoc vnum; hostilia expandere vexilla. Exilij larua septem millia vestrũm proditionem occulunt. Proscriptio namquè morti prælata quondàm, facta quasi venalis, dolosè perquiritur, vt delictorum pondere prægrauati, à vectigalibus reddantur immunes. Sed vndè vos latet, virginum stupris, matronarum contubernijs, bonorum raptu, vindictæ libidine, innocentiæ sanguine proscriptionem plaudi? Potentior olim erat, qui melior, nunc qui scelestior. Maiores vestri quorum fides stetit prò mœnibus nonnè execrarentur perfidiam, si viuerent? nec tam proscriptos, quàm innocuos insimularent, quorum clypeo, grassatores tecti viarum, & homicidæ ius sceleri canunt? Manes vestrum vindicate sanguinem: Dij, aras instaurate Iustitiæ, et vos commilitones imbuite gloriã, Patriæ cedat Pater; & si Reipublicæ insulam dicitis obsequiũ Præfecto profitemini; diuidite turbidos, distringite gladios, quos si iustitiæ apprehendatis, clausis oculis, fraterno, vel amico in sanguine manus consecrate. Supplices ad hæc, & vera exprobrari fatentes, quinque supra tercentos, cum essent in comitijs, quatuor supra tercenta propitia suffragia retulit, vt cõsanguineorum manu noxij punirentur. Tali gladio viginti iam annos tumultuantem insulam vno pacauit die. Similia autument quorum in manu (vt in Vale-
Apocal. rij hieroglyphico vides) sunt stellæ idest innocentia; tunc enim gladius in ore, cum stellæ in manu. Eorum dentes arma, & lingua eo-
XLIX. rum gladius erit acutus; nisi tamèn in camo genteo, & aureo freno maxillas populorum constringant.

9 Hisce dotibus (quas in vno coalescere ar-
L. duum duco) erudito ministro ex præteritis annalibus quale præmium? Sub iudice adhuc, & rotà voluetur instabili. Inuidus non gratus homo assentietur insimulanti, & insimulabit redemptorem, vel nè benemerenti agnoscatur inferior, vel nè superiorem patiatur, cui quondàm æqualis. Resonant adhuc Sciones illi, qui in Patria tumulum dedignantes, famæ buccina ex busto Patriam querentes ingratam, epitaphij compendio, *Ingrata Patria non habebis ossa mea.* Capitolij triumphos exigunt in sepulcro. Nisi Ingratitudinis labe Patriam dicas immunem, quia paucorum ostracismo, omnium libertati Ioan. 11. n. 48.
veteres consuluisse. Nec Caiphas redarguentis Hebræos quærentes aduersùs Iesum: *quid facimus, quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic, venient Romani, tollent nostrum locum, & gentem?* illud commentum fuit: *Vos nescitis quidquam, nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus homo moriatur pro populo, nè tota gens pereat.* Nam longè antè Caiphas anathema hoc haud execrati Romani, vsquè dùm hostem, & perduellem Patriæ vidère Cæsarem, qui pro Romanorum Luca. 4.
pugnauerat libertate: *Nemo Propheta acceptus* n. 24.
est in Patria sua. Infelix Heroum sors, quæ nonnisi inclinata surgat; eorumque gloria sit virtutis vmbra, quæ solummodò corpora comitetur. Desine homo tuos vrgère successus, qui vel inuidiæ aquilone arescunt, vel flamarum liuore cremantur. Ridet Orbis, sed lacrymatur Cælũ, & si Prouidentiæ licèret (vt possibile) hominũ arbitrio dominari, vel plauderemus merenti, vel irrideremus mereri. At cũ mortis vitæquè claues nobis tradere Deo placuerit semel, incœptum sequendo cursum, nostros miseratus errores, astrorum characteribus annuit super scalam Iacob ascẽdere homines, cum descendunt angeli ad mensuram humanam, quæ in loco iudicij impietatem reponit, & in loco iustitiæ iniquitatem. *Con-* Ecclesiastes. 3. n.
templatus omnes labores hominum, & industrias 16.
animaduerti patère inuidiæ proximi: & in hoc c. 4. n. 4.
ergo vanitas, & cura superflua. Præteritorum haud supputabo casus, quod ego ipse referã, vidi, & vidimus omnes. Trinam seculo nostro obsidionem fama tulit: Rupellæ, Osten-
dæ, Cretæ. Obsidionis tempus, & aggresso- LI.
rem si pendas, Cretica adeò superabundat, vt posteritati veluti de Pliniana hæsitandum foret historia, ni totius Orbis votum probaret tantum minimè fuisse antiquitati spectaculũ. Quinque lustris ciuit lacrymabile bellum. Turcis aduersa omnia Iouem præter. Ab Adriaco vsquè ad Hellesponti fauces, Veneti domini maris, in medio aquarum visi sunt firmamenta tenère. Pro toga sago induta Respublica, videbatur sedendo vincere, qui ferè totum vicerat Orbem. Et licèt Draco iste e Cælo Catholico tertiam stellarum traxisset partem (Iouis obstabat Patria, in medio

mari sita ad orbis dominium) nè barbara Luna totũ implèret orbẽ. Duos & viginti iã eluserat obsidionis annos, quũ 1667. asperatur furor,
LII. & propudiũ luere Othomanorum ProRex aggrediẽs, acie 60000. valida Cretã euersurus irrũpit. Rex ipse in maritimis Græciæ oris degens, vt subsidia vrgèret vicinior, & propiori Maiestatis aflatu Duces prouocet audaciores. Asistebat & mater incãtionibꝰ celebris pythonissa. Filius Astrologia iudiciaria peritus, nõ minùs Turcis, ac Nabathæis, & Persis (quia eorũ callèret idiomata) charus, nõ sola libidine gloriæ, sed vitæ diffidẽtia si arma incassùm ageret, coãctus Acheronta mouère, noua bellorũ facie, inaudito oppugnationis genere, nõ milite, sed fossore, à stygijs euocando grandines, sulfura, lapides, globulos, qui in sublime excussi exindè recadẽtes in Vrbẽ, & horrisono tonitru disrupti, miserrima internecione, non solos homines, sed elementa proscindunt. Cuniculi exindè, ac subterraneæ concamerationes, & putei pyrio puluere ardẽtes, tota cũ Insula nutãt, vel natãt in mari. XVIII. oppugnacula, (quorũ cãpestria tormẽta summi põderis euomẽtia pilas, Babylonicos ipsos quassassent muros) petebant arces. Venetorũ, ex aduerso, summam agebat Franciscus Maurocenus, quẽ natalia, longęuus armorum vsus, & Turcarum laudant victoriæ. Vrbs forti munita præsidio, milites ditiori donati stipẽdio, Maurocena vigilãtia, quæ magis metuens viuere si vinceretur, quã mori victrix, vbiq; tota in toto, obsequio æmulabatur Imperium, Turcarum elùsit machinamenta. Vos testes appello, honorarij milites, Fidei defensores, robur militiæ, Gallicæ nobilitatis lilia, Cretã solius gloriæ illecti
LIII. congiario, an Mauroceni nomine Turcarum territa aufugerit classis? & honorario milite remeante, sed hybernãte hoste, soli Mauroceno belli põdus ingruerit. Hoc anno, cuniculis 388. seu furnulis incensis à propugnatoribus. Subterranei accidunt cõflictus 18. irruptiones 26. officiales ex nostris 400. cadunt (inter quos Stator Generalis) milites. 3249. Remiges, & fossores 600. Honorarij. 180. Inutiles. 339. Ab aggressoribus incẽdũtur furnuli. 223 Eorũdẽ aggressiones 19. Cadũt milites 15500. Fossores, & honorarij 5300. Officiales [a] 2000

a Inter quos tres Bassà.

Anno S. 1668. Terra, mariq; Barbari impetum renouantes, nocturno conflictu cruento vndiq; profligantur. Poterat Maurocenus, vel effugere, vel subrogare, quum in septem Reipublicæ triremes, Turcarum duodecim nauigare, prænosceret: renuit, & gregarij militis pari sorte cõtentus, nocturnàm pugnã aggreditur. Quinq; triremes Barbarorũ captæ (quarũ tres Mauroceno gladio) reliquæ submersæ, & fugatæ. Tres Bei desiderãtur, & Christiana LIV.
mancipia. 113. Turcarũ milites. 1300. Captiui Bei tres, milites. 410. Christiana mancipia 1100. manumittũtur, vt libero stipendio nauticam agerent. Ex nostris tres Patricij desiderãtur: quamplurimi officiales. Milites 210. Remiges 120. Saucij vltrà Patricios quãplurimi, milites 500. Remiges. 325. Hæc in mari. Nec Turcæ feliciores in solo, licèt 21500. subsidio superbi 58. æneis tormẽtis vltra ballistas, diù, noctuq; nostras peterent arces. Nã Maurocenus ex classe ad castra euocatus, solertèr prouidens, fortitèr pugnas, nec longè vt sub furnuli periret cęmẽtis, incensis furnulis 292. subterraneis cõflictibus. 20. egressionibus. 47. Turcarum impetu duodecim vicibus presso, gloriosè triumphat, desideratis hoc anno Patricijs octo. Officialibus 600. (Inter quos Stator Generalis; quamplurimi Comites, & Tribuni) [a] Militibus 5340. Inualidis. 600. Ex Turcis cadunt milites 23200. Magnatũ. 17. Inualidi. 6600. incensis furnulis. 154. Non prætereundi toto orbe celeberrimi Galli: Honorarij venère Dux Roanesius de la Feuillade, Comes à Sãcto Paulo, alijque Heroes gloria ęquidèm cogniti, qui numero 400. vnà cum 60. Hierosolymitanis equitibus, eorũq; LV.
agmine. Allobrogibus. 50. Cretensibus 70. protinùs congredientes, mille Turcarum cæsis, desideratis ex nostris honorarijs 80. Allobrogibus, & Cretensibus 30. regrediuntur.

12000. instructas militum.

14. Augusti.

a Officialiũ nomine vsque ad signiferos descendendo.

Anno 1669. noua expeditione 20000. obsidentium augetur numerus: propugnantiũ verò 2600. peditum; equorum 800. pro Gallorũ turmis, vltra auxiliarios Christianissimi Regis 7400. sub Imperio Ducis Naualliæ, & gloriosissimi Francisci Vindocinensis Ducis Belfortij, qui nocte 24. Iunij, forti quidem egressi animo, infelici tamèn regrediuntur successu. Altercãtes Fortuna, & virtus hæc vt Creticũ seruaret Regnũ, illa vt perderet; Fortuna vicit. Quũ enim territi Thraces receptui LVI.
canerent, nitratus puluis casu, vel furiarũ facibus inflamatus, latet (neminẽ tamẽ fugiũt Visirij, & matris Pithonissę pręstigia) Frãcos cunicu-

niculorũ ſuſpicione perculſos ſiſtit, & in vno
Belfortij mors. Belfortio totius exercitus opprimit fortitudi-
LVII. nem. Quid inde? fortuitò Gallico mioparone
cremato, nec flammarũ immuni regia triremi,
a Cũ Legato Pontificis Rospilioso. Die 21. Augusti. videntes nõ barbarorũ armis, ſed Chriſtianorum ſacrilegijs turmas peti, & Cęli vindices
Thraces delectos, auxiliares copiæ, [a] recedunt, omniũ Generaliũ, Ducum comitijs Vr-
LVIII. bis deſẽſione improbata, quaſi Fato [b] periret.
b Vt iam prę-luderat Michael Nostr'-adamus. Centur. 4. n. 1. Me tamẽ haud credas inanam diligere sciẽtiam.
Cela du teste de sang non espandu,
Venise quiert secours estre donnè
Apres auoir bien long temps attendu
Citè liurèe au premier corn. sonnè.
Sic deſtitutã ferociſſimo impetu, & quaſi ouãtes aggrediũtur Thraces, ſed propugnãtiũ deſperatione repulſi, dũ maiora moliuntur 827.
peditũ nouo pręſidio (quorũ ductor, [c] Turcarũ
c Dux Mirandulanus. apparatu territus, cõtentus Cretica vidiſſe littora, calcare non auſus, protinùs regreditur)
LIX. ſpes defenſionis reſurgit. Sed obſtrepentibus
Melitẽſiũ Duce, [d] & poſt ipsũ Tuliſurgẽſibus, *d Turriano.*
cæteriſq; honorarijs, Principũ ſuorũ mandata
exponẽtibus vt recederẽt, in comitijs generalibus nemine reclamãte, deditio [e] cõcluditur.
Quid poterat Maurocenus, dũ ſola Omnipotẽ- *e Die 25. & 27. Augusti.*
tiæ manu ſeruandam vrbẽ reſonat Orbis? & ſi
fruſtrà vigilat, qui cuſtodit ciuitatẽ, niſi Dominus cuſtodierit, quid poteſt homo cum pugnat Deus? glorioſæ pacis, & Othomanorum
grãdi Imperio dedecoræ, ſaluis Reipublicę in- LX.
ſulis, captis arcibus, ære remiſſo, in ipſoq; regno permiſſis iuribus, & fortalitijs, mutua hinc
inde trãſactione eorũ, quę Turcę occuparũt in
Cretico ſolo, Veneti verò in Dalmatiæ, Croatiæ, Albanię, & Æpyri, fama Catholicum cum
volitaret per Orbem, irridebatur vt mendax,
quia tàm proſpera, & repentina. Abſit Hiſpanicæ Pontificiæquè ditioni, ſi in ore gladij
cecidiſſet Creta. Solimani augurio Maurocena, obſtitit vigilantia, quod ſibi in hierogly- LXI.



phico trium lampadarũ erexit ardẽtium, ideſt tertiæ Orbis partis, quam ſub dominio tenebat; ſpe accendendi, ideſt occupandi & quartã ſub lẽmate, *Allah verrè. Deus dabit;* Mauroceni tamẽ obiurgatione retuſo, *Allah Vermes. Deus non dabit.* Dextera verò in Leonis aperto a codice, ſtylo exarat ferreo, iura deſperatæ pacis, Turcarum inſonante ProRege. *Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis,* gratitudinis ergo dum Orbis reſonat, in Patriam remeat; deſideratis hoc anno, Equite Catharino Cornelio Veneto Imperatore; Patricijs duobus; Comite Valdechio Tuliſurgenſium Prçfecto, & Hetruſcorum Ductore Piſtolotio: quãplurimis Tribunis, Chiliarchis, & ſigniferis. Militib. 8167. Chriſtianiſſimi Regis militibus, & honorarijs 2000. Foſſoribus, & remigibus 2706. Eruptiones 17. Subterranei cõflictus 7. Impetus pulſi Turcarum 16. Incenſis furnulis, & cuniculis 482. Tormentis æneis ſubtus terram ſepultis pyrio tumidis 287. Ex Turcis periẽre Ahrnedus Ianizerorum Agà; Caramaniæ Baſſa: Milites, numeratis honorarijs, & foſſoribus. 31300. Fœdera dùm agerẽtur, in hoſtilibus caſtris degebãt validi milites 24600. collectitijs ad numeratis. Intra muros arma gerebãt 3500. incẽſis furnulis 134. toto triennio furnuli aggreſſorũ 450. Propugnatiũ furnuli 1661. Aggreſſiones repulſæ 50. Subterranei conflictus 47. Eruptiones 90. Turcarũ vltra Prçfectos, milites deſiderãtur 70000.

a *quod ſolùm in pace obtigit.*

LXII. Honorarij, foſſores, captiui, & Cretẽſes 38000 Propugnãtium numeratis foſſoribus, & remigibus 26000. & 88. deſiderantur. Cunctis gẽtibus deſiderata, ſed deſperata pax, ſi Dauidis conſonat harmonia, *Iuſtitia, & pax deoſculatæ ſunt*, quali iuſtitia rependitur? Reſpublica, quæ Romanis non ſola grandior ætate, ſed iuſtitia præit, haud ingrata ciuibus, filiali obſequio matri ſuæ quidquid poſſunt profitentibus, & ipſa paterna dilectione quidquid habens, rependens, grata ſuperbit abſuiſſe Scipiones, qui conciuium liuore, vel craſſa ſeueritate preſſi, Patriam inſimularentur ingratã.

LXIII. *Quod in ſua ephemeridi præmiſerat.* Tertio Kal. Octob. Antonij Carneualij vaticinium impletur. *Domenica a 28. Settembre; onde viene intimato il principal miniſtro à render con-*
LXIV. *to, e con ſi rigoroſo compoſto, che voglia la ſua ſorte nõ troui impicci faſtidioſi.* In Comitijs Generalibus ab anno firmatæ pacis, interroganti Conſuli ciuitatis iure donari Cretẽſi pugna promeritũ, Antonius obſtitit Corrarius, quid quæreret? *conticuère omnes, intentiq; ora tenebãt.*

LXV. Populari oratione, iudiciali genere Maurocenũ carpit, & cõtra Patrias leges Procuratoria redimitum purpura accuſat merito, & ordine. Merito, quia regni pretio pacẽ paraſſet; Ordine quià non duplicatis votorũ calculis, primo ſcilicèt de augẽdo pro vna vice tantũ numero Procuratorũ; altero de cooptanda tali perſona in numerum Procuratorũ. Exagerauit multa pro legum obſeruantia, ad inquiſitionem tandèm prouocando, quæ ſi in Beatorum canonizatione contingit, & cum ſola delicti vrget ſuſpicio, quanto magis in publica cauſa, priſtino foret exercenda rigore. Arriſit conuentus, & iuſtẽpetẽti ciuitatem denegando, indirectè mandauit inquiri. Inquiſitorem Senatus protinùs deligit, ſed à Comitijs Generalibus inuito Senatu Aduocator Cõmunis vocatus Corrarius, electionem Inquiſitoris à Senatu factam vnà, & Mauroceni in Procuratorẽ ad ſuprema Comitia prouocat 4. Kal. Nouembris. Poſteà die 23. Nouemb. mane indictis Comitijs, denuò ſimilia peroranti Corrario, ſed ſolũ ordinẽ electionis culpanti Eques Io: Sagredus ſequentibus reſpondiſse fertur.

LXVI. Mortale quidèm infidum fragilibus remis impellere marmor, verberare fluctus, & curſum vento tenère; ſed non longè hoc paruo ſugeſtu in turbido mari, veſtrorum metere ſinus (Sereniſſime Princeps, Conſcripti Patres) At publicæ vtilitatis aſtro, cui Motor paret aquarum, quo felici rate non bis vela dedi profundo, & nunc ſecundo fluctu alta ſecabo. Regijs Comitijs morem, acceptæ purpu-
ræ grates perſoluere, Corrarius implet; ſed LXVII.
Gentilium ritu victimam libando, non pecudis, vt barborum, ſed innocentis Patritij, & de Republica benemeriti, barbarie, & ingra-
titudine vos contendit antiquitatem vince- LXVIII.
re. Aureo videtur tonàre ſermone, & demoſthenis gerere arma, ſed bis ſupra Demoſthenes ipſe ad gratiam concionatus, aureo in poculo propinauit venena. Corrarij facundia pretioſum videtur ſepulchrum lapillis fulgens, ſed cineribus plenum: duobus carpebat Corrarius Mauroceni purpurã, merito, & ordine, 28. Septembris. Nunc oblitus quod prçcedere natura exigit, iuris non ſeruati prætextu confugit ad ordinem. Mauroceni cur merita non recenſet? longa triginta annorum

ſerie victricia tractaſſe arma, Turcarumq; opima retuliſſe ſpolia? nocturnum cur ſubticère conflictum? Dicet Corrarius non laudare, ſed accuſare. In quo accuſas? peculatus forſan? abſit: Pecunia publica annonæ Præfectis, Cōquiſitoribus, Ducibus numerata, reddant ipſi rationem villicationis. In quo accuſat? Creticam deditionem? non ſolùm totius militiæ, Patritiorū, Commilitonum, Principum, Chiliarcarum, Præfectorum tantarum nationum eflagitantium pacem, nè Creta vi capta, Chriſtiana Ditio Barbaris languèret expoſita; Sed iura Senatus, quibus repetenti Mauroceno inter Cretica cęmenta pro Patria glorioſè occumbere, mandatur, cæterorum conſilio in arena conſilium capere, claſſe ſalua, Sanctorumque reliquijs. Quid igitur? ſi Comitiorum obſtet cōſilijs, glorioſam oppetens mortem, reum facis; ſi pacem præferat, accuſas. Quò ſe vertat, non datur, vndiquè anguſtiæ: nec moriendo inuidiam effugit. Si tot virorum conſilijs, imò præceptis iam perditæ vrbis glorioſam comparat pacem, cur ſolus aſcitur, & inter patritios, extraneoſque Præfectos, quibus improbatur defenſio, in ſolum Maurocenum inuehitur? Inuehitur quia viuit; nec demerita; ſed gloriam inuidia quatitur. Mauſoleo donarentur cineres, ſed quia Fata voluère ſuperſtitem, in Fata querimur. Horum cognitio Aduocatoris Communis cenſuram exigit: nec ego conſanguinitatis, vel beneficiorum neceſſitudine iunctus cenſuram vitupero, ſed laudo: Ad hanc prouoco Corrarij vigilantiam. Quod ſi obmuteſcit in merito, nec de corpore conſtat delicti; cur non ſeruati iuris prætextu perſequitur innocentem? *Innocentem, & iuſtum non damnabis*, naturæ lex eſt. Violat ipſe iura, qui legum gloriatur parens. Nemo cum duplici fungatur officio, quomodò idem Corrarius accuſator, teſtis, & iudex?
LXIX. ſolo iuris non ſeruati prætextu ciuē benemeritū Suprema hæc damnabunt Comitia, ſolo inſtigāte Corrario ab anno firmatæ pacis, & delictum, cuius tamen probationes debent eſſe luce meridiana clariores, pœna præcedat? Si pœna eſt menſura delicti, quale delictum veſtræ ſubijcit cenſuræ Sapientiſſimi Patres? Purpuram non duplicatis calculis Mauroceno collatam? Quid aliud? non vltra. Hoc dato, qui peccauit, ille qui dedit, vel qui recepit (Non qui recepit, claſſicum enim pro Patria canebat in caſtris. Qui dedit ergo. Teneant itaque auctorem ſuum delicta, & publici erroris innocens haud pœnam pendat. Demus violato iure collatam purpuram; accuſantem ſentio, defenſorem non video. Maurocenum Corrarius inſimulat, & priuſquàm audiat, condamnat. Cum vellet Dominus innocentiæ veſte Adamum exuere, ſontem licèt, prius euocat, *Adam vbi es?* aſtantem LXX.
interrogat, *cur comediſti*? excuſantem redarguit; ſilentem, & confitentem damnat. Et vos non Dij, ſed homines: nō reum, ſed inſontem, pro leuiſſima labe, (ſi ſic eſt) & aliena, inauditum damnabitis? Sodomorum clamor LXXI.
ad Cælū aſcenderat, & licèt oculis Æternæ Sapientiæ nuda ſint omnia, & aperta, Cælo vociferante, Angelorum de Sodomis querente Senatu, natura ipſa accuſante naturæ hoſtes, reſpondit Dominus velle teſtibus comprobare queſtus. *Deſcendam, & videbo*. Actores replicant, quia pœna non menſuraret culpam: Quomodo qui omnia cognoſcis in Verbo, à teſtibus ſciſcitaris notitiam? Erumpe Domine, in furore tuo argue naturæ inimicos? *Deſcendam, & videbo*. Viderat Dominus ſontes Sodomas, vidiſtis vos Maurocenum inſontem. Accuſabat ibi Angelorum Senatus, hic accuſator eſt homo. Iudices haud Dij eſtis, ſed homines; & homo maiora audet, quàm ipſe Deus? & ſi vos Dij terræ eſtis, & Dij excelſi omnes, cur Deorum non imitamini Deum. *Deſcendam, & videbo*. Deſcendite, & videte malignantes hebræos, cum aduersùs Chriſtum falſum quærerent teſtimo- LXXII.
nium, duxerunt eum ad Annam primùm, ad Caiphas, indè à Caipha ad Pilatum, vt acta peragerent: nec diuiſerunt veſtimenta eius, & ſuper veſtem ſortem miſerunt, priuſquàm crucifigerent. Quid Mauroceni inſimulat Corrarius? veſtem purpuream: de vita primùm cenſura exeat, & poſteà veſtimenta diuidat. Hiſce commoti Patres votorū pendētia, in futura Comitia diſtulère iudiciū: quibus noua Corrarij non obſtante concione, in- LXXIII.
tromiſſione reiecta, & Corrario obmuteſcēte, à Senatu inquiſitione facta, probatus eſt Maurocenus *manibus innocens*, licèt tanti regni iacturam dolens Reſpublica, ciuium non pepercerit innocentiæ, quam conciuium agitatam diſcrimine inclinare fas erat, vt ſurgeret.

F I N I S.

INDEX RERVM

P. notat paginam. N. numerum marginalem.

AAron in auricula vnctus. p.50.n.29.
Aaronis virga cur sola germinaret. p.274.n.6.
Abraham centum annis præcedebat filium tempore sacrificij. p.135.n.44. cur non antè Lothi captiuitatem vocaretur Hebræus. p.230.n.38.
Abialon qua arte tentaret regnum vsurpare. p.356.n.66.
Ab aquilone omne malum. p.41.n.10.
Adalgisus à Carolo à M. vincitur. p.46.n.57.
Adam cur astris non daret nomen. p.274.n.10. cur sibi non imponeret nomen. ib. cur vnus creatus? p.30.n 24.
Adam cur in Paradiso legi obstrictus? p.22.n.150.
Adamas lapidum princeps. p.30.n 14.
Adheleides vxor Ludouici Balbi Imper. eius effig.p.268.n.19.
Adorare vbique licebat.p.241.n.5.
Aduenas frequentare Reipublicæ non interest.p.87.n.19.
Adulatio,regnorum ruina. p.8.n.2. historicorum est. p.54.n.28.
Aduenarum nuptiæ prohibitæ, p.402.n.5.
Adulter quot testibus probaretur. p.235.n.12. suis nuptijs priuatur. p.245.n.41.
Ægyptij cur animalia adorarent.p.91,n.55.non puniebantur occisores filiorum,p.135.n.42.
Ætas quotuplex. p.344.n.7. aurea.p.4.n.26.
Æthiopes quomodò Regem imitarentur. p.23. n.171. album partum edentes. p.300.n.14
Æqualitas arithmetica,geometrica. p.172.n.19.iubilæo hebræo seruabatur. p.253.n.12.
Æmulantur Heroes ex fato.p.27.n.112.
Æmulationis timor vtilis.p.345.n.17.
Æternitatis dies p.2.n.4. idioma p.331.n.73. omnia præsentia. p.ib,n.76.
Agesilai morientis verba.p.113.n.31.religio.p.81.n.35.
Agraria lex.p.245.n.50.p.246.n.54. apud hebræos incontaminata.n.55.
Agrigenti nauis quid.p.328.n.39.
Agrippina mortem spernit,vt filius imperet.p.280.n.61.
Aistulphus Longob. Rex Ecclesiam aggreditur. p.45.n.31.p.45. num.46. ab apro occiditur.p.45. n.47.
Alaricus renuntiat Imperium.p.43.n.27.Romã capit.p.43.n.22.
Alaricus Gotthicus primus inuadit Italiam.p.41.n.11. à Stilicone vincitur.p.42.n.15.
Alcimus Macchabeos accusat. p.278.n.38.Pontificatum à Gentilibus emit.n.39.
Alcoranum non possunt Turcæ traducere.p.94.n.77.
Alexandri numerus militum. p.32.n.60.militaris celeritas.n.63. intemperantia.n.57. magnanimitas.n.60.audatia.p 372.n.31.
Alex.M.ebrietate vincitur. p.33. n.64. hirco comparatus. n.65. Regnum digniori legat. p.274. n.12. quia nothus gloriatur p.310.n.28. redarguitur vt latro. p.10.n.24. pardo comparatur.p.32.n.59.& 62. cũ Dario de primatu cõtendit. p.30.n.11.
Aloysius de Arros caput cooperire prætendit coram Rege Galliarum.p.130.n.27.
Alphonsi Regis Arragon. humilis clementia. p.254.n.122.
Amalecites Regicida Saulis punitur. p.18.n.112.
Ambrosius cur restiterit Theodosio.p.258.n.18.
Amor erga Patriam quantum arma iuuet.p.367.n.14.
Amor plus potest quàm timor. p.174.n.11.p.175.n.17.
Amsterdami auaritia.p.138.n.78. fæminæ inhonestæ vbi includantur? n.77.
Amurathes cur fratrem occiderit? p.141.n.20.
Anastasius Antipapa. p.158.n.16.
Andathirsi responsio ad Darium.p.21.n.142.
Andreæ Valerij libertas dicendi cum innocentia operandi;effig. hieroglyph.lib. 10.cap.3.n.47.
Angelus Angelo dominatur.p.4.n.25. de Paradiso parentes eiecit manu p.92.n.57. hominum tutor. p.15.n.89. eius creationem cur Moses subticuerit. p.242.n.10.
Angeli Corrarij prudentia, politia, effig. hieroglyph.p.359.n.79
Animalia ad Adam cur currerent? p.2.nu.8.ab Ægyptijs adorata,& cur?p.91.n.55.plena oculis in Apocal.quid?.p.350.n.44.
Annibalis cunctatio, Romanorum salus.370.n.24.
Antonij Grademonij effig.hieroglyph.symbola virtutis,idiomata.p.369.n.23.
Apes vnam sequuntur. p.30.num.21. Apum aculeus ad quid? p.179.n.54. aculeo Rex non vtitur. p.185.n.6.
Apollo cur clauo fixus.p.176.n.32. eius clementia.p.177.n.39.
Apostoli cur linguis dispertitis instructi.p.358.n.75.
Apostolatus,& Imperium fraternizant. p.29.n.1. aqua maledictionis p.250.n.77. Sanctè nunc abolita.n.78. p.314.n.14.
Aquila Imperialis quid significet.p.53.n.18.
Aquila armigera Iouis. p.53.n.19.
Aquila cur apud Romanos.p.52.n.22.& 22.
Aquilæ proprietates.p.53.n.21.
Aquila Imperialis cur biceps. p.53.n.23. non biceps, sed duæ simul..n.24.
Aquila filios fert in plurimis.p.174.n.4. cum olea,& fulmine insigne Imperij.p.186.n.14.plena vnguibus.p.276.n.32. filios quomodò legitimos cognoscat.p.314.n.18.volatilium regina. p.30.n.17. Senio non consumitur.n.36.
Aragisus Dux Beneuentanus subijcitur Carolo M.p.46.n.56.
Arbor fructifera in terra hostili non cædenda.p.255.n.131.
Arbitrij libertas,& decretum an pugnent? p.330.n.60. & 71.
Arcam adorant Philistæi.p.175.n.22. Dauid Gethæo renuntiat. n.22. in arca lupus mansuetus.p.182.n.12.
Areopagus, & Synedrion quando erectus.p.236.n.19.
Aristoteles vt mulus carpitur.p.302.n 9.
Armus quid sit. p.50.n.27.
Armorum literarumque connexio.p.369.n.22.
Arnulphus Imper. nothus fuit.p.295.n.4. Ducem Morauiæ Regem facit.n.6. Hungaris Europæ valuas aperuit.n.6. quando Imper.creatus,& à quibus.n.7.duos reges occidit.p.296.n.10. vocatus nepotum regnum vsurpare,renuit.n.11.& 15.24.Italiam Berengario restituit.n.12.Ambrosium Comitem Bergomi morti damnat. n.13. Romam capit.n.16. Lambertum fugat.n.17. veneno perimitur.n.18. pediculis vexatur. num.19. Normannos vicit.p.295.n.9.
Arnulphi Imper. moneta aurea. p.297.n.21. epitaphium n.22. vxores, filij. concubinæ.n.23. Iustitia, dominij moderamen. p.292.nu.1. effig.hierog. n.4. Zuedenbaldum Morauum Regẽ facit.p.295.n.5. quando & vbi creatus Imper.n.7.
Artaxerses 115. filios habuit.p.139.n.11.
Aser quid sibi velit? p. 187.n.23.
Asinus iniustè queritur vapulans.p.188.n.26.
Assyriaca Monarchia aureo capiti comparata. p.31.n.38. cur Babylonica, & Chaldaica vocata? p.30. n.33.
Assyriorum regiæ Babylon,& Niniues. ibid.
Auaritia magnatum.p.146.n.8.
Augustini error.p.229.n.26.
Augusti cognomen vndè. p.37.n.111.
Augustus quandò Cinnam punierit. p.178 n.43. cur Dominus vocari renueret? p.35.n.89. aram dicauit Christo. p35.n.91. quandò Remp. benè gerat.p.345.n.12.
Augustulus Imperij Romani finis.p.44.n.33.
Aula & templum cur vicina?p.241.n.4. figurata in probatica piscina.p.276.n.27.
Aulicorum scelera.p.261.n.1.
Aurelianensis puellæ fortitudo.p.366.n.13.
Aurum metallorum Princeps. p.30.n.14. Auri potentia. p.351. n.54. ex inhonesto honestum facit. ibid.
Austriæ Archidux vbi conueniatur? p.49.n.16.
BAcchus cur nudus pingatur p.351.n.52.
Baiazetes talione punitus.p.245.n.44.
Baptistæ Nanij concio pro decem Virali iure.p.172.n.16.
Baptistæ Nanij nepotis solertia, Hieroglyph.effig.p.351.n.48.
Belisarij ærumnæ.p.322.n.1.
Bellorum auctor Ninus.p.9 n.22.
Bellare cupidine regni,latrocinari est.p.10.n.23.& 25.
Bellum de regalibus est.p.26.n.195. incipiendinũ à Deorum supplicatione.p.80.n.18. non indicebat Senatus,ni Pontifex approbaret. p.92.n.29. p.81.n.36.
Bellicum ducem pingere togati non est.p.366.n.1.& 7.
Bellum solo gladio docemur.p.366.n.7.& 9.
Bello celeritas necessaria.p.370.n.24.
Belli tuba in manu Sacerdotis.p.82.n.37. ius in manu Dei. p.82. n.40. Dux non peregrinus. p.255.n.132.
Bellum gerendum in hostium domo. p.255.n.128. prius indicendum.n.129.
Beneuentum dicitur maleuentum.p.157. n.13.& 48.
Blasphemia prohibita.p.242.n.17.

Bohæmiæ Rex cuius iudicio ſubijciatur. p.49. n.15.
Bohæmia quando in regnum erecta? p.12.n 52.
Bononía capta à Ludouico.II. Imper.157.n.7. & 39.
Bouis furtum,eius pœna apud Iudæos, p.252.n.94.
Brutís multa cur interdicta.p.248.n.66.
Bruta pauperiem facientia quomodò puniantur. p.254.n.125.
Brutorum íura per Romanos.p.254.n.126.
Bulla aurea quandò exarata.p.49.n.9.
Byzantium noua Roma.p.33.n.67.p.47.n.5.
CÆſaris Ploueni carmina de Carol. M. p.56. de Ludouico Pio. p.95. de Lothario. p.115. Ludouico ſecundo. p.154. Carolo Caluo.p.180.
Cæſaris occiſores parricidæ dicti? p.1 39.n.4.
Cæſare occiſo,citò curia clauſa.n.5.
Cæſar quomodò catenauerit Romanam libertatem ? p.29.n.6. fugit legere Pompeij carmina. p.177.n.37. de fortuna ſecurus. p.325.n.20.
Cæſaris ſomnium matrem ſtuprantis.p.327 n.35.
Caietani error.p.229 n.3.
Cainus, & Romulus æquiparantur.p.8.n.18. puniri Caini interrerat.p.185.n.8.
Caligulæ impietas.p.36.n.106.p.83.n.53. pietas ib.
Cambyſes ſororem in vxorem ducit.21.n.159.
Cambyſis crudelitas.32.n.52.
Canem portare nefas.151.n.24. immolare nefas.n.17.non concedebatur Sum.Sacerdoti.n.18.
Canes inuaſores.243.n. 22. obſcæni.p.151.n. 16. crudeles.n. 23. fideles.n.20. immundi. p.243.n. 21.
Cantus Romanus Gallico præualet.62.n.25.p.73.n.57.
Caput arx Sapientiæ. p.31.n.39.
Carcerem priuatum nemo habeat.p.178.n.75.
Carcer aperitur ciuitatem ingrediente rege.p.176.n.35.
Carminiolam capite damnant Veneti.p.255.n.133.
Carol.M. coron. & ſepultus Aquiſgrani. p.50.n.33. gladio legem obſignabat. p.21.n.143. redemptor Italiæ.p.44. num.32. vindicat Eccleſiam à Longobardis p.45.n.40. Aragiſum Ducem Beneuentanum ſubijcit. p.46.n.56. Adalgiſum vincit. p.46.n.57. Romam pergit ad pacandos tumultus. p.46.n.59. Eligitur Imperator.p.46.n.61.
Carolo M. Papæ datur electio.p.52.n.3. ea tamen non vtitur. Carolus. p.54.n.5.
Caroli M. hieroglyphicum,effigies. p.55. n.1.p.57. pietas. p.24. n.180.pietas in pauperes.146.n.9.
Carolus M. armis,& literis orbem ſuſtinet. p.ibid.
Caroli M. ortum ſtella præit. p.59.nu.6. ſtudia.p.59. nu.7.p.68. n.47. ventos diuidit. p.59.n.8. quot monaſteria ciuitates, & Eccleſias erexerit. p.59.n.9.p.6. n.18.p.73. n.55.
Carolus M. Aquitaniam nouem diebus ſubijcit.p.59.n.10. Pōtici obuiat.p.45.n.44. Saxones vincit p.60.nu.11. de Deſiderio Rege triumphat.p.60.n.12. p.46.n.52.p 70.nu.50. in Longobardos mouet.à Vaſconibus vincitur. p.61.n.13. p.71.nu.51. Mauros vincit. p.61.n.14.Taſſilonem Bauarum in monaſterium detrudit. p.61. n.15. p.71.n.52. Britannos vincit. p.61. Auſtriacos. Friſios, Hungaros,Liuones,Bulgaros,Bohæmos Pannones,Hiſtros, Dalmat·s,Liburnos, n.16.p.59.n.8. p.61. n.17. p.72.n.53.
Carolo M. bellanti S·cti aſſiſtunt. p.62.n.18.
Carolus M. cur interdixerit Sacerdotibus arma p.366.n.4.
Carolus M. Leoni Pōtificatum recuperat.p.62.n.19.Pontificem iudicare renuit.p.62.n.20. Sepulchrum Chriſti liberat. n.21. Saxonibus tributa donat.n.22.
Carolo M.S.Sepulchri claues donantur ab Epiſcopo Bizantino. p.62.n.22.p.73.n.56.
Carol.M. Epiſcoporum iudicia vult inappellabilia. p.62.nu.24. Romano cantu mandat Gallos modulari. p.62.n.25.p.73.n.57.Sacram Scripturam mendis purgat.p.63 n.26.p.74.nu.58. Epiſcopos è caſtris mittit.p.63.n.28. à S.Iacobo illi promittitur ſalus.n.29. Imperator eligitur.n.30. haurit aquam de petra.p.63.n.31.p.74.n.61. milites morituros præuidit. p.63. n.32. ambit Imperium Orientale.p.63.n.33.p.74.n.62.
Caroli M.filiæ inhoneſtæ.p 64.n.34.p.75.n.63.
Carolo M. ſalus ab Angelo promittitur.p.64.n.35.p.75.n.64.
Carolus M. moritur.p.64.n.36. vbi & quomodò ſepultus.p.64. n.38. pauperes hæredes facit.p.64.n.37. Danubium iungere tentat cum Rheno.p.59.n.9.p.69.n.48.inter Sanctos refertur. 63.n.30.p.74.0.60.
Caroli M. fædus cum Romana Eccleſia.p.74.n.59.corporis forma.p.59.n.5.p.67.n.46. moneta aurea. p.67.n.43. vxores, earum effigies: concubinæ.p.65.n.42.
Caroli M. & Comilitonum inſignia.p.66.n.44. epitaphium.
Ad Carolum M. confugit Stephanus II. p.45.n.40.
Caroli V. error Lutherum non punire.p.89.n.31. hiſtoria deertantis viam. p.254.n.124.
Carol.V. cur timèret Bellaium Gallorum legatum.p.357.n.71.
Carol.V. Solimanus,& Franciſcus I. Æmuli.p.37.n.113.
Caroli Calui Imper. hieroglyph.p.192.n.1.
Carolus Caluus nepotibus regna vſurpat. p.192.n.2. vndiquè bonus priuſquàm regnum aſcendat.n.1. cur Caluus. p.193. n.6. inſtabilis in rectè agendo. p.193.n.7.patrem tuetur contra fratrē. n.8. fratri Lothario regnum reſtituit.n.9. Eccleſiaſtica prędia militi diſtribuit.n.10. p.196.n.52. Comitem Barcinonēſē cur occiderit?p.193.n.11.Nordmannos auroplacat. n.12.p.197.n.34. à Lupo Epiſcopo ad meliorē frugem inuitatur.p.194.n 14.p.197.n.36. vincitur à Britonibus.p.194.n.15. a nepotibus victus,iterùm victor nepotes in monaſterium detrudit.n.16. legibus regnum reformat.n.17. & p.197.n.38. à fratre inſimulatus appellat ad Papam.n.18. Epiſcopos thronos Dei dicit.n.19. Lotharingiam vſurpat.n.20. filium Karolomannum carceri dat. n.21. Papæ obedire renuit.n.22. & p.220.n.46. Imperium an pretio redemerit.n.23.
Carol.Caluus oliuis redimitur à Papa. p.195.num.24. à Iudæo perimitur veneno.n.25. vt tyrannus apud fratrem inſimulatur.p.203.n.39. Vuenilonem Archiep. vt proditorem accuſat.p.216.n.42. vbi coronatus? p.219.n.47. vincitur à nepote Ludouico Germaniæ Rege.n. 48.& p.195.n.24.
Caroli Calui epitaph.p.195.n.26. vxor Hermentrudis ex qua filij,& filiæ. num.27. Richildis ſecunda vxor ex qua duo filij. n.28.Inſignia.n.29.aurea moneta.n.30.numiſma pacis.p.196. n.31.Normannos vicit.n.34.
Carolo Caluo mandat Hadrianus Papa ab alieno regno abſtinère.p.161.n.59.
Carolus Martellus nothus fuit:Saracenorum malleus.p.299.n.9 militibus cur bona ſacra daret.p.302.n.13.
Caroli d'Aillij artificium in electione Clementis X. effig.hieroglyph. p.356.n.64.
Caroli fatale nomen.p.285.n.6.
Carolinæ ſtirpis finis.p.285.n.5.
Carolus Simplex Rupertum Othonis fratrem occidit. p.288. num.29.
Carolo ſimplici Henricus Germaniæ ſe in fidem tradit.n.30.
Carolomanus Caroli Calui filius carceri traditur. p.194.n.21. & 45.
Carolus Craſſus Imper. iuſtus, & iniuſtus.p.282.n.1. totum Caroli M. poſſidet Imperium. p.285.n.7. in ſui partem Papam trahit n.8. Chriſti natiuitate coronatur.num.9.de Slauis triumphat.n.10. nepotibus regna vſurpat.n.12.& 26.Lotharij filiam barbaro Regi deſpondit. p.286.n.14. vxorem adhuc virginem accuſat vt adulteram.p.286.n.15.p.289.n.32. p.284. n.1. Imperio priuatur. p.286.n.17. monaſterium Conſtantiæ ingreditur.n.18. Chriſti annos epiſtolis præmittit. p.287.nu. 21.Neuſtriam erigit in ducatum.p.288.n.28.
Caroli Craſſi effig. hieroglyph. p.282.n.1. vxor virgo probatur ferro candenti.p.286.n.16. conſtantia.p.287.n.19. moneta aurea. n.22.epitaphium. n.25.
Carolo Craſſo Cælum panditur.p.287.num.20. Vienna datur. p.188.n.27.
Caroli Dorleans effig. hieroglyph. bellicus ardor.373.n.32.
Cartaginenſes Legati quomodò Romæ habiti.p.85.n.67.
Catenæ aureæ munerum figura.343.n.4.
Catharinus Cornelius deditionem Cydoniæ ſubſcribere renuit. 377.n.38. Palladium Cretenſe dictus: eius mors.
Cato vxorem ſuam amico offert.280.n.54.
Cenſus generalis quando impoſitus p.35.n.95.
Centaurorum curæ Græci cur traditi.p.88.n.62. p.92.num.63. p.276.n.25.
Celeritas in bello neceſſaria.p.370.n.24.
Chaldæi primi ſapientum. p.41.n.44.
Chaldæorum monarchia auro aſſimilata. p.31. n.46. reliquas vincit.n. 40. quanto durauerit? n.48.
Cham magìs ebrius quàm Noe.p.129.n.15.
Childericus Rex Francorum deponitur.59.n.5.p.67.n.47.
Chronologia hebræa ab eorum Iubilæo.p.252.n.100.
Chriſtiani non armis,ſed peccatis victi.376.n.36.
Chriſtinæ Suecorum Reginę argutia ad Regem Gallorum contra auaritiam miniſtrorum.p.353.n.57.
Chriſtus cur moriens ſe commendet Patri. p.270. n.43. ſatians turbas cur primò ſeptem; ſecundò quinq; vtatur panibus?
Chriſti ſepulchrum liberat Carol.M.p.62.n.21.
Chriſtus Romanus ciues. p.35.n.95. ortum trahit à Regibus. p.175.n.18. non eripit mortalia regna. p.20.num.125. cur in Thaborre gloriam oſtendit? p.175.n.30. priùs fecit,poſtea docuit. p.24.n.172. quomodò cognoſceretur à Centurione vt Deus. p.175.n. 25. apparet cum Virgine Octauio Auguſto,p.35.n.87.Chriſto aram dicauit Auguſtus.p.35.n.91.

INDEX RERVM.

Christus vt Deus cur à Turca adoratus.p.176.n.26. de adulterinis maiorum connubijs.p.312.n.32.
Cicero primus omnium dicitur pater Patriæ.122.n.7.
Cinamomo cur Reges vngantur?51.n.36.
Circumcisionis præceptum prima lex.p.141.n.2.
Ciues alieni non blasphæmandi.243.num.23.quis? 108.pro Republica laborant.269 n.36.
Clamparij error.23.n.169.
Clericis arma prohibita.100.n.15.p.102.n.41.
Cælum an conscendisset Nimrod. p.9.n.21.
Cælorum luminaria quid significent.p.29.n.10.
Clementia vide pietas.
Communitatis incomoda.p.15.n.96.
Communitas modò nulla p.248.n.69.
Concordia necessaria.p.235.n.7.
Coniugum pudicitia quomodò probetur.p.314.n.17.
Connubia necessaria Reipublicæ.p.11.n.38. vilia Veneto nobili prohibita.p.249.n.70.
Connubij lex quandò data.p.304.n.6.
Connubium Persarum cum matribus.p.305.n.13.
Conradus Imper. fratri hostem prætulit in Imperio. p.335.n.4. & p.340. n.21. quomodò, cur, quando electus Imperator. p.339.n.10. Hungaros vicit.n.12. de tribus inimicis triumphat.n.14.æmulus Hêrici Aucipis.p.340.n.16.fugatur ab Hêrico.n. 16. insignia Imperij per fratrem Henrico mittit. n.20.
Conradi Imper.moneta aurea.p.341.n.24.
Consanguineorum affectio obstat electioni dignitatum. p.335. num.5.
Consilia Regi necessaria.p.20.n.130.
Consilia debeat esse libera.p.21.n.132.
Consiliarij Ludouici II.Imp. fulmine percussi.p.157.n.8.& 40.
Constantinus Imper. demolitur. Sacras Immagines.p.45.n.48.
Consul non potest torqueri.p.134.n.32.
Contrapassum.p.173.n.23.
Conuentus claustralium Venetijs suppressi diuersoria erant nothorum.p.307 n.5.
Coriolanus matri non patriæ cedit.p.129.n.25.
Cor vnum in composito.p.30.n.20.
Corona ferrea Imperatores insigniuntur.p 34.n.85.
Cræsi miseria.p.324.n.7.
Creta à Turcis obsessa cedit.n.52.& 58.p.384.
Cromuel. Anglorum tyrannus decipitur à Io: Sagredo Veneto Legato.p.362.n.87.
Culeus quid sit?p. 150.n.10.
Cultura gloriosa Romanis.p.254.n.116.
Cyprus cur non recuperata.p.255.n.134. vndè Venetis accidérit.377.n.37.
Cyrus occiditur quia geographiæ ignarus.p.32.n.50.
DÆcalogus duabus cur exaretur tabulis.q.128.n.4.
Dæmonio vexatus miles.p.161.n.41.
Dæmon qua pietate,& iustitia damnatus.p.187.n.24.
Daniel regnum Cælorum vaticinatur p.31.n.41.
Danubij,& Rheni coniunctio.p.59.n.8.p.71.n.48.
Darius & Alex. pro primatu pugnant.30.n.11.
Darij iactantia,& potentia.p.32.n.58. luxuria in nouercam; impietas in patrem. p.139.n.13.
Dauid arcâ renuntiat Gethæo.p.175.n.23. Deum præcatur ob retributionem.n.24. cur coronetur in Hebron?p.51.n.35.
Decemuiralis potestas apud Venetos agitata.p.172.n.6.
Decius patre viuente diadema recusat.p.129.n.18.
Denominatio non euentu sed ab origine. p.47.n.3.
Dercilidæ Imperatori cur in theatro nemo cederet? p.130.n.28.
Desiderius Longob.Rex molitur in Ecclesiam.p.45.n.49.
Desiderius Deuotionis prætextu satagit Papam prodere. p.45. num.50.
Desiderius episcopatus occupat.p.45.n.51.
Desiderius capitur à Carolo M. p.46.nu.54. sepelitur ad pedes Caroli M. p.64.n.39.
Deorum stipendia templa sunt.p.80.n.15.
Deorum nouitas apud Romanos prohibita p.89.n.35.
Deus quomodò moueretur super aquas.p.88.n.26.
Deus tribus digitis Orbem sustinet. p.1.n.1. sine pietate non est.p.176.n.29.
Deus tria sibi reseruauit vt Omnipotens.p.93.n.70.
Deus ante Mundi creationem quid faceret. p.2.n.3.omnia an possit annihilare.p.135.43.
Deus aristocraticè dominatur.p.9.n.15.
Deus non est causa peccati.p.13.n.69.
Deus quid sit non quæritur. p.77.n.1. Dei definitio. p.77.nu.2. p.81.n.23.
Deus ad arma vocatur tuba sacrificij. p.80.n.16. in nube cur. p.174 n.9. in aura tenui.p.175.n.21.
Dei stipendia legis obseruantia. p.240.n.2.
Deus iure creationis potest mundum destruere.p.252. num.90. suauiter omnia disponit.p.274.n. 1.nuptiarum paranimphus. p.275.n.17.tempore Herodis cur incarnatus. p.279.n.53. futura non præuidet sed videt. p.332.n.75.& 78. quomodò stet decreto.n.79. cur bona malis distribuat, & mala bonis.p.333. num.82.
Deos in vinculis Tyrij ponebant.p.176.n.31.
Depositarius ad quid teneatur.p.255.n127.
Dextera potentiam annuit.p.50.n.28.
Dionysius Syrracusanus gymnasiû aperit, cum Imperium perdit.p.276.n.26.p.324.n.11.
Discordantibus Iudæis Paulus triumphat.p.88.n.33.
Discordia,regnorum ruina.p.40.3.
Discordia iustitiam turbat.p.88. 32.
Diuisio rerum per iniquitatem facta.p.4.n.31.33.38.
Diuisionis auctor Cain.p.4.n.32.
Dominandi libido in iustis non est.p.3.n.20.
Dominium vnde veniat.p.3.n.22.
Dominium iure diuino introductum.p.5.n.34.40.
Dominandi libido, Imperij ruina. p.10.n.31. nec Omnipotentiâ coercetur.p.275.n.15.& 41.49. vulture figurata. p.276.n.28. quomodò coercenda.p.280.n.63. In iustis non est.p.3.n.20. in equo efreno figurata.p.292.n.1.
Dominici Contareni Venet. Ducis iustitia effig. moneta. 169.n.9.
Dominici Zane Leonina vigilantia, hieroglyph. p.352.n.55.
Dominicus Michael cur clauos,carbasa in Antistitis Hierosolymitani manu deponeret?368.nu.17. corium prò moneta signat.ibid.
Dominorum potestas politicè correcta. p.25.n.189. effigies libertatis Romanæ. p.137. n.66. cur sublata ab Antonino Pio, n.68.iniustè sublata.n.69.Monarchiæ contraria.n.72.
Domini titulum recusat Augustus.p.35.n.89.
Dominium consistit etiam in abusu. p.132.n.11.p.137.n.70.
Domum alienam ingredi non licet.p.252.n.91.
Dotes fæminarum Venetarum antiquæ. p.247.n.63. an vxori vel vino darentur.ib.
Draconis leges sanguine scriptæ.p.139.n.50.
Drogo Archiep. suadet Ludou.II. Imperitori arma ferre in Romanos.p.157.n.6.& 33. Synodum congregat contra Pontificem.p.161.n.38.
ECclesiæ immunitas. p.25.n.190. à Ludouico Pio renouata.p.99.n.11.n.17. vsus plus valet quàm Augustini auctoritas.p.135.n.39.
Ecclesiæ bona diripientes flagellantur à S. Rhemigio. p.198.n. 33.& 35.
Electorum officia.p.49.n.12.
Electores non dicuntur causa principalis Imperij.p.54.n.6.
Elisabethæ Anglorum Reginæ impietas. p.84.n.61.
Elcius Cardinalis cur non electus Papa?356.n.n.63.
Enceboli impietas.84.n.58.
Enos primus nomen Domini inuocauit.p.78.n.7.
Episcoporum electio cui reseruata?p.24.n.177.
Episcopi Pontificis gratia dicuntur episcopi.p.36.n.104.
Episcoporum iudicia inappellabilia.p.62.n.24.
Episcopi Galli Ludou. Pium Imper. cum Lothario filio componunt.p.119.n.10. Episcopi Galli vocati ad Concilium à Ludouico Rege Germaniæ,recusant.p.204.n.40.
Episcopi testibus 72. tantum damnantur.p.235.n.14.
Equæ vento concipientes.p 314.n.13.
Esdras insimulatur à Iudæis.p.278.n.40.
Eua ex solo colloquio cecidit.p.87.n.9. cur ex costa formata, p.275.n.16.
Euæ dos Mundus fuit.p.275.n.18.cur ceciderit.n.19.
Eucharistiæ Sacramentum contra hæresiarchas defensum à Io: Baptista Cornelio.p.89.n.42.
Exemplum Principis,legis est tuba.p.23.n.169.
Extraneis non fidenda arma.p.41.n.12.
Ezechias Legatos linguisperitos mittit.p.358.n.74.
FAto Iupiter subiectus p.323.n.4.& n.52.& 54.
Fatum quid.p.329.n 46. & 48. ineuitabile.n.49. Deus est. n.53. à fando n.50. præcibus an moueatur.n 56.p.333.n.80.
Fame mori omnium durissimum.p.133.n.21.
Fames etiam sacra prophanat.p.133.n.22.
Fame coacti hebræi filios vendunt.p.133.n.24. aliquem necare impium est.p.134.n.25.
Fidem iurat Imperator antè coronationem.p.44.n.36.
Fides ex auditu.p.95.n.83.
Filia non potest vendi à patre.p.134.n.26.
Filijs brutorum nomina Troglodite dabant. p.122.n.5.
Filius Deo charus si patri obediens.p.128.n.2.

Filij

Filij Noe irridentes patrem.129.n.13. cum patre lauacrum non ingrediantur. p.129.n.16.

Filius ingratus lepidè obiurgatur. 130. n.24. coctus à matre. 133.n.14. & 18. venditus ob famem.n.23. non vocat patrem in ius.p.134.n.31. actum ciuilem non exercet. n.35. sacra paterna colat.n.37. sub patre ceu Leo sub curru. 135. n 46. moriente patre nil noui acquirit.13.n.50.

Filium distrahendi ius odiosum.133.n.17. occidens apud Ægyptios non punitur.135.n.42.patrem honoret.129.n.16. nec in somnis inhonoret.n.17.patrem non repercutiat.143.n.34.ingratus obiurgatur.130.n.24.impubes inuito patre religionem non suscipiat.135.n.38.p.135.n.47.seuitia.145.n.4. p.128.n.2. brutorum nomine vocatus.122.n.5. puniatur ad libitum patris.p.137.n.78.ergastulo includitur. 138. n.76. plangens patrem inscienter occisum. p.146.n.10. conspirans in patrem. 139.n.12.

Filij,illegitimi omnes,ante legem scriptam. p.303. nu.1. semper exosi, & à legitimis distincti.n.3.suscepti ex alienis non computantur inter filios. p.305.n.18.Spurij, Varij. Manzeres. n. 19. Incestuosi n.20. Nefarij, adulterini,sacrilegi,nothi:filij legitimi apud Garamantas,quales?p.304.n.11.

Flandri irreligiosi, inquieti.p.84.n.63.

Fœdus inter Ludouicum Pium Occid.Imper.& Leonem Orientis Imp.p.103.n.36.

Fæminæ patriæ patres appellatæ.122.n.6. non gaudent patria potestate.132.n.4.& 7.in tutela perpetua.n.9.honoratæ à marito.132.n.8.exclusæ ab hæreditate.136.nu.54. solæ inclusæ. 136.n.56.Christus cur fæminis appareret.244.n.33.inhonestæ Amstelodami vbi includantur.138.n.77.non sunt testes. 244. nu.32.faciunt apostatare.p.249.n.74.

Fæminarum iurgia.p.251.n.86.vna lex matrimonij.p.304.nu.8. impudicitia.p.348.n.41.fraudes.p.356.n.70.

Formosus Papa nepotem in Imperatorem eligit.p.495.n.8.

Fortuna prouidentiæ ministra. p.328.n.42. quid?p.29.nu.8. nomen.324.n.12. muliebris quandò erecta. p.325.n.18. fortis cur.10.nil potest,cur cæca.n.24.& 32.ignotus Deus.26.& 31. excogitata ad quid.327.n.27.& 31. Alexandro debet.n.28.

Fortunæ plus quàm virtuti deferebant Romani. 225.n.13. quis primus templum erexerit.n.15.nomina.n.16.17. 18. &c. potestas.327.n.33.& 38. mensam Ægyptijs ponebant. n.25. numen manufactum.328.n.40. nuda, plena plumis, clauda. nu. 41.cæcitas.315.n.1.p.320.n.14.

Francisci Vindocinensis hieroglyph.mors gloriosa. 375.n.35. & 56.

Francisci Mauroceni victoria naualis insimulantur, defenditur hieroglyph.pace Venetis redimit.383.n.54.p.342.n.61.p.385.

Francisci Michaelis erudita iuuentus.368.n.18.

Franciscus I. Furcam adorabat.183.n.15.

Franciscus Benzonius Sapiens primi Ordinis præter ordinem voto potitur apud Venetos.347.n. 34.

Furti pœna apud Iudæos. 252.n.93. bouis in quintuplum 252.n.93.

Fulmen in plumis pietatis signum. 154.n.1. in manu Iouis.27. n.208.Scythæ fulmine Reges coronabat.182.n.6.

Furcam adorant Maximil.& Franciscus Rex Galliarum. 183.n. 15.gallicè quomodò appelletur,& cur.n.17.

Furiæ in Areopago placidæ.27.n.208.p.174.n.10.

Futura præuident aliquandò infideles.230.n.34.Deus non præuidet sed videt.532.n.75.astris descripta.333.n.80.

GAllorum Rex in cubiculo matris non cooperit caput.130. n.26.

Gallico coram Regi nemo cooperit caput.130.n.27.& 14.

Galli religiosi.83.n.50. Imperium deponunt. 340.n.22. Cretam auxilio accurrunt.383.n.53.& 57.

Gallicus Apollo.343.n.2.

Gallus in parentes sæuit.152.n.26.

Genij mali.151.n.19.

Geographia necessaria.32.n. 50.

Georgij Mauroceni celeritas classem reparantis, effig. hieroglyphi.371.n.29.

Germanici fides erga Imperatorem.360.n.80.

Germani Principes cur hæreticis fauerint?p.93.n.66. cur in hæresi discordes?n.67.

Gladio quis promoueatur.24.n.129.

Gladius cur, & vbi adoratus. 183.n.14. igneus ante Paradisum cur?185.n.10.Regum non Sacerdotum est. 366.n.2. Cherubin ceu lingua.n.3.in ore,cum stellæ in manu.382.n.49.

Gloria virtutis vmbra.8.n.8.mortuorum congiarium.366.n.10.

Gloria auctoribus numquàm deest.8.n8.

Godefredus Danorũ Rex à seruo occiditur. 62.n.17.p.72.n.54.

Græcorum nobiles cur à Maumetho trucidati.95.n.81.monarchia æneo ventri comparata.32.n.56.

Græci Centaurorum curæ cur traditi.p.84.n.62.92.n.63. historici non fideles.233.n.56.ob gloriam latrocinantes. 233.n.59.

Guido,Imper.eligitur.295.n.8.mors.296.n.14.

HAbitu vili aulam Persa non ingrediebatur.p.356.n.67.

Hathonis Moguntini Ep, dolus, lacrymabilis mors.319. nu.10.

Heber in generatione quartus.228 n.19 cur in ordine primus?

Heber & Habar diferentia incognita Caietano.229. n.23. cur ita vocatus.229.n.28. cur non denominet reliquas nationes ab eo descendentes.231.n.41.

Hebræorum origo.226.n.5.primi historici Ægyptij,Babylonici. 233.n.57.nomen familiæ non nationis.234.n.2. diuisio in Iuda,& Samaria. 237.n.35. ægredientium Ægypto duo ingrediuntur terram promissam.242.n.11.lex agraria.246.n.55.Iubileum.252.n.94.Chronologia à iubilæo.nu.100. terra non poterat vendi.253.n.113.non sic vrbanæ domus.ib.talio. 244. n.36.hæreditas non transferebatur de familia in familiam 247.n.62. femina,iumenta diuersæ speciei non miscebantur. 248.n.65.brutis cur multa interdicta. n.66. vindemiæ nõ colligantur manipuli.n.67.vuæ non asportentur,sed manducentur licet alienæ.n.68. virgines quomodò probarentur.249.n. 71.repudium.n.72. Primogenitura an posset auferri. nu.73. virginitas quanti æstimaretur.n.75.repudium an quacunque de causa.250.n 76.& 79. dispersio repudio figurata.n.81.vsura.n.87.& 89.furti pœna.252.n.93.Sacerdotes legitimi.n.101 Bellum,Dux.255.n.132.scelera.257.n.8. conuicia in Deum, Virginem,Sanctos.n.15. sæua impietas in Eucharistiam.258. n.20. inuentum, mahumetismus.n.21.cum Turcis fœdus.n. 22.hospititium vbi fuerit, & vbi sit.p.270.n.37. non nolentes de luto surgere die Sabathi. 254.nu.123.reædificant templum Cælo resistente.258.n.16. Burdegalam produnt. 269. n.26. nouitatem moliuntur. n.27.pulsi multis regnis.n. 28. in Hispaniam relegati ab Hadriano.n.30.Turcis inuisi.n.32.à Pontifice reuocati.n.33. nobiles Venetos occidunt. 270.n.37.Sacerdotem occidunt.38. in Parochi electione audent manum mittere Venetijs.n.41. Esdram insimulant.278.n.40.

Hebræi propter scabiem Ægypto pulsi.227.n.14. ab Indis.n.16. ab Abrahã dicti. n.228.n.17. ab Heber.n.18.& 25.22.23.32. 36.20.39.idem ac transeuntes.n.21.semper itinerantes.229.n. 30.cur sic vocati.n.31.agnum comædebant stantes. 230.n.35. idẽ ac Euphratæi.231.n.42.idest serui.n.45. primogeniti Dei. p.234.n.1.quandò Chananeis subiecti.n.3. in Ægypto non habuerunt iudices suos.n.4. in vno solo loco poterant sacrificare.241.n.3.& 7.Samaritanos abhorrebant,furtum quomodo punirent. 252.n.93. Ducem belli haud peregrinum habebant.255.n.132.aduenas respuebant.256.n.3.baculum gestantes manducabant Phase. n.4. vitulum cur adorarent.257.n.5. auream vitem.n.6. Reges veneno tollunt.n.9. ædificia succendunt.n.10.ingrati inhumani.n.9.& 36.Leonem cur non adorent sed bouem.n.12. nequeunt esse fideles principi.n.14. à Constantino repressi.258.n.22. neophitos insultant. nu. 23. puerum crucifigunt.n.25.& 31.

Helenæ Corneliç religio,eruditio hieroglyph.79.n. 12.

Henricus Auceps Conradi Imp. æmulus.339.n.16. Imperator eligitur.n.20. Conradum fugat.n.19. Eberhardum Conradi fratrem fugat.n.18. insidijs tentatur ab Hatthone Magunt. Episcopo.n.17.

Henrici Anguiani eruditio. 369.n.20.

Hæreditas hebræorum non transferebatur de familia ad familiam.247.n 62.soli primogenito à Gallis, & Britannis datur. 136.n.55. solis fæminis datur.136.n.56.

Hæreticorum finis,aurum.89.n.37.42.48. mores.92. n.65. tyrannis.93.n.73.

Hæretici subiecti catholicis non è contra.p.93.n.74 sub Germanorum tutela.93.n.66.

Hermingardis vxoris Ludouici Pij numisma.p.102.n.24.

Hermendrudis vxor Caroli Calui Imper.195.n.27.

Herodes M. cur sustulerit genealogias Iudæorum.226.n.3. tyrannus.278.n.43.melius eius esse porcum quàm filium. n.46. fortitudo,hieroglyph.solertia in ministros.378.n.40.

Hincmari suasoria ad Carolum Crassum.288.n.31.

Hircani ars vt Herodem à iudicio subtrahat 235.n.11.

Historiæ finis veritas.8.n.3. adulatio.34.n.28.

Hispanorum priuilegia data à Ludouico Pio. 100.n.13.p.105.n. 39. iuramentum in Iudæos.269.n.31.

Homo quasi faciebat vim Deo.276.n.24.à Deo decipi timens, petit a diabolo edoceri.n.24. cur postremus formatus.1. n.7. cur prohibitus comedere lignum.2.n.12. 14.fine directore aut Deus,aut bestia.274.n.3.si non peccasset,viueret in æternum.3.n.13.antè peccatum, plenipotens.3.n.15.natura liber vel seruus.274.n.4.innocens vsque dum foret duraturus. 3.n. 24. Imperium.1.n.6, prius peccauit, postea serpens tentauit. 4.n.17.

4.n.17. æqualitas in innocentia.3.n.16. Imperator animaliũ. 30.n.2. Iter apud Romanos. 139.n.3.
Hominis æstimatio apud Turcas.245.n.43. furtum morte punitur.252.n 92.
Honorij socordia.43.n.20.
Hugo de Lionne auctor pacis inter Gallos, & Hispannos.363. n.89.effig.hieroglyph.gloriosa facinora.ib.
Humana vicissitudo. 40.n.1.p.323. n.3. & 5. p.324.n.8. p.297. nu.20.
IAcobi Carrariensis responsum ad homicidam.188.n.28.
Iacobi artificium vt pecudes discoloratæ nascerentur. 300. n.15.scalæ figura rotæ munetanæ 82.n.44.
Iason quia nothus exclusus a collegio Doctorum. 310.n.25. p.84.n 61.
Iesuitæ Venetijs pulsi.270.n.44.
Iezabel ieiunium imperat,cum Naboth occidit.236.n.27.
Immagines demolitur Constantinus Imp.45.n.48.
Immensitas quid.380.n.46.
Imperator quando eligendus.50.n.23. diuerso oleo vngitur, ac Papa.50.n.25.Papæ æmulus 51.n.1. non redarguitur cur ita facis.52.n.9.in infideles potest.52.n.10. Regem facit.n.11. an mundi Dominus.n.8 ius capitis habet in Principes Germaniæ.52.n.14.pomo cur vtatur rotundo. 53.n.16. fidem iurat catholicam ante coronationem 44.n 36.si heresiarcha à Papa punitur.44.n.38.quando dicatur electus. 30.n.26.vnus sit.29. n.2.& 10.& 31.p.30.n.13.corona ferrea insignitur. 34.n.85.p. 51.n.37. à Patriarcha coronabatur.44 n.35. solius Dei gratia Imperator.36.n.103. nõ dicitur Pontifex.n.107.sedet post Papam.n.109.p.54.n.15. Canonicus S.Petri 37.n.110. quandò cæperit adorari.37.n.115.solo scripto adibatur. n.116. non omnis dicitur pater Patriæ.122.n.8.
Imperatorum catalogus.37.n.120. liberalitas. n.117. coronatio triplex.50,n.30.non omnis in vsu.n.51. Aquisgrani cur fiat? n.32.iura ciuilia.52.n.11. Ecclesiastica.n.7. tituli. 26.n.97. & 120.& 125. electio vbi fiat.48 n.7. nomen,36.n.96.
Imperium terminis coercendum.40.n,4. paucorum est 274.n.7. à Deo.52.n 6.Romanum in æternum stabit. 53.n.17. nullius factum.46.n.60. & n.64. in personis non in cæmentis.47.n. 1.an hodie dicatur Romanum. n.2.& apostolatus fraternizãt. 29.n.1.p.84.n.56. & Sacerdotium ab eodem principio.29.n.3. & 8.à violentia. n.4.aprobatum à Christo. 34.n.86.contra facinora.35.n.93. virgis figuratum. 181.n.3.
Imperia in statua figurauit Daniel.31.n.37.
Imperij diuisio per Constantinum.40 n.6.eiusdem ruina.41.n.8 finis sub Augustulo.44.n.33.electores qui, & quot.48.nu.8. 10. 18.cur Germani.47.n.6.p.49.n.22.
Impietas Caligulæ,Iuliani.36.n.106.Macchiauelli. 84.n.57.Enceboli.n.58.Vandalorum.84.n.59.Elisabethæ Anglorum Reginæ,Ibraimi Turcæ.n.61.p.92.n.64.p.122.n.1.
Infideles haud Papæ subiecti.52.n.10.
Inimicis Saul parcit.177.n.37.
Innocentes mortui pro Christo quot?279.n.45.
Intellectus potentiarum princeps.30.n.19.
Insignia Romanorum antiqua & moderna.54.n.27. nationum cur obscura.n.27.
Inuentor rei perditæ ad quid teneatur.254.n.121.
Io:Bapt.Cornelij effig.hieroglyph.religio.89.n.42.
Io:Mauroceni effig. linguarũ peritia, familiaritas cum Gallorũ Rege.258.n.76.
Io:Bapt.Colberti vigilantia,Anguis Gentilitius,hieroglyph.350. n.45.& 56.& 58.
Io:Sagredus regum clausas ingreditur ianuas. 351.n.53. effig. hieroglyph.concio 386.
Io:Papa Imperatorem salutat Ludouicum Balbum.265.nu.13.p. 272.n.24.cur non coronaret Adheleidem Ludouici vxorẽ. ib.
Ioseph à Trogo dicitur magus.226.n.13.
Iosues religio.82 n.38.
Iouis Pistoris simulacrum.335.n.3.
Irmingardis Lotharij Imp.vxor.120.n.18.
Isaac ducebatur ad sacrificium à Deo, & nesciebat. 135.n.45. nulla requisita causa morti se subiecit.136.n.57.
Italiæ miser status.42.n.16.
Iubilæi vox.252.n.92.bucina quid.82.n.39.finis, æqualitas.252. n.92.n 103.m 112.& 115. restitutio possessionis.nu.97. Dei memoria.n.98.frenum in prodigos.n.103.
Iudas primus mare ingreditur.232.n.52.
Iudaica olim Iudæorum hospitium apud Venetos.270.n.37.
Iudæ fædus cum Romanis contra legem.277.n.35.tribus benemerita. n.51. ex ea Christus.
Iudæus Sabadai prætextu religionis motus excitat.83.n.47. cur Regem petierint? 16.n.98.inuicti cum religiosi. 83.n.46. cur ex adulterio geniti. 232.n.54. carcerem voluntariè ingredientes.83.n.48. prohibiti sociari idolatris.87.n.18. cur obliti linguam Iudaicam. 88.n.22.veneno perimunt Carolum Caluũ. 195.n.25. odiosi.225.nu.1. vndè venerint?n.2. an idem quod Idæi?n.6. sue cur abstineant.226.n.8. vnum numen adorant. n.10. nec Regibus erigunt statuas.n.11. à Syris veniunt 227. n.12.hodierni an dicẽdi Hebræi.231.nu.46.n.5. à tribu Iuda. n.48. à Iuda Macchabeo.n.47. à scissura decem tribuum p. 232.n.42.non recensentur à Græcis.233.n.55.& 58.
Iudex nemo sui.49.n.17.an clemens, vel rigorosus.174.n.1.more fulminum incedat. 177.n.42. sedebat in portis. 236. n.29. circa meridiem.n.31.stipendio victibabat.32.& Rex quomodò differant.n.33.negligens ipse puniatur. 245.n.40.
Iudæorũ Sabath,& Tabil.226.n.9. primogeniti capita tribuum. 236.n.28.Principes qui.ib. iudices in porta sedebant. nu.29. Furtum eius pœna.252.n.93.Rex, Deus.15.n.88. regimen æconomicum.n.95.
Iudicia non sine actione.256.n.2.cur in portis.356.n 68.Turcarum consona 22.n.155.
Iudices sint concordes.235.n.7.
Iudicis officium caput inter astra tollere, cum in terra pedes. 171.n.22.
Iuditha vxor Ludouici Pij. 101.n.23.p.102.n.30.
Iuliæ ars ad captiuandum Bassianum Caracallam.22.n.157.
Iumenta non possunt locari.251.n.81.
Iupiter cur fulmina stringat?27.n.208.Saturnum patrem exulare iubet.145.n.4.
Iuramentum Ludouici II. Imper. Nicolaus Papa soluit. 159. n.28.
Iusti non imperant libidine dominandi.3.n.20.
Ius gentium medicus naturæ est. 6.n.43. publicum tria habet capita.80.n.23.
Iustitia omnes complectitur virtutes.168.n.1.conuentus virtutum.n.2.vituperatur?n.3.res sacra.170.n.12.regem à tyranno disgregat.n.13.Ludou.Philippi de Laurilliere.171.n.15. bonũ alienum.n.20.Petri Mauroceni. 172.n.21. cur velatos oculos habeat?174.n.8.Turcarum.183.n.19.Phinees. n.20. S.Ludouici.184.n.24.
Iustitiæ nomine Respublica definita.168.n.4.fructus pax.169.n. 9.fine Rex eligitur.n.8.hieroglyphica.n.14.definitio.172.n. 17 diuisio.n.18.
Sine Iustitia regna latrocinia sunt. 168.n.5.nequit Iupiter regere.n.7. ciuitates non stant.n.6. Alex.M.infelix.169.n.11.
Iustitiam exequi pietas.174.n.2.
Iustitia sub spetie mulieris cum virga, & libro.176.n.16. non inuenitur.258.n.20.
Iuuentus belli propria,laus 345.n.22. p.344.n.8.p.14.n.81.in aula Venetorum quomodò sedeat.346.n.31.
LAbrum æneum in quo videbatur labes.115.n.2.
Lacedemones quos primos coronarent?373.n.33.
Laici, parochorum cur gaudeant electione.52.n.4.
Laurent.Celsus patri cedere nequit.129.n.19.
Laurentij Marcelli effig.hierog.victoriæ eius exemplo habitæ. 374.n.34.
Lazari Mozenici hieroglyph.solertia,victoriæ.379.n.44.
Legati de regalibus.25.n.185. Sacrosancti. n.186. impunè molientes in patriam. 25.n.187. Carthaginensium quomodò Romæ habiti.85.n.67.matronæ assimilati. 356.n.69. eorum conditiones 342.
Legitimatio repugnante natura non fit. 313.n.1. æthicè vel legaliter.n.2.per oblationem Curiæ vel rescriptum. n.5. est iuris miraculum.314.n.7.legitimandi abusus in cũria Romana. 314.n.8.potest nothum suum solus legitimare Rex. 314.n.9.
Legitimatus legitimus est.323.n. 3.ante acquisitionem regni an præferatur nato post.n.4.
Legitimus non probatur, sed præsumitur. 314.n.10. ethicè ex moribus probatur.n.16.
Lælij Ploueni carmina prò Ludouico Balbo. p.261. Carolo Crasso.p.316.Conrado.p.336.
Læuitarum domus non poterant vendi in perpetuum. p.253. n.114.
Lex cur inducta.141.n.6.tempori seruiat.250.n.80. scripta, ante Abraham non data.141.n.7.ciuilis, & naturalis. 22.n.149. & n.153. Draconis sanguine scripta. 179.n.50.in Sina fulgure datur. 186.n.15.ediscebatur à pueris Romanis, canebatur a Cretensibus.243.n.27.æneis tab. incisa.n.27. exemplo firmatur.19.n.118.22.n.156. silet inter arma. 21.n 139. à Ioue venit.22.n.152.& religio oculi Imperij. 82.n.28. Regia inducta ad occultandam tyrannidem.137.n.65.agraria. 245.n.50. naturæ vna.140.n.1.
Leo timet leues strepitus.179.n.47.ad mensuram iustitiæ rependit.245.n.47.contubernalem vindicat.n.47. mansuetus in templo.83.n.52.quadrupedum Rex.30.n.17. insigne Babyloniorum.

niorum.30,n.31.allatus apud Venetos,54.n.25.
Libertas hominis in innocentia.3.n.23.ſemper eadem.132.n.16.
Libri contra religionem à Romanis cremati.81.n. 31. à Concil. Trident.prohibiti.n.32.
Literarum ius; cum armis connexio.55.n.1.
Longobardi rebellant in Carolum M.46.n.55.
Loquela quemlibet manifeſtat.231.n.43.
Lot,filiarum cur offerret abuſum?276.n.31.
Lotharius Occid. Imp. à patre Ludouico Pio aſſumitur Imperij conſors.103.n.44. pænitentia ductus monaſteriũ ingreditur. 115.n.1.p.119.n.14.accuſat patris teſtamentum.118.n.7,cum fratribus digladiatur in campo Fontaneo.118.n.8. & p.121,n.19.die Aſcenſionis victus in Alpes fugit.118.n.9.ab Epiſcopis componitur cum fratribus. 119.n.10. Auſtraſiam nomine Lotharingiæ appellat.n.11. Regnum Italiæ in diuiſione ſortitur,n.11.hoſtis Eccleſiæ cur?n.12. regna diuidit.p120.n.15.
Lotharij ſæuitia in Cabillonenſes.119.n.13. mors epitaphium. 120.n.16.vxor Hirmingardis.n.18.moneta aurea.n.20.impietas. 122.n.1. hieroglyph.115,n.1.
Lucius Oſtius cur primus parricida dictus.142.n.22.
Ludouici II.Imp.pietas,effig.hieroglyph,156. conſiliarij fulmine percuſſi.157.n.8. & 40. mors epitaphium.159. n.29. vxores filij.n.31.numusaureus,n,32.& 11.p.160.
Ludou.II.in Romanos mouet ſuadēte Drogone Archiep.157.n.6.& n.33.Bononiam capit.n.7.& 39.exarmatur à Sergio cum Cruce.n.9.& 41.Italiam à Sarracenis vindicat.n.12.
Ludouico II.valuæ clauduntur Sergio.157.n.10. & 43.
Ludouicus II.Romam properat iudicaturus Danielem, & Gratianum.158.n.15.& 54.Antipapam intrudit. Benedictum deponit.n.16.pedes Nicolai Papæ oſculatur.n. 17.n.55. Archiep. Rauennæ ſubijci mandat Pontifici.n.18. & 56. Treuirenſem & Colonnien.Archiep. cōtra Papā fouet.n.20.Saracenos vincit.159.n.22.& 53.57.Capuanas ſuccidit vineas.159.n.23, cōtra patruos ad Papam accurrit.n.25. & 56. Italica redimitur corona,n.26.& 34.carceri traditur ab Adalgiſo.n.27. abſoluitur à iuramento a Nicolao Papa.n.28. Imp.quandò creatus? 161.n.35.munera ſolita nō offert Apoſtolorum reliquijs. 161. n.44. Pontificis electionem confirmare prætendit,n.46. vt videatur à ruſticis, iſti mortem prætereunt.n.45. Nicolai Papæ coronationi aſiſtit. n.55.
Ludouici Philippi de Laurilliere effigies iuſtitia, hieroglyph. p. 171.n.15.
Ludouici,& Carolomanni coronatio.288.n.26.
Ludouici Pij hieroglyph.effigies; fortuna aduerſa,virtus, honor. 95.n.1.& 2.3.p.99.n.5.monaſteria ab eo erecta. n.6. Aquitaniæ Rex inauguratur.n.7.& p.103.n.34.fædus cum Leone Imper. 103.n.36.publica pænitentia.101. n.20. verba prolata cum exhautoraretur.103.n.45.numiſma.102. n.28.epitaphiũ. n.30.inſignia.103.n.31.
Ludouicus Pius volebat fieri monachus. 99.n.8. & p.101.n.22. paternam hæreditatem diſtribuit pauperibus.99.n.9.& p.104. n.35.Lygerim traducit in Oceanum.99.n.10. & p.105.n.37. Immunitatem Eccleſiæ renouat. 99.n.11,Leonem II. vindicat.99.n.12.priuilegia largitur Hiſpanis. 100.n.13. & p.105. n.35.procidit coram Stephano Papa.100.n.14.& p.106.n.40. clericis arma prohibet,100.n.15.& p.102.n.41. ciuitates Italiæ donat Romanæ Eccleſiæ.100.n.16. immunitati Eccleſiaſticæ aduerſas leges abrogat. n.17. Nationes plurimas deuincit.n.18.Bernhardum nepotem excæcat Epiſcoporum conſilio.101.n,19.filijs regna diuidit.n.21.& 43.Iuditham vxorem ducit.101,n.23,102.n.30.ſolio priuatur à filijs.101.n.24.p.111 n.45.regnum recuperat.101.n.25. filijs induiget.27. Morientis verba.n.26.proprijs manibus coronatur. 103.n.25. p.99.n.8.Lotharium aſſumit Imperij conſortem. 103.n.44.
Ludouicus III.Imp,Balbus.261. vxorem Anſgardam repudiat. 265.n.7.regimen docetur ab Hincmaro Rhemenſi.n.8.& 269. n.22. Hugonem Lohtarij nothum apud Synodum accuſat. n.9.à Romanis imploratur.n.11.Imperator ſalutatur. nu.12. p.272.n.23.nè Italiam turbet,in hoſtes patrueles non mouet. 267.n.14.p.274.n.26. veneno perimitur.261.n.1. p.267.n.15. Compendij tumulatur.n.17.
Ludouici Balbi effig,hieroglyph.263.moneta aurea,n,4.inſignia. n.5.vxor Adheleides non coronata cur?265.n.13, & p.273.n.24.mors ecclipſi prænuntiatur.267.n,16,epitaphium, 268.nu. 18.vxores.n,19.coronatio.n,20.
Ludouici IV.Imper, infortunium,315,n,1,effig.hieroglyph.317. n.5.ſeptennis coronatur.319.n,8.Arnulphi filius.n.9. Hungaros vincit.320.n.11.inſidijs petitur.n.12.vincitur,n,23. Mors. 321.n.16.vxor Mathilda.n.19.epitaphium.321. n.18, moneta argentea,n,17.
Ludouicus IV.Boſonis filius an idem ac Ludou. IV, Arnulphi filius.320.n,20.quandò excæcatus.321.n,22,
Ludouici filij Boſonis moneta.321.
Ludouicorum omen.319.n.7.
Ludou. XIV. Gallorum Rex cur proteſtantes ab aula deportauerit.344.n.6. in Turcas mouet.383.
Luminum maius ab alto.82.n.42.
Lupini parricidæ dabantur,150.n.12.
Lupus Epiſcopus vrget Carolum Caluum ad meliorem vitam. 104.n.14.& 36.
Lupus manſuetus in arca.182.n.12.
Lygerim in Oceanum Ludouicus Pius traducit. 99.n.10.
MAcchabæorum elogium. 278.n.38.
Macchiauelli impietas.84.n.57.
Magia politica.351.n.54.
Magi quomodò Chriſtum cognouerint? 31. n.42. qua ſtella ducti.ibid.
Magiſtratus de regalib.24.n.173. creatio à Venetis cui reſeruata.n.174.Romanus à ſolo patre famil. exercebatur. 130.n.29.
Maguntinus Electorum primus.49.n.11.
Manna cur Sabatho non plueret.23.n.170.
Mantuæ marchionatus.52.n.13.
Manumiſſio & emancipatio confunduntur.136.n.51.
M. Antonij Moles carmina. 292. p.316.p.336.p.56.p.96.p.115. 154.p.190.p.262.p.282.
M.Antonij Iuſtiniani ſolers prudentia in attopeos, hieroglyph. 353.n.59.
Maria Iudæa coxit filium.133.n.14.
Marius iura irridet inter arma.277.n.33.
Mars catenis irretitus.176.n.33.
Martias Idus parricidium cur dictum.139.n.6.
Mater Salomonis ſedet ad dexteram filij.129.n.25. non gaudet patria poteſtate.132.n.3.& 6.nequit vendere filium.133.n.13.
Matri coram filius non cooperiat.130.n.26.
Matrum contentio de comedendo filium.133.n.20.
Matrimonia inter fratres.22.n. 159.p. 32.n.57.
Maumethiſmus Iudæorum inuentum.258.n.21.
Maumeth varias religiones vult.95.n.80.nobiles Græcos trucidat.n.81.
Mauros ſubmergit S.Petrus & Bened.158.n.14. & n.52.
Medo Perſica Monarchia quanto durauerit?31.n.47. vrſo comparata.32.n.49.
Meretricis ſtatua apud Delphos.327.n.30.
Meretrix vectigalia ſoluat.242.n.19. Hollandiæ prohibita.n.20. cani aſſimilatur.242.n. 20.
Michaelis LeTellier hieroglyph. politia, Apollo Gallicus dictus. 343.n.2.
Micylli carmina pro Carolo Magno. pro Ludouico Pio.95. pro Lothario Imperatore.p.115.n.6. pro Ludouico II. p.154. Carolo Caluo.p.190.Ludouico Balbo.p.261. Arnulpho. 292. n.2.Carolo Craſſo.p.287.Ludouico IV. p.316.Conrado.336.
Miniſtri affabilitas.359.n.65.& facundia. n.84. eloquentia.357. n.71.linguarum peritia.358.n.73.liberalitas.359.n.77.prudentia.348.n.42.p.359.n.78.fides 360.n.79.amor pacis.363.n.89. quantum proſint Regibus 339.n.13.p.342.n.1. ætas.344.n.7. vigilantia.349.n.43.patientia.355.n.61.
Miniſtri cur à Moyſe electi.342.n.3.eodem ſpiritu Principis incedant.p.344.n.5.Epiſcopi dicuntur.350.n.47.ſi prætereantur Rempub.euertunt.352.n.56.
Monetam cudere de regalibus. 25.n.191. Ianuenſes ex priuilegio cudunt.25.n.193. Hungari nulli dant.25.n.194.
Mortaria cur ſic appellata.46.n.53.
Mortalia cuncta.324.n.8.ridendo vincimus.n.10.
Moyſem cur Deus occidere voluerit. p.22.n.157. quando Iudæi credidère prophetam.174.n.13.
Moyſes cur Ægyptias reſpuerit mamillas?p.88.n.23. Pharaonis coronam proiecerit.n.24 voluiſſet antiquorum ſilere crimina.141.n.8. Deus Pharaonis in puniendo.176.n.28. quandò ligauit Deum.n.34.monarcha Iudæorum.235.n.5. Synedrion inſtituit.n.8. concionatur ad populum moriens. 240.n.1. probitus ingredi terram promiſſam cur. 242.nu.11. Ægyptium cur occiderit.270.n.39.
Mundus in tempore. 1.n.2. eius creatio. 1,n.5.
Mundana in ſcala Iacob figurata.83.n,45.irridētur à Seoda Saracenorum principe.159.n.24.
Mulierum potentia.351.n.49.regum pandunt arcana.
NAbuchodonoſor cur Deum viderit? 19.n.123. filium Dei cognouit.31.n.45. quando Deum adorauerit. 175.n.15,
Natura naturans vel uaturata.12.n.53.quid ſit?22.n.153.
Neoptolemi vindicta quid.245.n.39.
Neceſſitas non habet legem.133.n.19.
Nero Agamemnoni ſimilis.145.n.3.parricidio agitatus. 148.nu. 15,impius in matris cadauer.139.n,10, matricida. 143.n,28. p,143.n.30,

Neustria erigitur in ducatum.288.n.28.
Nicolai Prunierij Gallici Legati effig.Prudens iuuentus, nobilitas.348 n.42.
Nicolai Throni liberalitas in subditos.359.effig.hieroglyph.n.77
Nicolai de Ponte responsio de Leone allato.54.n.25.
Nigrum interpretatur per rubrum.133.n.18.
Nili aquam bibere prohibitum.88.n.27.
Nilus de Paradiso erupit.p.88.n.28.turbidatur in Ægypto.n.29. figurat magnates Reipub.n.30.
Nimrod auctor tyrannidis.9.n.19. cur venator dicatur. 9.n.20. an Cælum conscendisset?9.n.21.
Ninus Bellorum auctor.9.n.22.
Nobilitas ethica,vel politica.306.n.1.ciuilis quædam fictio.308. n.16.à principibus cæca licentia datur.310.n.23. à virtute non à natiuitate.26.n.202.& 209.
Noe irridetur à filijs.129.n.14.quos maledixerit.129.n.14.
Nominibus maiorum excitatur virtus.239.n.33. superstitiosè à Gentilibus imposita.n. 34.
Normanni auro placantur à Carolo Caluo. 193.n.12.& 34. Sancti Mauri Sacellū diripiunt.13.victi à Carolo Caluo.197.n.34
Nothorum diuersoria Venetijs erant conuentus suppressi. 307. n.5.nobilitas,catalogus.310.n.27. Pontifices.312.n.30. iudicia dubia.298.n.1.indoles.n.5.virtus.ib. nobilitas nulli debetur.299.n.10.vitia.p.301.n.1. sacrilegia.n.12. superstitio.n.11. pater eorum vulgus.n.3.
Nothi legitimorum inimici.p.298.n.2. gloriosi. n.8. patrem insimulant vt ignominiæ auctorem. p.301 n.3.p.302 n.8. cupidi.p.303.n.14.parricidæ.p.303.n.16. filij alieni p.301.n.4.
Nothus à natura studiosè aliquando factus. 300.n.11.306.n.12. ignobilis.307.n.3.non est in numero filiorum.n.7.infamis n.8. à plebeo redarguitur.n.9.dignitatis,doctoratus incapax. n.11. & 13.haud bonus speratur.308.n.12 & 19.maledictus à Deo. n.14.fert culpam parentū.n.15. & 18.patri non prodest. n.17. quando decurio possit fieri.n.18.populo inimicus.309.n.20. à patre preteritus,nè regnum turbet.n.21.nequit inter honestos versari.n.22.Gallica cōsuetudine nobilis est.n.24.excluditur à collegio Doctorum. n.25. à legitimo in insignibus an distinguatur.n.26.quia nothus gloriatur.311.n.28. portionem habet cum legitimo.312.n.33.
Numa Pompilius religione Romā extruxit. 78.n.10.p.80.n.16.
Nundinæ de regalibus sunt.26.n.200.
OBlatio postribuli nulla.242.n. 18.
Oliua plantarum Princeps.30.nu.16. redimitur Carolus Caluus.195.n.25.
Ostracismus quid?253.n.109.
Otho Dux Saxoniæ Imperium recusat.340.n.9.p.319.n.10.
PAlatinus Comes iudex Cæsaris.49.n.13.
Papa Hadrianus mandat Carolo Caluo ab alieno regno abstinère.161.n.59. Reges,Imperatorem excommunicat. 186.n. 17.p.44.n.39. in infideles non potest.52.n. 10. cur cinamomo vngatur?51.n.36. à nemine iudicatur. 62. n.20. superior omniū.23.n. 162.Sacrorum custos,& director.25.n.183.conciliū contra se dissoluit. 161.n 38. intra quot dies eligendus.50.nu. 24.à Barbaris honoratur. 45.n.43. ad eum Imperator appellat.149.n.18.eius electio Carolo M.data.52.n.5.
Parricidij nomine omne homicidium venit. 138.n.1. excusator Seneca à parricida occiditur.148.n.16. pœna quis puniendus? 39.nu.17. cur CC. tantùm post annos vulgata. 142.n.23. à Pompeio patriæ parricida statuta. 143.n.25. cur non meminerit Moyses.141.n.10. 14. 15. Romulus.n.16.19. & 22.probationes luce clariores. 147.n.2. & 8. lex cur præuia Neronis matricidio?143.n.27.accusatio.149.n.20.bruta accusant.n.18. inditia.n.22.
Parricidium à cæde patris.139.n.2. & 7.Idus Martias. n.6.nu.9. n.15.omnia scelera complectitur.142.n.20. an possit excusari?145.n.1.p.148.n.9. sola parricidæ confessione probatur.n. 11.& 13. non creditur etsi videatur. 147.n.3.& 5.7.Dijs ipsis prædicentibus.n.6.& 10.
Parricidæ dicti Cæsaris homicidæ.139.n.4,parenticidæ.n.8. semetipsos produnt.149.n.20.simiæ 152.n.32.
Parricida non credendus.139.n.14. filius non est. 142.n.18. primus quis?n.22.non potest defendi.146.n.13. ob paupertatem. 145.n.7. à terra respuitur.152.n.33.canibus dandus.151.n.21
Parricida spurius à Persis dictus.p.142.n.17.vulturi similis.144. n.42.à conscientia proditur.148.n. 42.& 14.
Parricidæ plures intra annum latæ legis, quàm ante.143.n.24. ante Pompeium duo leguntur.n.26. furijs agitati.148.n.17.
Parricidæ pater cur non parcat.144.n.36. si parcat dicitur calumniator.n.37.p45.n.12.dabantur soleæ ligneæ. 150.nu.13. lupini.n.12.
Partus rarò deformes si adulterini.300.n.13.speciosi vndè?n.16
Patres centum à Romulo cur delecti.122.n.4.
Pater patriæ fœminæ appellatæ.122.n.6.primus omnium Cicero salutatur.122.n.7.non omnes Imper. dicebantur.122.n.8.
Pater omnis Princeps non è contra. 122.n.9. in Diuinis magis est quàm Dominus.122.n.10.
Patris titulo inuocabantur Idola.123.n.11. nomen dignitatis,diuinitatis,&c.n.12.nomine, quandò Christus Diuinitatem inuocaret.13.potestas Romanorum propria.132.n.10.
Pater,solus Deus vocari debet.123.n.14. vt Deus colendus.123. p.128.n.5.n.15.nu.19. post Deos & Angelos venit.n.16. sanctus est.nu.19.
Patri Piscidæ primitias libabant.123.n.17.
Patri obedientia sub titulo honoris cur proponatur.123.n.21.
Patrem inhonorare pœna &c. 123.n.22.honorare filius quandò dicatur.123.n.23.certò nemo scit.314.n.11.
Patre nihil præstantius.128.n.1.
Patris honor prohemium ad cultum Dei. 128. n.7. duplex corporis, & animi.n.11.
Pater Dijs quasi honorabilior. 128.n.8. quasi Dij Lares. nu 9. veluti Sacerdotes Æditui. n.10.si peccauerit,quomodò corrigendus. 129.n.12.
Pater & Patria quantum possint.129.n.24.natura Imp. 132.n.2.
Pater famil. apud Roman. solùm gerebat magistratum. 130.nu. 29.pater an filius magistratus præcedat?130.n.31.potest vendere filium.132.n.12. si vendat sanguinolentus est.134.n.27. filiam non potest vendere. n.26. si pauper filium vendere potest.n.28.redimere filium quali pretio possit?n.29. quali contractu vendat filium?n.30.ius vitæ habet in filium. 135.n.40. an sine causa?136.n.53. filium venantem occidens, cur damnatus.136.n.59.prior Rege.n.61.soli Deo tenetur.n.62. occisus cum quinquagenarius à filijs.145.n.6. ab Indis,Caspijs, si tyrannus patriæ occidatur.146.n.11. est quoddam numen. 128.n.6.idem ac vigilans.122.n.2. à patrocinio dictus.n.13.
Patris ius non est proprium Romanorū,sed &Gallorum.135.n. 41.& Dominorum quomodò discreparent.136.n.48. regium antecellit.n.60.an correctum?137.n.63.effigies Romanæ libertatis.n.66.Monarchiæ contrarium. n.72. in pietate non in auctoritate consistit. 144.n.41.culpa non nocet filio. 312.nu. 31.nomen iam amoris nunc inuidiæ.122.n.6.
Patri datur ius patronatus.136.n.52.vsquè ad mortem obediendū.143.n.33. nō patriæ cedit Coriolanus. 129.n.25.obediebat Dauid Rex.130.n.33.vincere dedecus est.130.n.35.134.n.33.
Patrem & Deum violare idem.150.n.9.
Patria quantum possit.129.n.24.
Patriarcha coronabat Imperatorem. 44.n.35. Venetiarum, solius Dei gratia dicitur Patriarcha.36.n.105.
Paulus Petrum cur reprehendat.20.n.127.
Pax de regalibus.26.n.195.anima corporis politici. 87.n.7. fructus iustitiæ.169.n.9.
Peccatum non à Deo.13.n.69.ex lege cognoscitur. 141.n.3.
Peculia castrensia vel quasi,politicè inuenta.134.n.36.
Periclis pietas. 180.n.56.
Persarum Monarchia arieti comparata.32.n.54 & alijs figuris.
Personarum distinctio ex vitio est.3. n.21.
Persidis religio 82.n.41.
Petri Mauroceni Iustitia,effig.hieroglyph.172.n.21.
Petrus cur increpetur à Christo. 280. n.66. Orbem pertransijt benefaciendo.175.n.19.
Petri Sequierij eloquētia vtilis Gallorū Regi.357.effig. symbola.
Pharaonis ambitio,tyrannis.279.n.47.
Pharisæorum Doctrina.237.n.36.
Philacteria quid?238.n.37.
Philippi Maced.querela in felicitatem.333.n.84.
Philip. Maced. somnum excusat vigilantia Antipatri.350.n.46.
Phrynes meretricis statua apud Delphos.327.n.30.
Pietas symbolus in figurata citharizantibus. 14.n.3.188. nu.25. Ludouici II. Imper. 154. nu.5, Periclis. 180.nu.56. Vespasiani.n.57.Alphonsi Regis Arragon.254.n.122. maledicta quæ tollit iustitiam.137.n.71.
Pietas est iustitiam exequi.174.n.2 regem facit.n.6. & 55.cuiq; ignota.180.n.59.Ara ignoti Dei.n 58.aliquandò nociua 181. n.4.& 25.Ludou.XII. redarguitur.182.n.5.Saulis punita.184. n.23.Dauidis punita.n.25.Saladini Venetorū.n.20.canis.n.21.
Pietate Deus vincit,& vincitur.176.n.27. plus vendicatur princeps quàm iustitia.177.n.38.Rex despicitur.185.n.3.
Pictura Progenis casu perfecta.328.n.36.
Sine pietate Deus non est.176.n.29.
Pipinus Gibbosus contra Carol.M.302.n.10.
Pipinus obuiat Pontifici centesimo lapide. 45.n.44. coronatur Rex Franciæ.59.n.5.p.67.n.45.
Piratæ dicuntur pisces maris.285.n.11.
Piratica gloria antiquorum.145.
Pœnæ cur inuentæ. 5.n.41.p.185.nu.5.16.18. mensura delicti.

139.n.16.futura respiciunt.177.n.40. lenes in principio.41.
Placidia captiua.43.n.26.
Plebs more pecudum.95.n.84.
Pompeij erga patriā religio.p.84.n.66. triūphi, ludibria.324 n.9.
Pompeius patriæ parricida legem parricidij tulit.143.n.25.
Pontificis pedes osculatur Carol.M. Ludouicus Pius.107.n.40. Ludouicus II.p.161.n.35.& 11.& 14.
Populis ius in electione Regis.12.n.59. Deo potiùs quàm Regi obediat.21.n.135. an possit legem facere?30.n.25.
Postribuli nulla est oblatio.242.n.18.
Potestates Mundi vbi figuratæ?2.n.n.11. supremæ duæ.36.n.98.
Potitij moriuntur omnes, dedignantes sacrificare.80.n.19.
Primogenituram at pater det ad placitum.249.n.73.
Principum arcana quomodò inuestiganda 351.n.49.
Principes boui assimilati.320.n.15. videntes vocantur.344.n.11
Princeps religionis iudex non inferiores.p.235.n.6.
Præpotentes tollendi. 253.n.111.n.112.
Prędestinationis signa.330.n.59 cō.c'j adhuc operātur.332.n.77
Probatica piscina aulicorum figura.276.n.27.
Prod'tio nullo Sacramento firmatur.360.n.81.
Prouidentia an detur.330.n.57.
Prouocatio extrema de regalibus.25.n.188.
Promæthei fabula religio inuoluta.78.n.5.
Prudentia ministro necessaria.348.n.42.
Publica anteponuntur priuatis.129.n.21.
Pudicitiam Psyllæ quomodò probarent.314.n.17.
Pyrrhus regnum reliquit acutius habenti gladium.10.n.27.
QVarte d'æi mysterium.319.n.6.
Quinti Fabij. Consul. in patrem rigor 129.n.21.
M. Fabius recusat consulatum ob senectutem.345.n.21.
RAdaisus vincitur.42.n.17.
Rebeccæ in vtero paruuli collidentes. p.279.n.48.
Rebecca maledictionem irridet.280.n.60.vt filius imperet.
Regna in bestijs figurata à Daniele.30.n.30. fato pereunt. 40.n.2.quot modis acquirantur.37 n.118. Deus transfert.13.n.72
Regnandi onus religione leuatur.95.n.87.libido vndè?9.n.66.
Regnorum arcana secreta.21.n.140.
Regimen triplex.8.n.13. vtilius quale?9.n.15.
Religio varia à Maumeth cur tolerata.95.n.80.
Religionem sibi aduersam Turcæ quomodò destruant? 95.n.82.
Religionis vnitas.95.n.85.& 86.
Religio subleuat onus regnandi.p.95.n.87.naturæ est 78.n.3. & 6.p 86.n.1.rationalitatem præcedit.n.4. Promethei fabula inuoluitur religio.n.5.R. igio varia.n.8.ReligioneRoma ædificatur.78.10.p.80.n.16.falsa quid sit. 79.n.11. omnia præcedit.82.n.27.vndè dicatur.80.n.13.
Religionis definitio.80.n.14. actio vulgaris est.80.n.20. iudicia cui reseruata.235.n.6.
A Religione omne bonum.89.n.21. sine religione nulla societas. 81.n.24.
Religio & lex Imperij oculi.82.n.28.
Religio Romanorum.80.n.17.p.81.n.33.p.85.n.67. p.83.nu.49. Helenæ Corneliæ.79.n.12. Agesilai.81. n.35. Iosues.82.n.38. Persidis religio.84.n.41. Solimani.82.n.43. Gallorum.p.83.n.50 Leones facit mansuetos.83.n.52. Elephantorum.n.53.Caroli M.84.n.54.Pompeij.n.66.Principi necessaria.84.n.55.
Religio catholica vna,prima,vera inter omnes.86.n.2. defensa à Io:Bapt.Cornelio.89.n.42. fatentibus hæreticis dat salutem. 93.n.68.& 74.suadenda non imperanda,n.69. & 71.72.
Religio amicitiæ vinculum. p.86.nu.3. Reipublicæ fundamentum.87.n.4.amicitiæ vinculum.n.3.
Religionis discordia malorum causa.87.n.8.nouitas pœna capitis punitur.89.n.36.fugienda.n.42. prætextu, qualia patrentur.90.n.43.48. vt à Mose Cretensi. n.45. Sauonarola.nu.46. temeratores puniti,p.84.n.64.
Religio varia à Iosaphat prohibita.91.n.50.accepta ab Achamo, sed nociua.n.51.cur ad Ægyptios inducta, & an varia.91.nu.55. à Rhotari Longobardo.92.n.57. Iereboamo.92.nu.58. à Turcis.n.60.& 75.p.94. Horto assimilata à Solimano.61. ea creuit Hollandia.n.62.à Græcis inducta.92.n.63.
Repudium quandò admissum. 249.n.72.250.n.76. & 79.cur à mutis nationibus aprobata.n.80. marito vel vxori daretur. 251.n.82.Salomæ ob proditionē.n.83. cur scriptis fieret.n.85.
Respublica quælibet mutabilis.40.n.1. Reipublicæ munia vnus solus non occupet.252 n.104.p.253.n.110. Reip. Rom.libertas paulatim sublata.137.n.67. Reip. Romanæ euersio Cæsaris Pompeijq. potētia.253.n.105.nulla sine coniugijs.11.n.38
Rex solutus legibus.22.n.146.& 151.& 156. & 164. legibus viuere profitetur.23.n.165.an sacra tractet? 24 n.141. à virtute non à natura dicitur.26.n.202. & 209. quomodò antiquitùs crearetur?30.n.27.cinamomo cur vngatur.51.n.36. solo sacerdotum consilio in Papam molitur. 158.nu.21. Deo seruiat.23.n.32.& 164.vnitati religioni studeat.95.n.88. religiosus sit.84.n.55. Deus terræ.275.n.20.13.n.105.256.n 1.parocho subditus.23.n.161.dicatur qui melior.27.n.204. & 209. alienis inhiatur. 10.n.28.qui à Deo appelletur.n.32. necessarius.11.n.33.& 35.& 37.& 41. timeat cum timeatur.179.nu.46.ad quid creatus.p.11.n.47. Dei colonnus. 341.n.23.populorum felicitas.p.11.n. 51. à natura est.n.52. à Deo est.12.n.54.& 59.& 86.& 104. medico similis.179. n 53. imago Dei. n.55.Dei vicarius.276.n.2. ex arcanis prouidentiæ delectus. n.5.patiatur sibi contradici. 21.n.133. ordinarijs astris haud subditus.13.n.60. more fluminum regat.182.n.11. cum eligitur de nouo creatur.13.n.63 fulmine coronatus.182.n.10.Sāctus est.13.n.119.pietate luceat.179.n.55. populi pastor.132.n.1.æquus sit.185.n.2.clemens.n.7.& 9.& 12. cum ciuitatem ingreditur,carcer aperitur 176.n.35.sapiēs debet esse.15.n.85.
Rex & Sacerdos idem apud Romanos.24.181.
Rex iniustus haud populo subditus.16.n.102.& n.106.& 134. & n.109.à regno non cadit propter infidelitatem.20.n.134.mare imitetur.335.n.6. non interrogandus cur ita faciat. 22.n.146.vt Leo ingreditur, vt ouis sedet. 185 n.11. timendus.81.n.26.p.90.n.49.p.95.n.88. silendus vel laudandus.8.n.1. iuuenis pœna subditorum. 14.n.78. quid si infidelis? 20.nu.26.
Regum ius frustrà controuersum. 21.n.138. insignia. 26.n.201. ius.16.n.100.& n.109.& 104.& 136. conditiones necessariæ.185.n.4.obligatio.27. n.205. tria officia.80.n.22. ruina ab adulatione.8 n.2.electio an à populo 12.n.59.
Ricchardis vxor Caroli Crassi virgo probatur,cum adultera accusatur.286.n 16.effigies.n 23.
S.Rhemigius flagellat vsurpatores bonorum Ecclesiæ.197.n.33.
Richildis secunda vxor Caroli Calui.195.n.28.
Rigore Pompeius perdit Imperium.179.n.48. Ludouicus Pius perdit Imperium n.49.Cato Rempub.n.52.
Rigor cuiusdam Galli.179.n.51. quid sit.181.n.1. necessarius. 183.n.13.& 18.26.Laurentij Medicei.n.17. Artaxersis.n.20. Tamerlani.n.21.parit inuidiam.185.n.3. absque pietate sæuitia.186.n.12 rarus sit sed irremissibilis.n.19.Alex. Seueri.ibid. 188.n.29. Rigoris symbolum.187.n.25.
Romam vti Sacrarium exteri adorabant.80.n.17.
Roma à Romulo.33.n.66,quid figuret,34.n.80. noua Byzantiū. 33.n.67.viueret,si non cecidisset carthago.345.n.16.capta, Gallina creditur.34. n 83.p.44. n.29. auro vitam redimit.33.n.19.à Gallis capta.265.n.10 ibi est, vbi Papa.47.n.4 septem collibus circumdata.49.n.21.aue rapaci.275.n.22.
Romani legem Regiam cur ederent? p.34. annulos ferreos gestabant.34.n.79.quando subacti.37.n.119. cur Christum noluerint inter Deos.25.n.182.mundi Domini.33.n.66.de adulterio gloriantur.311. alios religione vicerunt. 81.n.33.p.85.n.67.inhonestè vincere dedignantur.280.n.65.cum irreligiosi victi.81.n.34.p.269.n.34. missi ad religionem discendam.83.n.49.p.85.n.67. quando veste lugubri induerentur. 88.n.31. cur adoptionem fingerent.130.n.30. sorte diuidebant agros. 253.n.107.iusti.36.n.96.
Romanorum diuitiæ.246.n.52. occasus à diuitijs.n.53.cultura. 254.n.116.insignia hodierna,& antiqua.54.n.27. humanitas. 33.n.69.
Romulus & Cainus equiparantur.9.n.18. cur à lupa educatus? 10.n.30. p.34.n.75.p.275.n.21.cur illi apparuerint accipitres? 10.n.29. Remus cur flumine nō absorpti?34.n.76.
Romuli fratricidium.34.n.78.
Romulus vulturū auspicio, asylū latronibus aperit.34.n.77. cur centū patres delegerit.122.nu.4.mentitur augurium.302.n.15
Rosa florum regina.30.n.16.
SAbadai hypocrisis.83.n.47.Turca fit.270.n.40.
Sabath & labil apud Iudæos quid?226.n.9.
Sacerdos & Rex idem apud Romanos. 24.n. 181. tubam belli ferebat.82.n.37.
Sacerdotium & Imperium vnà currant.84.n.56.p.29.n.1.
Sacerdotes volebat in mensa Osmanus Murath. 98.n.77. sint legitimi.252.n.101.
Sacerdos Sum. legem populo legat.243.n.26. & n.28.
Sacerdotum tunica ex lana, & lino.243.n.25.
Sacra an ad Regem pertineant.24.n.181.& 183.184. aliena non surripiantur.243.n.24.
Sacrificium tuba vocans Deum ad arma.80.n.16.
Sacrificare nunc vbiq. licet.241.n.9.
Sadducæi qui? eorum doctrina.238.n.38.
Salomæ repudium ob proditionem.251.n.83.
Sara cur Ismaelem eiecerit.276.n.30.
Sardanapali epitaphium.327.n.29.
Saturnus cur patri absciderit genitalia. 579.n.50. deuorans filios quid velit.324.n.6.Seneca parricidium excusāt : à parricida occiditur.188.n.16.

INDEX RERVM.

Sagenæ ſacrificare quid.276.n.29.
Salomon iuuenis cur ſapientiam petierit.344.n.9.
Salomon iuuenis iuſtus, ſenex impius.14.n.82.
Salomonis mater ad dexterá ſedet. 129.n.25. thronus.347.n.32.
Samuel ſeipſum purgat poſteà Iudæos obiurgat.23.n.168.
Sanpſon cur prohibitus Philiſtinam ducere.277.n.34.
Sapientibus ordinum Veneti cur rarò plaudant.347.n.33.
Sapiens tantum poteſt ac Iupiter.14.n.83.
Sarracæni in Italia.161.n.47. ex Hiſpania, & Africa vocati.48. Romam depopulantur.n 50.& 14. Caſſinenſe Monaſterium prætereunt.B.Apollinaris.n.51.
Saul poſt coronationem cur mittatur ad ſepulchrũ Rachelis.50. n.34. à quo occiſus.18.n.113. quanto altior populo. 174.n.7. exauctoratus a Samuele cur honoretur. 18.n.117.honoratur Dauid.19.n.120.
Saxones ſola religione victi.84.n.54.
Scorpiones deuorat mater,& deuoratur.n.35..143.n.32.
Scriptura ſacra corrigitur à Carlo M.63.n.26.p.73.n.58.
Schitarum monita de fortuna ad Alex.M.328 n.41.
Seculum aureum.181.n.2.
Senectus irriſui eſt.345.n.15. intolerabilis.n.19. Senectute vitia defendimus.n.18.qualis ſit.347.n.38.
70. Seniores ſecretiora myſteria tenebant. 236.n.21. callebant omnes linguas.n.22.ſacrabatur per manus impoſitionẽ.n.25.
Senectutis auctoritas.346. n.27.laus, & dedecus. 344.n.8.vſque ad 42.
Senes quandò excuſentur à Senatu, & militia.345.n.20. in pace regunt.n.22. iuuenibus difficillimè obediunt.347.n.35. iuuenum pædagogi.n.37.
Septimaniæ ducatus.193.n.11.
Septuaginta interpretes vndè delecti.p.236.n 18.
Seruius Tullius cum Fortuna comiſcebatur. 325.n.21. nothus fuit.300.n.12.
Selimus Turca cur occiderit patrem.140.n.19. Septenarius numerus mirificus.49 n.19.quietis.n.20.
Sergius Papa ſola religione Lud.II. Imp.exarmat.157.n.9.& 41.
Sepulchrum Chriſti liberat Carolus M.62.n 21.
Sepulchri claues Carolo M.donantur 62.n 23.p.73.n.56.
Serui ſolo miraculo ad libertatem reſurgunt.136.n.49.
Simia præ amore partum occidit.152.n.31.
Simonia an puniatur?24.n.175.
Societas gentilium Iudæ nociua. 91.n.53, malorum hominum quàm grauis.87.n.12.
Societatem malorum Deus timet.88.n.25.
Societate charitas fraterna ſeruatur.241.n.8.
Socialis vita ſub vno debet eſſe.3.n.19.
Societas inuito ſocio diſſoluitur.5.n.39.
Sine ſocietate aut Deus,aut beſtia.1 1.n.34. neceſſitas.11.n.40.
Soleæ ligneæ.150.n.13.
Soles duo nequeunt eſſe.30.n.22.tres in vnum quid?35.n.90.
Solis circulus Auguſti tempore.35.n.88.
Solimanus,Carolus V.Franciſcus I. æmuli. 37.n.113. Solimani religio,fiducia in Deo 82.n.43.
Sorte ſua fit quilibet contentus.5.n.37.p.274.n.8. agros diuidebant Romani.253.n.107.
Spinæ quid ſignificent?cur productæ?4.n.29.30.
Spurius Melus quomodò tyrannidem molitetur.22.n.127.
Statuas Iudæi Regibus non erigunt.226.n.11.
Stauarum immunitas.p.25.n.190.
Stephanus II.ad Carol.M.confugit.45.n.42.
Stiliconis perfidia.52.n.16.
Stilico Alaricum vincit.42.n.15.
Subiectio differt a reuerentia.132.n.5.
Sultani fides,oratio.84.n.65.
Superbiæ ſymbolus turris æquata ſolo.154.n.2.
Sus interdictus Iudæis.22.n.8. cur portæ Bethlemiticè inciſus? 279.n.29.
Syria quandò adorauit Hieruſalem.174.n.74.
Synagogam Chriſtus repudiauit. 257. n.5. an iuſtè Chriſtiani permittant ſynagogas reparari? p.258.n.17.Theodoſius prohibuit.n.18.
Synedrion à Moyſe inſtitutum.235.n.8.à Græco venit.n.9. maiorem poteſtatem habebat, quam Rex.n.19.eius iudicij forma.n.12.Septuaginta duobus conſtabat.n.15. erectum quandò Areopagus.236 n.19.quale,cur,quandò ſublatũ.279.n.44.
Synedrij aſſeſſores non peregrini.235.n.16.eorum conditiones. n.19.de omni populo aſſumebantur.n.17. Sedes in Sanctuario.236.n.23.magicam artem callebant.236.n.20.
TAbernaculi ianua verſus orientem.242.n.14.
Talionis pœna apud Iudæos.244.n.35.
Talione mulctati. nu.36. Talio improbatur. n.37. inductus à Carolo VI.245.n.42.mulctatur Baiazetes.245.n.44. Galli,& Hiſpani talione mutuo puniti.n.45.
Talio apud bruta.245.n.46.iuſta pœna.n.48.
Templa,Deorum ſtipendia.80.n.15.
Templa a Carolo M.extructa.62.n.18.à Ludouico Pio.99.n.6.
Templum,& aula cur vicina.242.n.4.
Termini agrorum immutabiles apud Hebræos.245.n.49. Sacroſancti.246.n.51.
Terminus quid? Ioui non cedit.246.n.56. idem ac Mercurius. n.58.qua ſolemnitate figeretur.n.59.
Termini conſecrantur abſque ſanguine.247.n.60.
Terra non poterat in perpetuum vendi.253.nu.113. cur ſpinas producat?4.n.29.
Terræ promiſſæ ſpatium.242.n 15.
Terræ fructus hebrææ ante IV. annum nihilo inſeruiebant. 248.n 64.
Teſtium fides ex vita.244.n.30.
Teſtes quot & quibus in cauſis.235.n.1 .vnum & dimidium apud Venetos ſatis 243.n.29.mulier non eſt.244.n.32. ſeruus non eſt.n.34. Teſtis & teſtimonium non idem.244.n.31.
Theodoſio cur reſtiterit Ambroſius 258.n.18.
Theodoſ. poſt 30.dies ſententiam exequebatur. 179.n.45.
Timoleon increpatur quia planget patrem occidiſſe tyrannum. 146.n.11.p.360.n.85.
Tiberius reſpuere ſimulat Imperium,cum flagraret.
Tomyris exprobratio in Cyrum.32.n.53.
Traianus cur Præfecto gladium dederit.49.n.14.
Turcarum conſona iudicia.22.n.155. Alcoranum nõ poteſt traduci.94.n.78.iuſtitia.183.n.19. Turcæ gladio,religionis finiũt controuerſias.95.n.79. religionem ſibi aduerſam quomodò deſtruant?n.82. in fide aberrantes pœna capitis puniti.95.nu. 85.magis perſequuntur Perſas quàm Chriſtianos.n.86.parricidij maieſtatem tuentur.280.n.56.& 58.62. primus qui parricidio adeptus regnum n.57.
Tyrannidis auctor Nimrod.9.n.19.an à Deo.13. n.65.& 71.29. n.7.quomodò molitetur Spurius Melus.22.n.147.
Tyrannorum lex.13.n.66.imago.13 n.67. ferarum peſſima.13. n.68.inſtrumentum quandò Dei ſit.14.n.74.& 76.
VAllis lacrymarum.342 n.16.
Vectigalia meretricum.242.n.19. de regalibus ſunt. 26.n. 196.& 199.eorum prætextu accuſatus Chriſtus.26.n.197.
Veneti cur Turcarum auxilia reſpuant.87.n.20. cum extraneis nuptias non contrahunt ſi nobiles.302.n.6. vilia matrimonia nobiles non ineunt.249.n.70.Nicolaitæ,& Caſtelani.91.n.46 Duces cur ferant crucem in cornu.129.n.20.dotes mulierum Venetarum.247.n.63.dum Anglorum Regem reſtituere ſatagunt,blandiri fingunt tyranno.362.n.88.
Ventorum diuiſio à Carolo M.59 n.8.
Veritas impoſſibilis.8 n.4. ſcribentis finis.3.
Viam deerantes inſtruantur.254.n.124.
Viatores qui.254.n.117.
Victimæ Hebræorum cur?242.n.13.
Victoria in manu Dei.82.n.40.vti ſcire debemus.255.n.134. ex iuſtitia.335.n.2.
Vigilantia neceſſaria,vbi figurata.349.n.43.
Vindemiæ relinquantur manipuli.248 n.67.
Vineta ingredientes non aſportent,ſed manducent.248.n.68.
Vindicta Regum non eſt.179.n.44.Neoptolemi.245.n.39. Leonis. n.47.
Vini potentia.351.n.48. negatur Regibus.n.51. in vino veritas.
Violentia lex ſit.29.n 4.
Vipera an parricida.152.n.27. & 29. coeundo rodit caput maſculi. n.30.
Virgæ ſanguineæ.150 n.11.figura Imperij.181.n 3.
Virginitas quomodò probetur. 249 n.71. p 282.n 1.p.286 nu. 15.& 32. quanti æſtimetur.249.n 75.
Virtus fortuna premitur.95. n 1. æmuli timore ſeruatur 345.
Vitæ & necis poteſtas de regalibus.24.n. 178.
Vratislai Poloni periuri cædes.84 n.65.269.n.35.
Vrbes antiquitùs cur procul à mari ſitæ?11.n.35.
Vſura in quibus contra quos data.251.n.87.& 89.
Vuedechindus Rex Saxonũ baptizatur à Car.M.60.n.12.74.n.49
Vuenilo Arch ep.ad Concilium citatur.216.n.43. accuſatur vt proditor.n 42.
Vultures à ſacrificio excluſæ.145.n 43.
Vuluæ ſera ferrea in Veneto armamentario.314.n.12.
Vxor quomodò concubinam præcedat.298.n.3.
Vxores Turcarum multæ vni ſeruiunt. 298.n.4. Perſarum cum filijs.305.n.13.communes omnibus penès quos.304 n.10.
Vxor vna omnibus conſanguineis penès Arabes.304. n.12.
Vxorati nullo tenebantur officio.237.n.30.
XErſes victus quia geographiæ ignarus.32.n 50.
ZElotypia quomodò purgaretur.250.n.77.

F I N I S.

20

